UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1204. Usque Ad Annum 1230

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1763

VD18 90118030

urn:nbn:de:hbz:466:1-66406

Visual Library

Ph. 5178.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CLAUDII FLEURII
ABBATIS
HISTORIA ECCLESIASTICA
UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CLAUDII FLEURII
ABBATIS
HISTORIA ECCLESIASTICA
LATINE REDDITA
ET NOTIS ILLUSTRATA
A
R. P. BRUNONE PARODE
ORD. S. BEN. IN MONASTERIO ETTALENSI
PROFESSO p. t. SUBPRIORE & BIBLIOTHECARIO.

TOMUS XIX.
AB ANNO CHRISTI 1204. USQUE AD ANNUM 1230

Collegii S. J.
Paderb.
1766



Cum Approbatione & Consensu Superiorum.

AUGUST. VIND. & OENIPONTI
IMPENSIS JOSEPHI WOLFF. MDCCLXIII.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CLAUDII FLEURII

ABBATIS

HISTORIA ECCLESIASTICA

LATINE REDDITA

ET NOTIS ILLUSTRATA

A

R. P. LRUNONE PARODE

ORD. S. BEN. IN MONASTERIO ETT. ILLUSTRI

PRÆFECTO, E SEMINARIO, Y BIBLIOTHECARIO.

TOMUS XIX.

AB ANNO CHRISTI 1516. USQUE AD ANNUM 1539

PRÆFATIO.

Summa Partis XIX.

Præsens Historiæ Ecclesiasticæ Tomulus, Lector benevole, ea tibi ante mentis oculos deducet, quæ initio Sæculi XIII. intra annos fere triginta gesta sunt. In Ecclesiis Cathedralibus Orientis Patriarchas & Episcopos Latini Ritus sedentes, atque Principes, ex Occidente accersitos, Constantinopoli, & utcunque etiam Hierosolymæ, imperantes, conspicies, nec non, Summos Pontifices ad rem Christianam in Palæstina restituendam omne studium contulisse, intelliges.

Eosdem supremos in Ecclesia Christi Pastores in Reges & Imperatores

tores illius ætatis, Ottonem IV. Fridericum II. & Joannem Angliæ Regem, cum, paterno affectu exhibito, errantes ad viam salutis reducere nequirent, extremum rigorem adhibuisse, cognosces. Multa præterea in hac periodo celebrata sunt Concilia, &, præsidentibus S. Sedis Legatis, salubres Canones promulgati. Inter hæc vero eminet Concilium Lateranense IV. seu Oecumenicum XII. cui Innocentius Papa III. præfuit, anno millesimo ducentesimo decimo quinto convocatum. De quo *Cave*, Scriptor alias Catholicæ Ecclesiæ iniquissimus, ad hunc annum, Sæculo scholastico, erudite, & satis modeste hæc memorat: *Lateranense IV. Generale, anno* 1215. *Cal. Novembr., sub Innocentio III. Papa celebratum. Aderant præter cujuscunque pene regionis oratores Regios, & absentium procuratores fere infinitos, Episcopi* 412. *& in his Patriarchæ duo, Constantinopolitanus nempe & Hierosolymitanus, sed Latinus uterque, Primates & Metropolitani septuaginta & unus, Abbates & Priores plusquam octingenti. Et*

primo

primo quidem Fides Catholica adversus varias Hæreſes explicatur; damnantur Albigenſium, Almarici, aliorumque errores, deque iis coercendis, puniendis, & per vim ſæcularem exterminandis ſtatutum eſt. Damnatus eſt Joachimi Abbatis de unitate SS. Trinitatis contra P. Lombardum liber; Pleraque de Græcis ad Eccleſiæ Romanæ Fidem revertentibus, deque diverſis Diſciplinæ Eccleſiaſticæ capitibus ſancita. Denique haud pauca privilegia pro recuperanda Terra ſancta militantibus conceſſa, adhibito etiam conſilio de ordine Dominicanorum inſtituendo, ipſomet Dominico jam tum præſente. Extant Acta hujus Concilii & Canones ſeptuaginta &c.

Legunt iſta ſcribuntque Proteſtantes Angli & Germani; ſed tamen, quod portento ſimile videri poſſit, unius in Eccleſia viſibilis capitis, & unius Communionis neceſſitatem, rejecta omnium Sæculorum fide, nolunt agnoſcere.

In iſta Hiſtoriæ Parte bellum quoque, Albigenſibus illatum, diuturnum & invidioſum, ſub Rege adoleſcente

S. Ludovico & Blanca ejus matre, Franciæ Gubernatrice, extinctum legitur.

Ordines Prædicatorum & Fratrum Minorum.

At nihil intra istorum annorum spatium reperitur memorabilius, quam exordium & propagatio sacrorum S. Dominici & S. Francisci Ordinum, qui hodiedum in Ecclesia, maximo animarum lucro, florent. Observabit haud dubiè mecum in hac Parte Libro LXXVIII. §. XXI. Lector attentus, S. Franciscum, more omnium aliorum, sacrorum Ordinum Fundatorum, voluntati Fratrum, ab Episcoporum potestate eximi cupientium, vehementer repugnasse. Porro Historiæ Ecclesiasticæ Lectori, ut ego arbitror, simpliciter necessarium est, sanctorum virorum sententiam & judicium de re tanta adnotare, si nihil de origine & mutatione Disciplinæ Regularis ignorare velit. Si vero, in hoc loco aut in alio, tum ex ipsis verbis, tum ex mente S. Bernardi, exemtionibus adversantis, de iis vel de vitiis, quæ Vir sanctus vituperat, scripsi, quod verum esse, & utile futurum credidi, procul abfuit a me, ac etiam deinceps

ceps aberit, ut cuiquam Ordini, Congregationi, aut Monaſterio aliquid detractum velim, aut omnino quamcunque vocem addere, qua viros, mihi maximo honore & ſubmiſſione colendos, offenſum iri exiſtimem. De Exemtione generatim & ex principiis Theoreticis ſermo fuit; ſi factum ſpectemus, cum ſacri Ordines vel Congregationes eximi petierint, Summi Pontifices petitam gratiam conceſſerint, aut etiam non rogati ita decreverint, & acquieverint Epiſcopi, temeritatis notam non effugeret, qui Exemtionem eſſe legitimam negaret.

At omnino diſtinguere oportet inter quorumdam Monaſteriorum Exemtionem, & Congregationem; ſunt enim diverſa, & non neceſſario conjuncta. Nunc vero Congregationum Regularium maxima eſt utilitas, ita enim, ut multa alia ſilentio præteream, concordia & conformitas morum in Ordine facilius conſervantur, ita Diſciplinæ cuſtodia ſub Capite, ſubditis propinquo, & quid profectui ſpirituali ſuorum proſit, obſitve, per propriam diuturnamque ejusdem

Instituti observantiam edocto, viget, ita denique in quocunque negotio ad Ordinis, & singulorum Monasteriorum emolumentum pertinente, iis optime convenit vetus illud verumque effatum: *Vis unita fortior.*

Dictorum meorum argumentum firmissimum, & præclarum exemplum suppeditat, erecta in Bavaria sub Titulo SS. Angelorum Custodum Ordinis S. Benedicti Congregatio, quam non solum Disciplinæ Religiosæ studium, omnigenarum virtutum splendor, Ordinis S. Patris nostri Benedicti decorem honoremque augendi desiderium, sed etiam omnium scientiarum, quæ Viros Religiosos perficiunt, amor eximie commendant, atque illustrant. Nec adeo mirum est, omnia in Alma hac Congregatione hodie prospere agi, sub Reverendissimo ac Dignissimo Præside *Bennone*, celeberrimi & antiquissimi Monasterii Benedictoburani perillustri ac amplissimo Abbate, Viro in utraque palæstra, Ascetica videlicet & literaria, exercitatissimo & spectatissimo; nam priusquam ad Abbatialem Dignitatem

tem vocaretur, domi Fratribus ſuis Prior, Monaſticæ obſervantiæ ſtudioſiſſimus, ac omnibus tamen dilectiſſimus, præfuit, foris autem, nempe in Inclyto Lyceo Friſingenſi (Ordinis noſtri *Benedictini* inſigni ornamento, quod dudum hodieque Magiſtris, ſingulari Doctrinæ & Eruditionis laude conſpicuis, gloriatur, tanquam Magnorum Virorum Seminarium, unde non pauci ad Infulas & Monaſteriorum Regimen evocantur) Philoſophiam & Jurisprudentiam Eccleſiaſticam Doctor clariſſimus tradidit. Cui ego *Gratioſo* Præſuli cum omnibus ejus filiis devotiſſime precor, ut, Deo dante, ad totius Ordinis incrementum, Congregationis ſibi commiſſæ emolumentum, ac Monaſterii ſui ſolatium & gaudium, quam diutiſſime regat & valeat.

Supereſt, ut pro merito occurram cuidam Proteſtanti, in illa lingua, in qua contra virorum Religioſorum Ordines, ut rana contra lunam, coaxat.

Da in dieſem Theile der Kirchengeſchichte die Stiftung und Proteſtantis protervia.

theils Fortpflanzung der geistlichen Orden des heiligen Franciscus und Dominicus vorkommen, hab ich nachgeschlagen, was denn Protestanten darzu sagen, und gefunden, daß die zaumlose Schmähsucht einiger von diesen Herren fürwahr unerträglich sey. Windheim in seinen Anmerkungen über das allgemeine Kirchenrecht der Protestanten, ans Licht gegeben Helmstädt 1760. auf der 97. Seite drücket seine Gedanken also aus. Zur Zeit der Apostel mußte eine jede Gemeinde ihre Arme versorgen. Allein die neuen Bettler, die Mönche, entzogen das Geld den Notharmen, und gaben sich für Arme aus. Sie sagten, sie wären freywillige Arme, und hätten also ein grösseres Recht bey GOtt... dieses glaubeten die Christen, und darüber wurden die andern Armen vergessen.... So sind denn ganze Armeen von Bettelmönchen entstanden, die unter dem Schein der Armuth grosse Güter gesammelt, ihren faulen

Wanst pflegen, und bey aller Bequemlichkeit leben ꝛc.

Nun wollen wir nur die Unwahrheiten zählen, welche Windheim in diesen Zeilen hinzuschreiben sich nicht geschämet. Die Mönche entzogen das Geld den Notharmen. Das ist die erste Unwahrheit. Denn diese Klage ist unter den Katholicken unerhört, weil die Liebe des Nebenmenschens unter uns schon so groß ist, und die Anstalten so wohl von der geistlichen als weltlichen Obrigkeit so weislich verordnet, daß wegen dieser Ehrwürdigen Ordensmänner keinen Notharmen etwas entzogen wird. Die Mönche sagten, sie wären freywillige Arme, und hätten ein besseres Recht als andere Bettler vor GOtt. Das ist die zweyte Unwahrheit. Denn daß die Söhne des heiligen Dominicus oder Franciscus sagten, sie hätten ein besseres Recht zu betteln als Notharme, ist eine Beschuldigung, die nur von dem Gehirne eines vom Vorurtheile berückten Protestantens herrühren kann, und ist ohne allen

len Erweis hingeschmieret. Darüber wurden andere Arme vergessen. Das ist die dritte Unwahrheit, die Windheim mit keinem Worte darthut. Die Bettelmönche haben unter dem Scheine der Armuth grosse Schätze gesammelt. Das ist die vierte Unwahrheit. Denn diese Orden besitzen bey nah alle keine Grundstücke, oder unbewegliche Güter. Wenn aber einige, welche etwann dieser Verleumder bestimmen will, und die eigentlich zu den Orden der Mendicanten nicht gehören, zeitliche Güter erworben, so ist solches nicht unter dem Scheine der Armuth geschehen, sondern nebst vielen andern Ursachen durch die Freygebigkeit und Religionseifer der Gutthäter, und zur Beförderung der Ehre GOttes im Gottesdienst, Kirchenbau, und Auszierung; damit solche eine herrlichere Gestalt bekommen, als in den Ländern, wo keine katholische Geistlichkeit ist, und wo die Geringschätzung der Gotteshäuser und Fahrläßigkeit der Gemeinde in die Augen fällt, und sie geben davon ihren Lan-

des-

desfürsten die Anlagen, wie die weltlichen Unterthanen. Die Mönche pflegen ihren Wanst, und leben in aller Bequemlichkeit. Da haben wir die fünfte und sechste Unwahrheit. Denn die Herren Dominicaner und Franciscaner erweisen der Kirche Christi ersprießliche Dienste, und es verdiente der Herr Windheim zur Buße für sein unverschämtes Urtheilen, daß er wenigstens ein halbes Jahr den rauhen Rock eines Franciscaners anziehen, mit blossen Füssen daher gehen, und um Mitternacht im kalten Chor die Metten absingen müßte. Das sind nun Winde genug Herr Windheim in so wenigen Zeilen.

Ich bitte aber um Erlaubniß dem Windheim hingegen ganze Armeen von Leuten bey den Protestanten anzuzeigen, mit welchen weder GOtt weder dem Menschen gedienet wird (damit ich die Redensart annehme, welcher sich die Protestanten gebrauchen, wenn sie von den Mönchen reden) nämlich wo man über hundert tausend Mann Soldaten mehr, als es

zur

zur Vertheidigung des Staates nothwendig wäre, unterhält. Denn zu was sind so viele tausend Menschen gewidmet, als eine unermessene Ehrsucht zu vergnügen, diejenigen Fürsten, welche das Unglück trift, daß sie Nachbaren sind, in ein ewiges Mißtrauen und Schröcken zu versetzen, und so bald es die eigene Wohlanständigkeit verlanget, andere Fürsten überfallen und unterdrücken zu können? So viel tausend Mann arbeiten auch zur Friedenszeit nicht; man läßt sie auch nicht heyrathen, so daß man von ihnen mit besserem Grunde, als es die Protestanten den katholischen Ordensmännern vorwerfen, sagen kann, es sey ein erzwungener ehloser Stand. Hingegen die Priester von den Orden des heiligen Franciscus und Dominicus, wie alle andere, leisten den Bischöffen und Pfarrern Hülfe und Beystand in ihrem geistlichen Amte, sie predigen auf der Kanzel das Wort GOttes, sie hören die Beichte der Büssenden, und sprechen solche von ihren Sünden los. Sie besuchen die Kranken, sie stehen

den

den Sterbenden bey. Sie singen das Lob GOttes im Chor Tag und Nacht. Sie studiren zum Nutzen des Nächstens die Vernunft- und Naturlehre, die Kirchenrechte und die Theologie. Ihre Layenbrüder beschäftigen sich mit der Handarbeit. Herr Windheim, kann da wohl eine Zeit den faulen Wanst zu pflegen überbleiben? Wenn bey den Protestanten noch Ordensklöster wären, so würden muthmaßlich Windheim, und andere ihm nicht ungleiche kleine Herren, einige von ihren Kindern, sonderlich wenn sie viel hätten, mit grosser Freude auch in einen von den Bettelorden, welche bey den Katholicken in ganzen Königreichen hochgeschätzet und geehret werden, einkleiden lassen. Wäre dieses nicht vernünftiger, als wenn sie solche hingäben, um auf den Wink eines Befehlshabers im Felde, einen Feind, den sie niemal gesehen, zu erwürgen, oder sich von ihm erwürgen zu lassen? Allein bey den Protestanten wären Ordenspriester etwas überflüßiges im Staate; denn sie haben das Sacrament der Beicht

und

und Buße abgeschaffet. Sie verdammen die Messe, sie verwerfen die Klostergelübde. Das ist wahr, darum müssen sie aber auch den Vorwurf des von ihnen so hochgeschätzten Fleury, zu Ende seines Catechismus hören; sie hätten ein plumpes Christenthum eingeführet, in welchem die Gebote GOttes nicht besser als bey den Katholicken, und die von Christo dem HErrn in der Schrift so oft und ausdrücklich angerühmte Evangelische Räthe gar nicht gehalten würden. Dieses wird genug seyn, die Unwahrheiten des wider die Ordensmänner so sehr aufgebrachten Windheims zu widerlegen.

Tu vero, Lector benevole, hanc Partem Historiæ, non sine magno labore & sudore translatæ, volve, bona fide & animo scripta, boni consule, errata pro tua prudentia corrige, Tomum XX. Deo mihi vitam & vires concedente, secuturum expecta, & vale.

CON-

CONSPECTUS
TOMI XIX.
LIBER LXXVI.

§. 1. Res Constantinopolitani Imperii. Pag. 1.
§. 2. Constantinopolis a Latinis bis capta. 7
§. 3. Reliquiæ asportatæ. 11
§. 4. Balduinus Imperator Constantinopolitanus. 21
§. 5. Legati in Romania. 27
§. 6. Albertus Patriarcha Hierosolymitanus. 28
§. 7. Quæ in Bulgaria gesta sint. 32
§. 8. Dissidium inter Papam & Regem Hungariæ. 35
§. 9. Primislaus Rex Bohemiæ. 40
§. 10. Rex Arragoniæ a Summo Pontifice coronatur. 42
§. 11. Hospitium S. Spiritus Romæ. 44
§. 12. Legati in Occitania. 46
§. 13. Expugnatio Constantinopolis probatur Pontifici. 51
§. 14. Guido Pareus Archiepiscopus Remensis. 58
§. 15. Benedictus Legatus in Romania. 60
§. 16. Thomas Patriarcha Latinus Constantinopolitanus. 61
§. 17. Rerum facies in Terra sancta. 66
§. 18. Balduinus Imperator a Bulgaris captus. 69
§. 19. Regis Armeniæ & Comitis Tripolitani rixæ. 71
§. 20. Armeni Papæ se submittunt. 77
§. 21. Adolphus Archiepiscopus Colonienſis depositus. 82
§. 22. Schisma in Electione Archiepiscopi Cantuariensis. 88

§. 23. Balduini exitus. Henricus Imperator Conſtantinopolitanus. 92
§. 24. Eccleſia Latina Conſtantinopolitana. 95
§. 25. Reſponſum Pontificis ad Thomam Patriarcham datum. 99
§. 26. Theodorus Laſcaris Imperator. 105
§. 27. Epiſcopus Uxamenſis in Occitania. 109
§. 28. S. Dominici exordia. 117
§. 29. S. Franciſci exordia. 121
§. 30. Eccleſia Livoniæ. 126
§. 31. Philippus Sueviæ Papæ reconciliari cupit. 129
§. 32. Stephanus de Langton Archiepiſcopus Cantuarienſis. 135
§. 33. Obſiſtit Rex Joannes. 139
§. 34. Philippus Suevus abſolvitur. 142
§. 35. Manichæi Viterbii. 145
§. 36. Martyrium Petri de Caſtro novo. 147
§. 37. Alii in Occitaniam Legati miſſi. 152
§. 38. Eccleſia Pariſienſis. 155
§. 39. Beatus Stephanus Epiſcopus Dienſis. 157
§. 40. Sententia Interdicti in Angliam lata. 160
§. 41. Richardus Pontificis frater, Comes Soranus. 164
§. 42. Philippi Suevi fata. 165
§. 43. S. Guilielmi Bituricenſis extrema. 170
§. 44. Comes Toloſanus abſolvitur. 174
§. 45. Expeditio ſacra contra Albigenſes. 177
§. 46. Simon Montfortius, Crucigerorum Dux. 180
§. 47. Concilium Avenionenſe. 182
§. 48. Societas pauperum Catholicorum. 184
§. 49. Regis Ottonis ſponſalia. 191
§. 50. Otto IV. coronatur. 193
§. 51. Ottonis cum Pontifice jurgia. 196
§. 52. Rex Angliæ excommunicatur. 197
§. 53. S. Franciſci primi Diſcipuli. 199
§. 54. Regula S. Franciſci approbatur. 206
§. 55. Regula Carmelitarum. 208
§. 56. Regnum Hieroſolymitanum. 210
§. 57. Eccleſia Latina in Romania. 212
§. 58. Res Albigenſium. 215
§. 59. Hæretici Pariſiis. 224

§. 60. Scholasticorum mores. 230
§. 61. Episcoporum Aurelianensis & Antisiodorensis causa. 232

LIBER LXXVII.

§. 1. Quæ in bello contra Albigenses secuta sint. 237
§. 2. Causæ aliæ in Occitania pertractatæ. 243
§. 3. Beata Maria Ogniacensis. 247
§. 4. Otto Imperator excommunicatus. 252
§. 5. Joannes Rex Angliæ deponitur. 256
§. 6. Concilium Parisiense. 261
§. 7. Fridericus Rex Romanorum. 268
§. 8. Vita S. Francisci. 269
§. 9. S. Claræ Exordia. 274
§. 10. Preces solemnes Romæ. 279
§. 11. Alphonsi IX. de Mauris Victoria. 281
§. 12. Res Albigensium. 283
§. 13. Sedes Constantinopolitana vacans. 284
§. 14. Profectio infantium. 287
§. 15. Concilium Generale convocatur. 288
§. 16. Literæ Pontificis ad Patriarcham Alexandrinum. 290
§. 17. Bulla de Bello sacro. 292
§. 18. Epistolæ Pontificis in Orientem datæ. 296
§. 19. Propagatio Fidei in Septentrione. 298
§. 20. Rex Arragoniæ Pontificem fallit. 303
§. 21. Concilium Vaurense. 306
§. 22. Ludovicus Franciæ contra Albigenses Cruce signatus. 314
§. 23. Philippus Augustus contra Joannem Regem arma parat. 315
§. 24. Philippus Ingeburgem ad suam revocat societatem. 316
§. 25. Joannes Rex fit Papæ Vasallus. 319
§. 26. Joannes Rex absolvitur. 324
§. 27. Legatio a Rege Joanne ad Regem Marochii adornata. 328
§. 28. Pugna ad Muretum. 332
§. 29. Quæ, Joanne Rege absoluto, secuta sint. 335
§. 30. Nicolai Legati molimina. 339
§. 31. Pelagius Legatus in Romania. 341

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

§. 32. Res Albigenſium. 344
§. 33. Pugna ad Boviniacum. 348
§. 34. Interdictum in Anglia tollitur. 349
§. 35. Concilium in urbe Montepeſſulano. 351
§. 36. Ludovicus Franciæ in Occitania. 353
§. 37. Joannes Rex privilegia Anglorum confirmat. 357
§. 38. Papa privilegiis Angliæ adverſatur. 361
§. 39. Statuta Scholæ Pariſienſis. 364
§. 40. Concilium Lateranenſe IV. 366
§. 41. Eccleſiæ Toletanæ Primatus. 369
§. 42. Fridericus II. Imperator. 375
§. 43. Res Angliæ. 377
§. 44. Pontificis Sermones. 379
§. 45. Decreta de Fide. 380
§. 46. Error Joachimi Abbatis. 382
§. 47. Decretum contra Hæreticos. 384
§. 48. Decretum de Græcis. 388
§. 49. Jurisdictio Eccleſiaſtica. 390
§. 50. Theologus & Pœnitentiarius. 369
§. 51. Electio & Ordinatio. 398
§. 52. Evchariſtia. Pœnitentia. 403
§. 53. Matrimonium. 408
§. 54. Viri Religioſi. 410
§. 55. Reliquiæ & Collectores. 415
§. 56. Simonia. 417
§. 57. Alia Concilii univerſalis Decreta. 418
§. 58. Reliquiæ S. Dionyſii. 422
§. 59. Fratres Minores in variis Provinciis. 424
§. 60. Angli in Joannem Regem ſeditioſi. 431
§. 61. Ludovicus in Angliam navigat. 438
§. 62. Innocentii III. obitus. 444

LIBER LXXVIII.

§. 1. Honorius III. Papa. 449
§. 2. Engelbertus Archiepiſcopus Colonienſis. 452
§. 3. Petrus de Curtenaco Imperator Conſtantinopolitanus. 453
§. 4. Joannis obitus. Henricus III. Rex Angliæ. 454
§. 5. Ordo Fratrum Prædicatorum approbatur. 460
§. 6. Res Albigenſium. 466

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

§. 7. Ludovicus Princeps solvit ex Anglia. 469
§. 8. Petrus Imp. a Theodoro Comneno captus. 475
§. 9. Rex Hungariæ in Palæstina. 479
§. 10. Castrum Alcazar in Portugallia expugnatur. 482
§. 11. Terræ sanctæ facies. 487
§. 12. Albigenses. 490
§. 13. Joannes Columnius Legatus Constantinopoli. 494
§. 14. Contra Gervasium Patriarcham querelæ. 497
§. 15. Pelagius Legatus in Palæstina. 498
§. 16. S. Guilielmi Bituricensis Canonizatio. 503
§. 17. Fratres Prædicatores Bononiæ. 505
§. 18. Simonis Montfortii obitus. 508
§. 19. Ordo Fratrum Prædicatorum propagatur. 511
§. 20. Primum Fratrum Minorum Capitulum. 519
§. 21. Fratres Minores subjiciantur Episcopis. 523
§. 22. S. Francisci literæ. 526
§. 23. Res Hispaniæ. 528
§. 24. Ecclesia Latina Orientalis. 531
§. 25. Martyres Marochii. 532
§. 26. Frater Ægydius Assisinas. 536
§. 27. S. Franciscus coram Soldano Meledino. 538
§. 28. Testimonium Jacobi Vitriaci, Fratribus Minoribus favens. 542
§. 29. Cruce signati Pelusium in potestatem redigunt. 545
§. 30. S. Dominicus Moniales includit. 548
§. 31. S. Dominicus duos mortuos ad vitam suscitat. 551
§. 32. Resurrectio Napoleonis. 553
§. 33. S. Hyacinthii Exordia. 556
§. 34. Primum Fratrum Prædicatorum Capitulum 557
§. 35. Frater Elias deponitur. 560
§. 36. S. Francisci Doctrina. 564
§. 37. Pœnitentia Interfectorum Episcopi Anicensis. 567
§. 38. Res Cruce signatorum in Oriente. 570
§. 39. Guilielmus Segnelacensis Episcopus Parisiensis. 577
§. 40. Fridericus II. Imperator coronatur. 580

§. 41. Papa profectionem ſacram urget. 583
§. 42. Robertus Imperator Conſtantinopolitanus. 586
§. 43. Fratres Minores in Germania. 589
§. 44. Martyres Septenſes. 591
§. 45. S. Antonii Patavini Exordia. 593
§. 46. Ordo Tertius S. Franciſci. 596
§. 47. Ordo Fratrum Prædicatorum propagatur. 597
§. 48. S. Dominici obitus. 599
§. 49. Peluſium amittitur. 603
§. 50. Eccleſia Latina in Cypro & Romania. 605
§. 51. Imperatores Græci Niceæ & Theſſalonicæ. 608
§. 52. S. Engelbertus Germaniæ Rector. 610
§. 53. Raimundi Senioris, Comitis Toloſani, obitus. 613
§. 54. Jordanes Fratrum Prædicatorum Miniſter Generalis. 617
§. 55. S. Raimundi de Pegnafort Exordia. 622
§. 56. Concilium Oxonienſe. 623
§. 57 Cædes Epiſcopi in Scotia. 628
§. 58. Friderici & Regis Hieroſolymæ fœdus. 629
§. 59. Patriarchæ Alexandrini ad Papam Epiſtola 630
§. 60. Philippi Auguſti obitus. 632
§. 61. Epiſcopi Exequiis Regis Philippi præſentes. 637
§. 62. Ludovicus VIII. Rex Franciæ. 641
§. 63. Regula Fratrum Minorum confirmatur. 643
§. 64. Ordo de Mercede. 649
§. 65. Friderici Imperatoris Conſtitutiones contra Hæreticos. 651
§. 66. Friderici Epiſtola de Bello ſacro. 655
§. 67. Raimundus Junior Papæ reconciliatur. 658
§. 68. Epiſtola Papæ de Bello ſacro. 660
§. 69. Rex Daniæ in carcere. 661

LIBER LXXIX.

§. 1. Georgiani ad Summum Pontificem convertuntur. 665
§. 2. Provinciæ a Tartaris partæ, Duce *Ginguis-Can.* 668

§. 3. Ludovicus Rex in Territorio Pictavienſi Victor. 673
§. 4. Concilium Montispeſſulanenſe. 675
§. 5. S. Franciſci Stigmata. 677
§. 6. Eccleſia Boruſſiæ. 684
§. 7. Hæretici in Longobardia. 688
§. 8. Romanus Cardinalis S. Angeli, Legatus in Francia. 689
§. 9. Mora Imperatori conceſſa. 692
§. 10. Diſſidia ob Eccleſias Cathedrales in Apulia nata. 695
§. 11. Engelberti Archiepiſcopi Colonienſis cædes. 699
§. 12. Henricus Archiepiſcopus Colonienſis. 705
§. 13. Periculum Romani, S. Sedis Legati, Pariſiis. 708
§. 14. Bulla in præſidium Cardinalium edita. 709
§. 15. Concilium Melodunenſe. 712
§. 16. Concilium Bituricenſe. 713
§. 17. Papa duas Præbendas in omnibus Eccleſiis poſtulat. 716
§. 18. Ludovicus VIII. contra Albigenſes Cruce ſignatus. 721
§. 19. Concilium Weſtmonaſterienſe. 723
§. 20. Quæ necem Archiepiſcopi Colonienſis ſecuta ſint. 726
§. 21. Friderici Imperatoris querelæ. 728
§. 22. Reſponſum Papæ. 730
§. 23. Regnum Hieroſolymæ. 735
§. 24. Fœdus Longobardorum. 738
§. 25. Fratrum Minorum ædes. 740
§. 26. S. Franciſci Teſtamentum. 743
§. 27. S. Franciſci obitus. 747
§. 28. Expeditio contra Albigenſes. 752
§. 29. Ludovici VIII. obitus. S. Ludovicus Rex Franciæ. 756
§. 30. Imperator & Longobardi paciſcuntur. 760
§. 31. Honorii III. obitus. Gregorius IX. Papa. 765
§. 32. Concilium Narbonenſe. 768
§. 33. Querelæ Clericorum Franciæ de Decimis. 772
§. 34. Guilielmus de Alvernia Epiſcopus Pariſienſis. 777

§. 35.

§. 35. Cumani convertuntur. 778
§. 36. Pontifex Cruce ſignatorum abitum urget. 783
§. 37. Papa Imperatorem excommunicatum denunciat. 786
§. 38. Imperatoris Apologia. 789
§. 39. Terræ ſanctæ facies. 792
§. 40. Imperator iterum excommunicatur. 794
§. 41. Imperatoris profectio. 798
§. 42. S. Franciſci Canonizatio. 799
§. 43. Bellum inter Papam & Imperatoris Duces. 802
§. 44. Stephani Langtonii obitus. Electio impugnatur. 807
§. 45. Archiepiſcopus Armenus in Anglia. 809
§. 46. Friderici in Terram ſanctam adventus. 812
§. 47. Fridericus cum Soldano paciſcitur. 815
§. 48. Patriarchæ Hieroſolymitani Epiſtolæ contra Fridericum. 819
§. 49. Friderici reditus. 824
§. 50. Pacta Raimundo Comiti Toloſano a Rege conceſſa. 826
§. 51. Univerſitas Pariſienſis ex urbe excedit. 830
§. 52. Richardus Archiepiſcopus Cantuarienſis. 833
§. 53. Decimæ in Anglia colliguntur. 835
§. 54. Pontifex bellum humanius geri cupit. 839
§. 55. Joannes Briennius Conſtantinopolim vocatur. 841
§. 56. Recentiſſima contra Imperatorem excommunicationis ſententia. 842
§. 57. Concilium Toloſanum. 843
§. 58. Concilium Tarraconenſe. 848
§. 59. Inter Papam & Imperatorem de pace agitur. 850
§. 60. Romani Papam revocant. 852
§. 61. S. Franciſci Translatio. ibid.
§. 62. Frater Elias deponitur. 854
§. 63. Interpretatio Regulæ S. Franciſci. 858
§. 64. Inter Papam & Imperatorem Pax ſuccedit. 860



HISTORIA ECCLESIASTICA.

LIBER LXXVI.

INNOCENTIUS III. PAPA. PHILIPPUS & OTTO IV. IMP. OCC. ALEXIUS JUNIOR IMP. ORIENTIS.

§. I.

Res Constantinopolitani Imperii.

Inter hæc Innocentius Papa ad Epistolam, quam sibi Alexius junior Imperator, recepta urbe Constantinopolitana, scripserat, respon- Sæcul. XIII. A.C. 1204.

6. *ep.* 229. *ap. Rainald. an.* 1204. *n.* 2.

Sæcul XIII. A. C. 1204.

ſpondit. Inprimis dilaudat Principem, quod Sacræ Sedi ſubjectum ſe profiteatur, & promittat, ſe Eccleſiam Orientis cum Occidentali iterum conjuncturum. Si fidem Eccleſiæ ſervaret, cuncta promittit proſpera, at ſi deficeret, prædicit, ipſum inimicorum ſuorum potentiæ ſuccubiturum. Hæc Epiſtola Anagniæ data eſt, quo Papa exeunte menſe Septembri, anno milleſimo ducenteſimo tertio, conceſſerat, poſtquam totam ætatem Ferentini transegiſſet. Roma enim excedere Innocentius coactus fuerat, ut Romanorum indignantium vim effugeret, nec ante menſem Martium, anno milleſimo ducenteſimo quarto, in urbem rediit.

Chron. Foſſæ. n. 1208. Geſt. Innoc. n. 137.

6 ep. 230. ap. Rainald.

Papa Reſponſorias quoque dedit ad Bonifacium Montisferratenſem, Balduinum Comitem Flandriæ, ceterosque Crucigeræ militiæ Principes. Sed conſueta Benedictione eos non ſalutavit, veritus, ne Conſtantinopolim contra præceptum ſuum aggreſſi, iterum ſe ſe excommunicatione innodaſſent; quia res dubio non vacabat, an non promiſſum de futura Græcorum concordia, quod ab Imperatore juvene extorſerant, commentum eſſet, quo culpam ſuam obtegerent. *Hac de re judicabimus*, inquit Papa, *ex effectu; ſi Imperator Literas patentes mittat, a nobis ſervandas,*

in

in quibus fateatur, se istud Juramentum edidisse, si Patriarcham compellat ad legationem ad nos adornandam, si ille Primatum Ecclesiæ Romanæ agnoscat, si obedientiam spondeat & petat Pallium, sine quo Patriarchali munere legitime defungi non potest, credemus serio rem agi. Si Imperator sub Regni auspicia id facere detrectet, constabit, nec ipsius nec vestram mentem sinceram fuisse, vosque prius peccatum, cum Jaderam obsedistis, altero cumulasse, ac iterum contra Christianos arma vertisse, quæ contra Infideles cepisse videbamini. Sæcul.XIII. A.C.1204.

At longe diversa rerum facies Constantinopoli successerat. Alexio Imperatori juveni, potentiam suam satis firmam putanti, Crucigeri viles esse inceperant. Eorum amicitiam non ut antea colebat; solutionem stipulatæ auri summæ differebat, minimam partem & tandem nihil præbebat, quamvis, ut Latinis satisfacere posset, Vasa sacra aliaque ornamenta Ecclesiis detraxisset; quod admodum invisum Græcis effecerat. Tandem Crucigeri fastidiosa tergiversatione & mala denique ejus fide fatigati, bellum in Alexium decernunt, mittuntque Feciales, qui id ipsi ac Isaacio parenti in ipsa Regia denunciarent. Intestini belli calamitas multo acrius Græcorum animos contra Alexium irritavit, *Villehard. n.* 110. *Nic. p.*355. *Ville.*112.

Sæcul. XIII. A. C. 1204

alterque Alexius ex genere *Ducas*, occasionis beneficio usurus, ad Imperii culmen eluctari conabatur. Huic cognomentum *Mourschousle* ob hirsutum supercilium datum, atque isto nomine magis quam alio notus fuit. In lucem vero erupit seditio vigesima quinta Januarii anno sexies millesimo septingentesimo duodecimo, Indictione septima, secundum Græcos, seu anno salutis reparatæ millesimo ducentesimo quarto, qua populus, turmatim ad templum S. Sophiæ confluens, Senatum, Episcopos, Clericorum præcipuos, ad eligendum Imperatorem compulerunt. Plures nominabantur, & triduo inter deliberandum consumto quidam Juvenis, nomine Nicolaus Canabus, eligitur & ungitur. Dum hæc aguntur, Isaacius Imperator, morbi vi ad extrema deductus, cum morte colluctabatur, & Alexius ejus filius, comperta civium defectione, Bonifacium Marchionem ad se vocat, eoque consentiente, statuit, accitis Latinorum copiis novum hunc Imperatorem repellere.

Nicet. p. 360.

Tunc vero Alexius Ducas *, favente fortuna, Danos, milites Prætorianos securibus armatos, sibi obnoxios reddit, & quid Alexius cum Latinis moliretur aperit. Mox, quia Protovestiario seu Vestiarii præfecto omnes aditus patebant,

* Mourchousle.

bant, media nocte Principis juvenis cubiculum intrat, & ingentem animi pavorem simulans, *propinqui tui*, inquit, *cum tota Danorum coborte, ad fores Palatii stant, furore ardent, actum est de vita, nisi fuga te provipias; nam consilia tuamque cum Latinis societatem, nescio quis, prodidit.* Juvenis, audito periculo trepidans, Ducam interrogat, quid in subita clade sibi faciendum? ille sponte sequentem in conclave, quod in Palatio habebat, quasi inimicorum manibus eripiendum trahit, & protinus incautum, ac vinculis constrictum, in tetrum carcerem detrudit. Alexio juniore capto Ducas cothurnos purpureos ceteraque Dignitatis Imperialis Insignia induit, acceptaque Græcorum fide, miserum Nicolaum Canabum, a populo, qui eum elegerat, desertum, conjecit in carcerem. Alexium vero juniorem, cum eum veneno tollere bis frustra tentasset, crudeliter strangulavit, postquam infelix juvenis menses sex & dies octo, nempe usque ad diem octavam Februarii anno millesimo ducentesimo quarto regnasset. Alexius Ducas, Imperio potitus, in vulgus sparsit, eum morte naturali ex hac vita excessisse, & dolorem acerbum fingens, exequias ritu magnifico parari jussit. Sed quod verum erat premi non potuit.

Sæcul.XIII. A.C.1204.

Villehard. n. 117.

Sæcul. XIII. A.C. 1204.

Imperio Græcorum hac rerum viciſſitudine concuſſo, Barones Crucigeri cum Duce Venetorum, Epiſcopi, Clerici exercitum ſecuti, & quibus Papæ mandata commiſſa erant, conveniunt. Hi Principibus ceterisque ſacris militibus denunciant; Alexium Ducam, infandam cædem auſum, Jus regnandi, aut ullam ditionem poſſidendi amiſiſſe, Græcosque omnes, paricidæ obedientes, ejusdem criminis ſe reos efficere, ac præterea Imperio vel ideo ſolum indignos eſſe, quod Jurisdictioni Eccleſiæ Romanæ ſe ſubtraxiſſent. *Quare, vobis omnibus præſentibus, pronunciamus*, inquiebant, *bellum hoc, Juſtitia comite, geri, vosque, ſi recta voluntate Provinciam expugnatis, & poteſtati Sacræ Sedis redditis, Indulgentiam, vobis a Pontifice conceſſam, eſſe lucraturos.* Crucigeris hoc ſermone mirum in modum accenſis, bellum cum Græcis reſtaurant, ac omnes vires ad expugnandam ſecundo Conſtantinopolim colligere ſta-

Geſt. Innoc. tuunt. Priusquam vero deſtinata exe-
n. 92. querentur, Franci Venetique pacta condunt, qua ratione armis ſuis expugnata inter ſe partituri eſſent. In iis ſæpius affirmant, nullo alio conſilio impulſos ſe tanta moliri, quam ut Dei, Romanæ Eccleſiæ & Imperii honori conſulerent. Poſtquam ea, quæ ad electionem Imperatoris

toris spectant, ordinarunt, adjiciunt: Sæcul XIII. A.C 1204.
Clericis illius Gentis, ex qua electus Imperator non fuerit, jus competat regendi Ecclesiam S. Sophiæ, & Patriarcham eligendi. Ceterum utriusque nationis Clerici illas Ecclesias, quæ ipsis in divisione obtigerint, gubernent. Bona Ecclesiis immobilia, & Clericis, unde honeste sustententur, assignanda erunt, cetera sicut & alia bona profana dividantur. Jurejurando nos omnes obstringemus, quod integro anno, videlicet a die ultima exeuntis hodie mensis Martii, mansurisimus, ut Imperium stabiliamus & electum Imperatorem defendamus. Et inferius: *Si quis pacta violet, eum Pars utraque a Papa excommunicari postulabit.* Hæc mense Martio, anno millesimo ducentesimo quarto Indictione septima data sunt.

§. II.

Constantinopolis a Latinis bis capta.

Ergo Franci Venetique Constantinopolim, qua mari alluitur, oppugnant, & admotis scalis superant, die Lunæ in hebdomada Passionis, duodecima Aprilis, anno Domini millesimo ducentesimo quarto, secundum Græcorum Chronologiam sexies millesimo septingentesi- *n.* 127. 129.

Sæcul. XIII. A. C. 1204. mo duodecimo, Indictione septima. Alexius Ducas sequente nocte in fuga salutem quæsivit, post duorum mensium & quatuordecim dierum imperium. Altera die Martis, Franci Venetique, nemine sua defendente, urbem diripiunt, & spolia æquis partibus dividunt. Solis Francis quadringenta millia marcarum argenti, sine iis quæ clanculum re-

n. 135.

Nicet. p. 368. posuerant, cesserunt. In hac depopulatione Latini in omnem licentiam effusi sunt, in quam furor & habendi cupiditas solet impellere; nulla fuit Ecclesiarum reverentia, sanctæ Imagines pedibus conculcatæ, Reliquiæ in loca sordida projectæ, Corpus & Sanguis Domini Nostri in terram effusa, Vasa sacra

Nicet. p. 368. ad usus profanos adhibita. Sacra mensa S. Sophiæ ex diversa & pretiosissima materia constructa, cujus opus ob Artificis ingenium & industriam cunctis populis admirationi erat, in partes concisa, & cum præda communi divisa. Ad avehendas fores argenteas, clathrosque introducti sunt muli usque in Sanctuarium, quod suis sordibus inquinarunt. Quædam ceteris impudentior mulierecula in loco sacro saltavit, & in Sacerdotum cathedris considere ausa est.

p. 369. Hanc cladem refert Nicetas, Scriptor Græcus, qui tunc Constantinopoli versabatur, & subjungit: *Hæc feciſtis Latini*

tini Christiani, vos, inquam, qui vos ipsos viros doctos, sapientes, fœderis jurejurando firmati cultores incorruptos, veritatis amatores tenacissimos, impiorum hostes, æquitatis læsæ Vindices, nobis miseris Græcis Religiosiores, & præceptorum JEsu Christi longe observantiores, jactatis. Sed majora memoro; vos hæc feciſtis, qui Crucem humeris vestris geritis, qui toties juraſtis; Christianorum ditiones peragrabimus, sine cæde & sanguine, nec ad dextram nec ad sinistram declinabimus, nam arma contra solos Saracenos arripuimus. A commercio & societate mulierum toto peregrinationis tempore, utpote Deo sacri milites, abstinebimus. Sæcul.XIII. A.C.1204.

Faceſſite Ostentatores! alieniſſima sunt a verbis facta. S. Sepulchri injuriam ulciſci vos velle simulatis, & in JEsum Christum furitis. Crucem humero gestatis, & Crucifixum pedibus vestris subjicitis, ut paululum auri argentive auferatis. Vobis multo meliores Saraceni sunt, qui, cum Hierosolymam ceperunt, populares vestros omni humanitatis genere sunt prosecuti. Hi, quos barbaros appellatis, Latinorum uxoribus non illuserunt, sacri Sepulchri Eccleſiam cadaveribus non impleverunt, sed omnes, exacto in singula capita levi tributo, libere discedere passi sunt. Bo-

Sæcul. XIII. A.C. 1204.

nis, cuicunque, ut ea possidebat, relictis. Ita nempe JEsu Christi inimici hostes suos, diversæ Religionis homines, leniſſime habuerunt; vos vero Christiani Christianos, contra quos justa conquerendi causa non erat, atrocem in modum oppreſſiſtis. Hucusque Nicetas (*).

§. III.

(*) De hoc Scriptore Natalis Alexandri hoc est judicium: *Nicetæ, quamvis rerum tunc in Urbe Regia gestarum testis oculati, Græca fides suspecta est, ob pertinaciam in Schismate & immane in Latinos odium, quod aculeatus stylus testatur. Iniquum in totam Nationem fuisse Historicum illum, vel hæc ipsius verba probant: Difficile est Latinum, avaro ingenio, oculo impudenti, ventre insatiabili, animo iracundo, manu perpetuo ensem quærente, lenire obsequiis. Multa nihilominus scelera & sacrilegia in illa expugnatione a Latinis patrata, Anonymus vitæ Innocentii III. Auctor etiam testatur.*

Quis manus militis & victoris & famelici, cui stipendia jam dari non possunt, satis contineat? Verumtamen speciatim nemo occisus, nec virginibus vi adhibita pudor solutus, saltem in Niceta, legitur. Illud vero majore æquitatis specie Latinis exprobrat Nicetas, quod ex Occidente ad urbem Hierosolymam ex potestate Saracenorum vindicandam profecti, Græcos Christianos Imperio Constantinopolitano exue-

re

Sæcul.XIII. A. C. 1204.

§. III.

Reliquiæ asportatæ.

Ceterum nihil meliori jure a se rapi posse Latini putarunt, quam Reliquias, quarum ingens multitudo, in urbem Constantinopolitanam congesta, inde postmodum in Ecclesias Occidentis sparsa est. Sed non facilis plane labor fuit, prohibere, ne profanarentur aut perderentur; quippe milites loculos & arcas confringebant aurum, argentum, gemmasque prædaturi, de ipsis Reliquiis nihil soliciti. Qua re comperta Principes, acriter dolentes, & veriti, ne tot privatorum Sacrilegia iram Dei in totum exercitum provocarent, convocata concione, statuerunt, ut Legatus Apostolicus & Episcopi, addita pœna Excommunicationis, præciperent, ne quis sacras Reliquias retineret, sed cunctæ Garnerii Episcopi Trecensis custodiæ traderentur.

Transl. S. Mamant. C. S. Bib. Floriac. p. 234. Sur. 17. Aug.

Inter alia repertum est quoddam Caput humanum, circulo argenteo inclusum, cum Inscriptione Græca: *S. Mamas.*

re moliti sint. Id ne fieret, monuerat quidem & vehementer hortatus fuerat Innocentius Papa; rem tamen peractam approbavit. Sed quid ageret, cum factum infectum fieri nequiret?

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sæcul. XIII. A.C. 1204.

mas. Est vero Mamas illustris Martyr, Cæsareæ in Cappadocia circa annum ducentesimum septuagesimum quartum passus, quem Ecclesia die decima septima Augusti colit. Porro Crucigerorum exercitum comitabatur quidam Clericus Diœcesis Lingonensis, nomine Galonus *de Dampierre*, qui nullum non movit lapidem, ut has Reliquias sibi acquireret, quod sciret, in Ecclesia Lingonensi non nullas alias asservari ejusdem Sancti, quem nomine alio *Mamés* appellant, ac loci Patronum venerantur. Sed eas Galonus ab Episcopo Trecensi obtineri non potuit; quippe is ipse easdem Ecclesiæ Lingonensi offerre cupiebat, cujus Episcopum Hilduinum tenero amicitiæ affectu amabat.

Tillem. to. 4. p. 358.

Mart. Rom. 17. Aug.

Tum Garnerio Episcopo Trecensi Constantinopoli die decima quarta Aprilis anno millesimo ducentesimo quinto fatis functo, Galonus *de Dampierre* Petrum Capuanum Sacræ Sedis Legatum adit, atque ad ejus genua provolutus inter lacrymas rogat, caput S. Mamantis sibi dari. Gavisus est Legatus, quod nactus esset occasionem, Galono gratum faciendi, quem meritorum ejus haud ignarus maximi æstimabat. Quare, abjecta omni mora, ne illæ Reliquiæ forte ad aliorum manus pervenirent, ipse se ad Episcopi defuncti ædes confert, easque

S. Mamantis Reliquiæ.

que honorifice in domum suam deportat. Ut vero omnem dubitandi locum, an genuinam esset hoc Caput, auferret, complures Græcos Monachos Clericosque convocavit, qui lecta circuli argentei inscriptione, hoc S. Mamantis caput sine dubio esse affirmarunt. Quin etiam Legatus Clericorum suorum aliquem cum Galono misit ad Monasterium, quod S. Mamantis honori sacrum Isaacius Imperator haud diu abhinc condiderat; cumque Abbas & Monachi Reliquias vidissent, protinus venerabundi obortis lacrymis in terram se demiserunt, exclamantes, illud ipsum S. Martyris Caput esse, quod aliquis ex Cappadocia monachus attulerat. Mox Galono, ut istud sibi redimerent, magnam pecuniæ vim obtulerunt. Sæcul.XIII. A.C.1204.

Hæc de veritate Reliquiarum istarum testimonia in Epistola authentica, a Legato S. Sedis data, quam Ecclesia Lingonensis hodieque conservat, referuntur. Galonus deinde Episcopus Dymicæ, seu Domoci in Thessalia creatus, per triennium in Occidentem redire non potuit. Sed tandem occasione nata Romam profectus, Reliquias suas Lingonas detulit, ubi solemni pompa ab Episcopo Roberto de Castellione exceptæ sunt. Hujus Translationis Historiam haud

Sæcul. XIII. A. C. 1204. haud diu post ejusdem Ecclesiæ Presbyter scripsit.

Andr. Dand. ab Ughel. to. 5. p. 1326. Ex Reliquiis Constantinopoli inventis Dux Venetorum accepit aliquam partem veræ Crucis, auro insertam, quam Constantinus Magnus, cum in aciem procederet, gestasse dicebatur, tum etiam ampullam, prodigioso Sanguine Domini Nostri plenam, alterum S. Georgii brachium, & capitis S. Joannis Baptistæ partem; quas Reliquias, Venetias transmissas, in Oratorio suo collocari jussit. Balduinus Imperator coronam Domini nostri sibi vindicavit, & de Sacro Sanguine aliquam partem in Flandriam, aliasque Reliquias Regi Franciæ misit. Cum etiam corpora sanctarum Agathæ, & Luciæ, Basilii & Constantini Imperatorum jussu olim ex Sicilia Constantinopolim translata, inventa fuissent, Dux Venetorum S. Luciæ Reliquias obtinuit, & Venetias ad Monasterium S. Georgii misit, corpus vero S. Agathæ quibusdam Siculis peregrinantibus traditum. Duo cives Veneti corpus S. Simeonis Prophetæ, ex oratorio S. Virginis, Ecclesiæ S. Sophiæ propinquo, ablatum, ac in patriam devectum, in antiqua Ecclesia, ab hujus Sancti nomine dicta, deposuerunt.

Cardinalis Petrus Capuanus, ne vacuus discederet, sibi elegit S. Andreæ Apo-

Apoſtoli corpus, anno trecenteſimo quinquageſimo ſeptimo, Conſtantii Imperatoris cura Conſtantinopolim delatum, quod, in Italiam reverſus, Amalphi urbi in Apulia, patriæ ſuæ, donavit, ubi paulo ante Matthæus Archiepiſcopus, Petri ſanguine propinquus, Eccleſiam Cathedralem magnifici operis ædificaverat. Cardinalis ſuis ſumtibus *Confeſſionem* ſeu ſepulchrum ſub Altari conſtruxit, quo Apoſtoli exuvias cum aliis Reliquiis die octava Maji anno milleſimo ducenteſimo octavo intulit. Exinde S. Andreas hujus Eccleſiæ Titulus & urbis Amalphitanæ Patronus fuit. Sæcul. XIII. A. C. 1204. *Sup. lib. XIII. §. 43. Ughel. to. 7. p. 272.*

Martinus Abbas Pariſii in Diœceſi Baſileenſi, qui cum Germanis Crucigeris Conſtantinopolim redierat, inter deprædationis tumultum in quamdam Eccleſiam ſe intulit, a Græcis præcipuo honore cultam, quod in ea defuncta Manuelis Imperatoris Mater jaceret. In eamdem Græci ex illa urbis regione maximam pecuniæ copiam, & pretioſas Eccleſiarum, vicinorumque monaſteriorum Reliquias congeſſerant, ſperantes, in tuto ibi futuras. Id vero Crucigeris, antequam urbem ſuperarent, Latini, quos Græci Conſtantinopoli ejecerant, prodiderunt. Cum ergo complures hanc Eccleſiam direpturi intraſſent, Martinus Abbas in quemdam locum ſecretiorem *Sup. Lib. LXXV. §. 46. Gunth. n. 19. Otto ad S. Blas. c. 49.* Reliquiæ.

Sæcul. XIII. A.C. 1204.

rem penetravit, conjiciens, se ibi quod quærebat inventurum. Conspexit ibi senem, optimo vultu, egregia & candida barba, quem, quia vestis Sacerdotum Græcorum ab habitu Latinorum multum abhorret, hominem laicum credidit. Mox, voce ad minas & terrorem composita, *agedum*, ait, *diris omnibus devote senecio! exprome pretiosas Reliquias, quas custodis, quod nisi citissime feceris, occisissimus es.* Gestu loquentis perterritus Sacerdos Græculus, nam verba non intelligebat, ut indignantem deliniret, Francorum lingua, cujus non omnino ignarus erat, alloquitur; & Abbas, qui iram simulaverat, eadem lingua, ut potuit, significat, quid ab ipso exigeret.

Tunc vero cum Abbatis species ad Græci senis oculos tota perveniisset, & virum Religiosum esse judicaret, credidit, honestius se ei Reliquias suas traditurum, quam militibus Laicis, eas cruentis manibus profanaturis, reseravitque arcam, vinculis ferreis firmatam, in quam avidas manus immittens Abbas iis, quæ splendidissima videbantur, reductam in hunc finem togam implevit. Eadem solertia Capellani ipsius fuit. Illico Martinus ex Ecclesia excessit, naves repetiturus, atque amicis, quid portaret, interrogantibus, respondit hilari vultu,

quod

quod solebat, *optime succedunt res nostræ.* Tum, celeriter transiens, ad suam triremem pervenit, ac in sua cellula, haud sane inculta, sacram prædam abscondit, donec tumultus in urbe deferbuisset. Triduo in navi permansit, has Reliquias magno devotionis sensu honorans, nemine arcani conscio, nisi ex suis duobus Capellanis altero, & Presbytero illo Græco, qui eas tradiderat; is quippe cognita Abbatis bonitate & munificentia ab eo avelli noluit. Abbas Martinus, postea Constantinopolim reversus, totam æstatem ibi exegit, clam Reliquias suas colens. Tum, circa Festum Nativitatis Beatæ Virginis nave conscensa, in Palæstinam vela fecit, ac prima die Octobris in portum Acriensem invectus est. Unde, cum anno sequente die Martis ante Dominicam Palmarum, nona Martii, mari iterum se credidisset, Venetias in vigilia Pentecostes, tum Basileam, & tandem in suum Monasterium Parisinum in Festo S. Joannis, anno salutis millesimo centesimo quinto, pervenit. Reliquiæ, quas attulit, pars de Sanguine Domini nostri, de vera Cruce, de ossibus S. Joannis Baptistæ, & multæ aliæ, erant.

Sæcul. XIII. A.C. 1204.

n. 22.

n. 23. 24.

Inter viros Ecclesiasticos Francos, militiam sacram secutos, fuit Galonus Sartonius, Canonicus S. Martini Pichiniaci,

du Cange Chef. S. Jean. p. 106.

Sæcul. XIII. A. C. 1204.

niaci, Milonis Equitis, & Sartonii, pagi prope Durlendarium urbem in Diœceſi Ambianenſi Domini, filius. Is, cum Conſtantinopolis diriperetur, non nullas ſtatim occupavit Reliquias, nempe Caput S. Chriſtophori, S. Eleutherii brachium, ac quasdam alias, ſed deinde Edicto, quod promulgatum fuit, morem gerens, eas reſtituit in manus Garnerii Epiſcopi Trecenſis, cujus curæ commiſſum erat, omnes ſervare. Galonus deinde Præbenda potitus in Eccleſia S. Georgii *de Mangane*, ſeu de Armamentario Conſtantinopoli, cum in Vigilia Nativitatis Beatæ Mariæ in veteri Palatio ſemi collapſo, huic Eccleſiæ contiguo, deambularet, feneſtram conſpexit fœno & lapidibus obſtructam; ſtatimque ſuborta eſt ſuſpicio, Reliquias ibi deliteſcere. Nec fefellit conjectura, nam ibi duo vaſa, quorum alterum S. Georgii digitum, alterum ejusdem ſancti brachium continebat, invenit. Verum, timens fraudem, ea ubi fuerant repoſuit. Altera die in eodem loco ulterius fodiens, pervenit ad duas lances argenteas, thecis incluſas, quas abſtulit, atque ex inſcriptione cognovit, in altera S. Georgii & in altera S. Joannis Baptiſtæ caput includi.

p. 116. Ut hæc Cimelia facilius & tutius transferret, Galonus majores thecas con-

confractas vendidit, & minores, quas illæ unacum Reliquiis complectebantur, servavit. Tum ultima die Septembris mari se committens, postquam totum ferme mensem navigasset, Venetias appulit. Inde, superatis alpibus, prædonum insidiis ereptus, ubi haud procul ab urbe Ambiano fuit, ex suis ad Petrum Sartonium, patruum suum, Ecclesiæ Cathedralis Canonicum misit, qui monerent, ipsum S. Joannis caput afferre. Petrus hujus rei certiorem fecit Episcopum, Richardum *de Gerberoi*, qui hasce Reliquias decenti honore & pompa recipere statuit, idque etiam peregit, Dominica tertia Adventus, die decima septima Decembris, anno millesimo ducentesimo sexto, qua die Ecclesia Ambianensis etiamnum hujus Translationis memoriam colit. Historiam vero rei gestæ Richardus Episcopus scripsit, ut eam accepit a Galono, cui anno sequente Præbendam in Ecclesia Cathedrali contulit. Ceterum hæ S. Joannis Reliquiæ solis ossibus a suprema parte frontis usque ad labia constant, pro vertice autem suffectus est galericulus argenteus & deauratus, in quo opere encaustico S. Joannes, digito JEsum Christum monstrans, exhibetur, cum literis Græcis, quæ Præcursorem Domini indicant.

Sæcul. XIII. A.C. 1204.

S. Joannis Baptistæ Reliquiæ.

p. 120.

p. 96.

p. 122.

p. 133.

Sæcul. XIII. A. C. 1204.

Comes Flandriæ quoque Balduinus, ſubito Imperium conſecutus, Philippo Auguſto Regi Franciæ complures Reliquias, ex ſancta Capella magni Palatii Conſtantinopolitani, quod tunc *Bucoleon* dicebatur, raptas miſit, videlicet, partem veræ Crucis, pedem unum longam, Capillos JEſu Chriſti Infantis, unam ſpinam de ejus corona, partem velamenti linei, quo in præſepi involutus fuit, partem veſtis purpureæ, & coſtam ac dentem S. Philippi Apoſtoli. Quas deinde Reliquias Rex manu ſua Henrico Abbati S. Dionyſii Pariſiis die ſeptima Junii anno milleſimo ducenteſimo quinto ſervandas tradidit. Henricus Balduini Imperatoris frater, Philippo Marchioni Namurcenſi fratri ipſorum plurimas Reliquias, eidem Capellæ *Bucoleon* detractas donavit. Nevelo Epiſcopus Sueſſionenſis multas Reliquias Eccleſiæ ſuæ Cathedrali, & Abbatiæ Dominæ noſtræ contulit. Eccleſiæ Trecenſi caput S. Helenæ, & pars capitis S. Philippi obtigerunt. Abbatia S. Pantaleonis Reliquiis de capite S. Mamantis, cum pluribus aliis Conſtantinopoli allatis, locupletata eſt.

Rigor. p. 48.

Chro. Godef mon. an. 1208.

§. IV.

Sæcul. XIII.
A. C. 1204.

§. IV.

Balduinus Imperator Constantinopolitanus.

Constantinopoli capta, Crucigeri Electores duodecim sex Francos totidemque Venetos nominarunt, qui Imperatorem crearent. Franci sex Ecclesiastici Ordinis omnes erant, nempe Episcopi Suessionensis, Trecensis, Halberstadiensis, Bethlehemiticus, Acriensis & Abbas Lucensis *. Hi itaque secunda Dominica post Pascha Balduinum Comitem Flandriæ elegerunt, eumque Dominica sequente, die decima septima Maji, anno millesimo ducentesimo quarto, solemni ritu in Ecclesia S. Sophiæ coronarunt, qui exinde assumtis titulis etiam cultu Græcorum Imperatorum insignis incessit. Annum ætatis numerabat trigesimum secundum, & vix ultra annos duos imperavit. Marchioni vero Montisferratensi, inter Barones post Balduinum præcipuo, Regnum Thessalonicense in præmium cessit.

Villehard. n. 136. & not.

* de Lucé

Balduinus Imperator ad Innocentium Papam Epistolam dedit, in qua se Romani Pontificis Equitem dicit, ac postquam Alexii Junioris malam fidem, Alexii Ducæ usurpationem, expugnationem urbis Constantinopolis, Electionem

Gest. Innoc. n. 91. 7. ep. 152. ap. Rainald. an. 1204. n. 6.

Sæcul. XIII. A.C. 1204.

suam & coronationem narravit, prosequitur in hunc modum: *Aderant, cum inaugurarer, multi Christiani, Terræ sanctæ incolæ, tam viri Ecclesiastici, quam Militares, qui lætitiam majorem, quam ceteri omnes, profitentes dicebant: melius obsequium præstitum fuisse Deo, capta Constantinopoli, quam si Hierosolyma denuo in potestatem Christianorum fuisset redacta, cum jam Constantinopolis Ecclesiæ Romanæ & Terræ sanctæ amica sit, postquam tam diu utriusque Adversaria potentissima extitisset. Hæc enim urbs illa est, quæ sæpe cum Infidelibus funesta Christianis fœdera iniit. Illa est, quæ Saracenis arma, naves, commeatus suppeditabat. Contra vero res omnibus Crucigerorum gentibus notissima est, quam perfide, quam atrociter Latinorum peregrinantium agmina habuerit. Illa est, inquam, quæ tam immani Sedis Apostolicæ odio flagrabat, ut ne quidem Principis Apostolorum nomen æquo animo audire posset, ejusque honori nec unam saltem Ecclesiam apud Græcos sacram esse voluerit, qui Primatum a Domino in omnes Ecclesias accepit. Illa est, quæ JEsum Christum in solis imaginibus honorabat, & inter Cæremonias sacrilegas, a se, Sacra Scriptura contemta, inventas, plerumque Baptismum iterare audebat. Illa omnes Latini Ritus homines,*

nes, non homines sed canes obscenos appellare audiebatur; quin parum aberat, quin fundere Latinorum sanguinem, facinus præmio dignum, prædicaret. Monachi Constantinopolitani confitentibus, se Latinis hominibus vitam eripuisse, nullam injungebant pœnitentiam; licet enim hi monachi essent laici, nihilominus in opprobrium Presbyterorum tota ligandi solvendique auctoritate abutebantur. Sæcul.XIII. A.C.1204.

Hæc itaque Græcorum crimina & innumera alia Divina Justitia nostris manibus ulta est.

Balduinus deinde in hac Epistola fertilitatem & amœnitatem Regionis subactæ laudat & subjungit: *Quare enixe rogamus te, Sancte Pater, Occidentis incolas nobiles, ignobiles, omnis conditionis, & utriusque sexus excita, & Indulgentiam Ecclesiasticam concede. Fac, ut hic locorum veras divitias temporales æternasque arripiant. Inprimis viris Ecclesiasticis & Religiosis, cujuscunque sint Instituti, præcipe; populum sua prædicatione ad bellum sacrum suscipiendum commoveant, ipsique turmatim veniant in hæc loca, ac possideant provinciam commodissimam, & fructibus omnibus abundantem. Illud quoque ad Dei gloriam, tuamque ac ad Ecclesiæ emolumentum facturum credimus, si Concilium*

Sæcul. XIII. A. C. 1204.

Generale indicas, celebrandum Conſtantinopoli, cui urbi honor obtigit, ut complura Concilia antiqua intra ſua mœnia agi viderit. Quanta vero ſpes, quantum præſidium in te uno foret, ſi Conventum totius Eccleſiæ tua ipſe præſentia confirmares? ad aures quippe noſtras pervenit, quod nuper ad Concilium invitaveris rebellem Græciam, nihil non acturus, quo eam ad unitatem Eccleſiæ compellas. Favet occaſio, ſequere exemplum Anteceſſorum tuorum, Joannis, Agapiti, Leonis, aliorumque, qui Eccleſiam Conſtantinopolitanam ipſi inviſerunt, & niſi illi, qui iſta in Tabulariis veſtris legiſſe ſe affirmant, nos fallunt, invenies, Pontifices ob cauſas minoris momenti, ac præſens eſt, huc veniſſe.

Godefr. an. an. 1203. Arnol. Lub. 6. c. 20. Duchesn. to. 4. p. 278.

In fine Epiſtolæ Imperator teſtatur, mores Clericorum ſacram militiam comitantium hucusque laude dignos fuiſſe, atque Ducem Henricum Dandolum Venetosque Papæ commendat. Ceterum hæc Epiſtola Balduini Encyclica erat, atque etiam ad Adolphum Archiepiſcopum Colonienſem, & generatim ad omnes Fideles, iis quæ peculiariter ad Papam ſpectabant omiſſis, directa.

7. ep. 153. ap. Rainald. 1204. n. 20.

Innocentius Papa Balduino Imperatori reſpondit Epiſtola Romæ die ſeptima Novembris data, in qua dicit; ſe acceptis ejus literis magno gaudio refocilla-

focillatum fuisse, quod Deus tanta prodigia ad Gloriam suam & Sedis Romanæ augmentum operatus fuerit. Promittit, se maxima solicitudine curaturum, ut electi Imperatoris Dignitas conservetur & augeatur. Et tandem hortatur, ut Ecclesiam Græcam atque Constantinopolitanum Imperium in obsequio Ecclesiæ Romanæ contineat. Die decima tertia ejusdem mensis Epistola ad Episcopos, Abbates, omnesque Clericos sacræ militiæ, Constantinopoli degentes, ad omnem conatum adhibendum excitat, quo Græcos ad concordiam cum Latina Ecclesia permoverent. Quia vero Græcorum error maximus circa Processionem Spiritus Sancti versabatur, Papa hanc Quæstionem fusius tractat, & hoc argumento nititur; quod si Spiritus Sanctus a Filio non procederet, is minus amaret Filium quam Patrem, a quo procedit, & minus amaretur a Filio. Quæ res perfectæ æqualitati, quæ in divinis esse debet, repugnaret. In alia Epistola Papa suadet; Clericos Latinos Ecclesiis Constantinopolitanis, quas Græci deseruissent, præficerent, qui Officium divinum peragerent, & bona conservarent, omnes vero convenirent, Patriarcham electuri, a Papa vel ejus Legatis confirmandum.

Sæcul.XIII. A. C. 1204.

*ibid. ep.*154.

7. *ep.* 164. *ibid.*

Sæcul. XIII. A. C. 1204.

Balduinus Imperator Epistolam suam Fratri Barroque, olim ædibus ad Templarios pertinentibus in Longobardia Præfecto, commisit, adjecitque dona ingentia Papæ una cum Epistola reddenda, videlicet, carbunculum mille marcis argenti emtum, magni pretii annulum, rarissimi contextus velamenta quinque, singularis artificii aulæum ornando Altari aptum, & pro Templo duas Icones ab artifice Græco, opere encaustico, elaboratas, alteram tres marcas auri, alteram decem marcas argenti habentem, particulam de ligno vivificæ Crucis, multos lapides pretiosos & argenti marcas quinquaginta. Sed ecce tibi, cum Barrochius in portum Metonensem in Peloponeso* invectus fuisset, duo cives Genuenses, septem triremium domini, dona omnia tam Papæ quam Templo destinata auferunt, ipso tum Papæ, tum Templariorum tum Balduini Imperatoris nomine nequicquam reclamante. Quod dispicimus ex Epistola Papæ, die quarta Novembris data, in qua Genuensibus præcipit, ut cives illos ad restituenda ablata compellant, aut Archiepiscopus fures contumaces excommunicet, & urbem Interdicto Ecclesiastico subjiciat.

* Morea.

7. ep. 124. ap. Rain. 1204.

§. V.

Sæcul.XIII.
A.C.1204.

§. V.

Legati in Romania.

Tandem Veneti, in Græcia commorantes, nunciis ad Petrum Capuanum, Legatum Sacræ Sedis, missis, absolvi se a censuris, quibus in expugnatione Jaderæ impliciti fuerant, petierunt. Ille literas suas per Præfectum thesauro Nicosiæ in Cypro misit, reosque absolvi jussit, recepto prius secundum formulam Ecclesiæ juramento, etiamsi nullam huc usque peregissent pœnitentiam. Sed maluit Legatus infirmos tolerare, quam perdere; cum præterea timeret, ne excommunicati alios quoque perverterent. *Gest. Innoc. n. 90.*

Petrus Capuanus, mense Aprili anno præcedente millesimo ducentesimo tertio in Palæstinam navigaverat; at Balduinus in solium Constantinopolitanum evectus, eum per nuncios & literas rogavit; in Græciam veniret, & res Ecclesiasticas Sacræ Sedis auctoritate componeret. Collega suo discedente noluit Soffredus in Palæstina manere; quare induciis cum Saracenis ad annos sex initis, ambo Constantinopolim deferuntur, tanta Clericorum Laicorumque multitudine Legatos comitante, ut tantum non omnes Latini tam indigenæ quam advenæ, Palæstina deserta, in Græciam commi- *Sup. Lib. LXXV. §. 49. Gest. Innoc. n. 95.*

Sæcul. XIII. A. C. 1204.

commigraverint. Quod Papæ, ubi inaudiit, minime probabatur.

Sup. Lib. LXXV. §. 48. Gest. n. 88.

Soffredus Legatus, Constantinopoli haud diu moratus, Thessalonicam profectus est, unde, aliquamdiu apud Marchionem Bonifacium diversatus, Romam rediit. Is Patriarcha Hierosolymitanus electus fuerat, missique Romam nuncii, qui Confirmationem & Pallium a Pontifice peterent. Innocentius, postquam de hac re deliberasset, rescripsit; Legato persuaderent, si possent, ut Dignitatem Patriarchalem reciperet, sed nolentem non cogerent, Palliumque alteri Cardinali, scilicet Petro Capuano misit, quod Soffredo daret, si consentiret. At ille hoc officium a se amolitus impetravit, alium eligi. Tunc ergo omnes una voce Albertum Episcopum Vercellensem, virum moribus, scientia & fama clarum, nominarunt.

§. VI.

Albertus Patriarcha Hierosolymitanus.

vit. ap. Boll. 8. Apr. to. 9. p. 769. & ap. Ughel. Ital. Sa. to. 4. p. 1095. to. 4. p. 1086.

Albertus ex nobili familia in Diœcesi Parmensi in lucem editus, a prima ætate discere literas jussus, artibus liberalibus & Legum scientia imbutus est. Tum in Monasterio S. Crucis *de Mortare*, quod cujusdam Congregationis Canoni-

nonicorum Regularium Caput erat, vitam Religiosam professus, Sacræ Scripturæ incubuit, cumque & scientia & moribus esset insignis, Prior illius monasterii creatus est. Postmodum Episcopus Bobiensis electus, antequam consecraretur, ad Ecclesiam Vercellensem postulatus, atque Episcopus anno millesimo centesimo octogesimo quarto ordinatus est, quam Ecclesiam annis prope viginti piissime rexit. Ipso ad Sedem Patriarchalem Hierosolymitanam translato, missus est ex Oriente præter alios nuncios Ranerius Florentinus, olim S.Sepulchri tunc vero *in Joppen* Prior, qui electum accerseret. Is consensum Papæ, atque literas ad Albertum decima octava Februarii anno millesimo ducentesimo quarto datas impetravit, in quibus Pontifex dicit: *Prior, & Canonici S. Sepulchri ad nostram præsentiam delatin exposuerunt; quod, cum Soffredus Legatus eo adduci non potuisset, ut Electioni de se peractæ consentiret, secundo in unum collecti te Patriarcham unanimi ore elegissent. Hæc rata habent Rex Hierosolymæ & Patriarcha, datisque ad nos literis supplicibus rogant, ut non solum te exhortemur, sed etiam ad Dignitatem recipiendam compellamus. Idem nos per literas suas rogant duo Cardinales Legati, & referunt, Episcopis Hierosolymæ Suffra-*

Sæcul.XIII. A.C.1204.

vit.c.3.p.772

Gest. Innoc. 98.

Sæcul. XIII. A.C. 1204. *Suffraganeis affirmantibus, ſuffragium in electione Patriarchæ ſibi competere, idque Priore & Canonicis S. Sepulchri negantibus, tandem inter ambas Partes ſtatutum fuiſſe, ut duo tantum proponerentur, qui nomine & jure omnium eligerent, hosque etiam te Patriarcham expetiiſſe.*

Reliqua in hac Epiſtola eo tendunt, ut permoveat Albertum ad recipiendam Dignitatem, laboribus & periculis illo tempore annexis non obſtantibus. *Ne dicas*, inquit Pontifex, *vocari te ad regendam Diœceſim, cujus poſſeſſionem modo adire nequeas, cum ejus partem maximam hoſtes teneant; partem aliquam hujus Eccleſiæ habes, & ſic totam tenes, quia Eccleſia non locis utique ſed Fidelibus conſtat. Atqui hi Fideles exoptant te, quia ſperant, te recuperandis locis ſacris adlaboraturum. Quamquam vero tua in Longobardia præſentia nobis opportuniſſima ſit, utpote viri & Præſulis, cui in negotiis arduis poteſtatis noſtræ partem committere tuto poſſumus, nihilominus non ſolum Eccleſiæ Hieroſolymitanæ, ſed etiam totius Orientis extrema neceſſitas nos ad inferendam vim voluntati noſtræ cogit. Unde te monemus & obſecramus, ne munus oblatum obire detrectes. Time malum, ſi voluntati divinæ repugnes. Time, ne ſi*

te

te onus recuſante alius indignus ſubrogetur, tua culpa hæc accidant. Nec te terreat ſiniſtri eventus periculum; Deus enim laborem & voluntatem non ſucceſſum æternis præmiis coronat. Ne nos compellas ad rigorem majorem adhibendum, quo ad obediendum mandatis noſtris conſtringaris, nec Cardinalis Soffredi exemplum nobis objice. Is forte ideo Dignitatem rejecit, ne cum in ipſis locis verſaretur, ſibi ipſi ambitione & avaritia ad ſupremum faſtigium viam paraſſe crederetur, dum conſtantiſſime ſeſe oppoſuit, ne vir indignus Sedem Patriarchalem conſcenderet.

Sæcul. XIII. A.C. 1204.

Albertus Pontifici tantopere urgenti obſiſtere non auſus, Romam venit, atque ad Patriarchatum Hieroſolymitanum translatus, Pallium accepit & Legationis munus in Palæſtina ad annos quatuor. Quod Papa Præſulibus, ceterisque illius Regionis Fidelibus omnibus data Epiſtola die decima ſexta Junii anno ſequente milleſimo ducenteſimo quinto indicat, nempe anno Lotharii, qui Alberto in Epiſcopatu Vercellenſi ſucceſſit, primo. Eo in poſſeſſionem miſſo Albertus Genuæ mari ſe commiſit, in Syriam navigaturus.

Geſt. Innoc. n. 89.

l. ep. 1000. ap. Ughell. 1094. & ap. Rain. 1205. 27. Ughel. p. 1100.

§. VII.

Sæcul. XIII. A.C. 1204.

§. VII.

Quæ in Bulgaria gesta sint.

Priusquam Constantinopolis caperetur, Joannes Capellanus, anno superiore a Papa Innocentio in Bulgariam missus, Romam rediit, comitante Blasio Episcopo Brandizuberensi, cum patente Joannicii Regis Epistola, in quo profitetur, Antecessores suos Simeonem Petrum & Samuelem a Sacra Sede Romana Coronam Imperialem, & Patriarchas Dignitatem suam accepisse; quare dicit, se quoque coronam ab Innocentio III. Papa expectare, & facultatem munere Patriarchali fungendi in urbe sua Trinovia illi concessurum, quem Papa Patriarcham constituisset. Pollicetur etiam, se nunquam ab obsequio Ecclesiæ Romanæ recessurum, sed omnes provincias, quas subigere posset, tam Christianorum quam Paganorum eidem Sedi esse subjecturum. Hæ patentes literæ aurea Bulla munitæ, atque anno sexies millesimo septingentesimo duodecimo, Indictione septima, nempe anno reparatæ salutis millesimo ducentesimo quarto, seu potius tertio exeunte, secundum Chronologiam Græcorum, annum novum mense Septembri inchoantium datæ sunt.

Gest. Innoc. n. 73.

Sup. Lib. LXXV. §. 52.

Gest. n. 70.

Papa favente animo, quæ Blasius Episcopus Regis sui nomine postulabat, audi-

audivit, & poſtquam deliberaſſet, eidem Titulum & Inſignia Regiæ Dignitatis tribuere decrevit. Miſit ergo Leonem, Cardinalem Presbyterum, titulo S.Crucis, qui Joannicium Sacræ Sedis nomine ungeret, tradiditque Bullam deferendam, in qua, poſtquam Dignitatem & Auctoritatem Sacræ Sedis magnifice extulit, dicit: *Ut populis Bulgarorum & Valachorum tam in Spiritualibus quam Temporalibus conſulamus, illius auctoritate nixi, qui Davidem unxit per manum Samuelis, te Regem eorum opera Cardinalis Leonis Legati noſtri conſtituimus. Mittimus ſceptrum & coronam, quæ noſtro nomine tibi dabit, ac juramentum tuum recipiet; te ſubditosque tuos in obſequio Romanæ Eccleſiæ perſeveraturos. Præterea, ab Epiſcopo quem ad nos miſiſti rogati, liberam tibi facultatem tribuimus monetam cudendi. Archiepiſcopo Trinovienſi Privilegium Primatus in omnes terras tuæ Ditionis concedimus. Ipſe, ejusque Succeſſores, tuos Succeſſores coronent, iisque omnes Metropolitæ Bulgariæ & Valachiæ ſubjecti ſint.* Hæc Bulla Anagniæ data eſt, die vigeſima quarta Februarii, Indictione ſeptima, anno Pontificatus Innocentii ſeptimo, ſalutis noſtræ milleſimo ducenteſimo tertio, nempe ad noſtrum numerandi modum anno milleſimo ducen-

Sæcul.XIII. A.C.1204.

Geſt.n.73.

7.ep.1.ap. Rain.1204. n.34.

Sæcul. XIII. A.C. 1204.

teſimo quarto, quia illi annum vigeſima quinta Martii inchoabant. Papa Vexillum quoque Joannicio miſit, ornatum Cruce & duabus Clavibus, quarum altera Diſcretionem altera Poteſtatem, ut iſtud in ſuis literis explicat Pontifex, ſignificabat.

vid. Morin. Ord. p. 3. exercit. 6. c. 1 Geſt. n. 76.

Quia Bulgari, Ritum Græcorum ſequentes, Unctionem eorumdem more nec in Ordinatione Epiſcoporum nec Presbyterorum adhibebant, Innocentius Papa, ut eos ad Ritum Latinorum pertraheret, Blaſium Epiſcopum, ſe præſente, a Joanne Epiſcopo Albanenſi, duobus aliis Epiſcopis aſſiſtentibus, ungi juſſit, ſcripſitque de hac materia Primati Bulgariæ longam Epiſtolam; unde illa Decretalis *cum veniſſet* excerpta eſt, in qua dicit; Unctionem Sacerdotalem ex præcepto divino & exemplo Apoſtolorum proficiſci, *quippe*, inquit, *Anacletus, origine Græcus, a S. Petro Presbyter ordinatus, docet, Epiſcopos in ſua Ordinatione ungi debere, ſecundum morem Apoſtolorum & Moyſis, quia omnis ſanctificatio in Spiritu Sancto conſiſtit, cujus inviſibilis virtus ſacro Chrismati permixta eſt.* Hæc verba ex ſecunda Epiſtola inter falſas Decretales, quæ S. Anacleto Papæ tribuitur, expromta ſunt. Illud vero, quod Papa adjicit, Anacletum a S. Petro fuiſſe ordinatum, ex Li-

de ſac. unct. c. 1. 7. ep. ap. Rain. 39.

Anacl. ep. 2. c. 1. Pontif. in Anac.

bro

bro Pontificali, qui S. Damasi dicitur, & vix majoris auctoritatis est, accepit. Porro Unctionis Episcoporum in Ecclesia Romana ante S. Leonis tempora nulla occurrunt vestigia, & Unctio Presbyterorum Nicolai primi ætate necdum erat cognita. Sæcul. XIII. A.C. 1204.

Morin. ibid. c. 2.

Ceterum Innocentius tertius in sua Epistola Decretali fusissime differit de omnis generis unctionibus, nempe Episcoporum, & Prebyterorum in sua Ordinatione, de unctione Neobaptizatorum, Confirmatorum, Infirmorum, Vasorum sacrorum, Altarium & Ecclesiarum, ejusque Mysteria ex locis Scripturæ, in sensu allegorico explicatis, exponit. Ubi præcipit Primati Bulgariæ, Unctionem recipere, ea deinde Episcopos consecrare, ipsam Presbyteris collaturos, & deinceps hunc Ritum in Ordinatione semper servari, subjungit: *Mittimus tibi per Cardinalem Leonem Cultum Pontificalem ac etiam Baculum pastoralem, etsi Papa eo non utatur.*

§. VIII.

Dissidium inter Papam & Regem Hungariæ.

Leonem Legatum per Hungariam iter facientem primo quidem Rex Andreas II. tunc in illo Regno annos tres

Sæcul. XIII. A.C. 1204.

rerum potitus ceterique tam Ecclesiastici quam Sæculares Optimates humanissime exceperunt; quin etiam Rex proficiscentem in ora Danubii, Hungariam a Bulgaria dividentis, usque ad fines Regni sui honorifice deduci jussit. Sed vix effluxerat exinde dies, cum adsunt a Rege Hungariæ nuncii, prohibentes, ne inceptum iter prosequeretur, sed prius exorta inter Hungariæ & Bulgariæ Reges jurgia componeret. Respondit Leo Legatus, id sine dubio simoniæ speciem omnibus præbiturum esse, si non aliter Joannicius, ad Ecclesiæ sinum rediens, reciperetur, quam adjecta conditione de rebus simpliciter temporalibus. Quin imo sibi Sacræ Sedis Legato nullam datam in illum Regem esse potestatem, antequam se sponte Papæ submisisset. Nec mora, facere quæ petebantur detrectans in arcem cum Episcopo Bulgaro, itineris socio, captivus conjicitur & dure habetur.

Tum Papæ, de tanta injuria conquerenti, Rex Hungariæ virum nobilem misit cum Epistolis, in quibus factum excusabat, & causas litis cum Joannicio exponebat. Respondit præter alia Pontifex: *Dicis, nullum ipsi in ullam Regionem Dominium esse, etsi aliquam Regni tui partem, alteriusque, quam usurpavit, possideat, atque miraris, quod hostem tuum manifestum,*

Gest. n. 78.

ſtum, te inconſulto, coronare velimus. Sæcul. XIII.
Sed, quod tua pace dixerimus, tota rei A.C. 1204.
veritas ad tuam notitiam non pervenit;
nam olim complures Reges continua ſucceſſione in Bulgaria, quales fuere Petrus & Samuel, auctoritate Sacræ Sedis coronati ſunt; verum, invaleſcente Græcorum potentia, Bulgari, Dignitate Regia privati, jugum Imperatoris Conſtantinopolitani ſubire coacti ſunt, usque dum nuper Petrus & Joannicius, ex veterum Regum genere editi, Patrum ſuorum hæreditatem ſibi vindicarunt. Geſt. n. 70.
Non negamus, Joannicium forte non nullas alterius Ditiones occupaſſe; nos vero ei coronam ſolius Regni ſui, non alieni, imponimus. Volumus, eum quæ invaſit reſtituere, ſicut etiam ipſi ablata reſtitui, ubi petierit, Jus cuique ſuum, ſibi nempe tibique, a nobis tribui. Nec etiam credere debebamus, Regem Bulgariæ hoſtem tuum eſſe infenſiſſimum, cum liberam commeandi facultatem Legatis noſtris illuc euntibus & Nunciis ejus ad nos venientibus conceſſeris. Et infra: *Rogas nos, ut a propoſito Joannicium coronandi dimoveri nos ſinamus, aut ſaltem differamus, donec Legatus noſter vos in mutuam gratiam reduxerit. Sed perpende, quod cum Legato noſtro, diu in Regno tuo moranti maximus honor habitus fuerit, Adverſario tuo ſuſpectus*

Sæcul. XIII. A.C. 1204.

merito esset, nisi in ipsius quoque Ditione honorari se pateretur. Illud quoque perpende, obsecro! quis tibi sensus? & an æquo animo ferre posses, si obstacula poneremus, ne filius tuus Rex coronaretur? nunc vero ex tuo animo nostrum æstima, cum te videmus violenter adversari coronationi filii nostri in Christo, quem tanquam filium prodigum, de longinqua regione revertentem, affectu paterno excipimus.

Rex Hungariæ querebatur, quod exacto jam biennio Pontifici curæ non fuisset, jus suum sibi denegari ab illis, qui sibi, pactis publice initis securo, Jaderam urbem violata fide data eripuissent; unde credebat, se nunquam ab Ecclesia Romana Justitiam impetraturum, si lite pendente Joannicium coronari pateretur. Papa respondit: *Non ignoras, nos Venetorum classem & Francorum exercitum, destructa Jadera, excommunicasse, Principesque Francorum, cum absolutionem petiissent, eam non prius obtinuisse, quam solemni ritu promisissent, se, ut par esset, tibi satisfacturos esse, cum vero Veneti necdum se absolvi rogaverint, nos eorum Patriarcham ad nos venientem, rogantemque ut a nobis consecraretur, rejectis precibus pudore confusum dimisisse.*

Sun. Lib. LXXV. §. 49.

Cum

Cum Papa in illa Epistola comminari videretur, quod contra coronationem filii sui reclamaturus esset, Rex Hungariæ, qui Comitia solemnia ad eum coronandum, adhuc puerum, dictum Belam IV. convocaverat, perterritus, Leonem Legatum in Bulgariam iter prosequi permisit. Is ubi decima quinta Octobris Trinoviam perveniisset, septima Novembris Basilium Patriarcham consecravit, qui eadem die Unctionem sacram duobus Metropolitis & ceteris Episcopis contulit; Legatus vero omnibus Mitras & Metropolitis Pallium dedit. Altera die, ejusdem mensis octava, qua Græci Festum S. Michaelis celebrabant, corona Regia Joannicio Bulgarorum & Valachorum Principi imposita, decima quinta deinde Novembris acceptis Regis & Patriarchæ literis discessit. Rex in Epistola sua ad Papam ait: *Leo Cardinalis meo nomine Sanctitati tuæ dicet: utri ratio & æquitas suffragatur, mihine, an Hungaro? rogo te vero; ei scribas, e regno meo pedem referat; nam ego Ditiones ejus infestaturus non sum. Si autem ipse aggressor extiterit, Deusque mihi dederit victoriam, quæso, ne mihi deinde succenseas. Illud quoque te rogo, Latinis, qui Constantinopolim expugnarunt, scribe; ne me lacessant, aut boni consule, si me*

Sæcul. XIII. A.C. 1204.

Gest. n. 81.

Gest. n.

Sæcul. XIII. A. C. 1204.

meaque ſtrenue defendam. Ceterum mitto tibi pueros duos, quos literas latinas diſcere cures, & deinde ad me remittas; non enim habemus Grammaticos, qui nobis Epiſtolas tuas interpretari poſſint.

§. IX.

Primislaus Rex Bohemiæ.

Æn. Silv. c. 22 c. 24. Dubrav. lib. 12. p. 84. id. lib. 15. p. 119.

Primislao quoque, inter Duces Bohemiæ trigeſimo, Innocentius Papa titulum honoremque Regium conceſſit, quo jam duo antea potiti fuerant, nempe Uratislaus Dux, numero vigeſimus, ab Henrico IV. Imperatore anno milleſimo octogeſimo ſexto, & Ladislaus a Friderico I. anno milleſimo centeſimo quinquageſimo octavo coronati. At Primislai ſucceſſores exinde ſemper Regia Dignitate fulſerunt. Primislaus in illis Germaniæ turbis, primo Philippi Sueviæ partes amplexus fuerat, qui ut magis eum ſibi devinciret, eidem manu ſua coronam Regiam Moguntiæ anno milleſimo centeſimo nonageſimo nono tradidit. Poſtea vero exortis inter ambos jurgiis Primislaus Ottonem Saxoniæ ſecutus eſt; qua re permotus Papa ei Titulum Regis confirmavit, Bulla Romæ die decima nona Aprilis anno milleſimo ducenteſimo quarto data, in qua dicit: *Quamquam ante te plures Reges*

7. ep. 42. ap. Rainald. 1204. n. 55.

in Bohemia fuerunt, nunquam tamen a Pontificibus Anteceſſoribus noſtris Titulum Regis in literis ad ſe datis obtinere potuerunt. Nos eorumdem veſtigiis inſiſtentes, præterea indigne tulimus, quod coronari ſuſtinueris a Philippo, Sueviæ Duce, etſi is ipſe coronam ritu legitimo nunquam acceperit. Quia autem, monitis noſtris obtemperans illo relicto, jam Ottonem Regem Romanorum ſequeris, isque te ut Regem honorat, ipſius precibus damus, ut te deinceps cultu Regibus debito colamus, ea conditione, ſi non ingratus futurus ſis, & quantocius a Rege Ottone coronari petas. Sæcul.XIII. A.C.1204.

Primislaus Papam rogaverat, ut aliquam Eccleſiam Metropolis Dignitate augeret in Bohemia, provincia ab Eccleſia Moguntina, cui ſuberat, nimis remota; hasque preces etiam Rex Hungariæ commendaverat. Sed excuſans ſe Papa dicebat; longam deliberationem exigere hoc negotium; inquirendum prius in neceſſitatem & voluntatem Eccleſiæ, in qua Sedes Archiepiſcopalis eſſet erigenda, atque etiam an in Bohemia Epiſcopi Suffraganei inveniri poſſent. Tandem conſulendam eſſe Eccleſiam Moguntinam, ne Sigefridi Archiepiſcopi jura læderentur, aut odium Clericorum civiumque magis in hunc Præſulem accenderetur. Nempe Sigefri- 7. *ep.* 52. *apud Rain. n.* 53.

Sæcul. XIII. A.C. 1204.

di partes tuebatur Pontifex, Moguntia autem, Philippo Suevo, adhærens, Leopoldum Archiepiscopum venerabatur. Epistola Papæ vigesima prima Aprilis data est.

§. X.

Rex Arragoniæ a Summo Pontifice coronatur.

Indic. rer. Arrag. to. 3. Hisp. ill. p. 61

Major quam Principis Bulgariæ & Ducis Bohemiæ in Sacram Sedem devotio fuit Petri II. Regis Arragoniæ, qui ipse Romam iter suscepit, ut ab Innocentio Papa coronaretur. Is cum ex Provincia * solvisset, habens quinque triremes, Genuam appulit, indeque die octava Novembris anno millesimo ducentesimo quarto in quamdam Insulam, inter Portum & Ostiam sitam, pervenit. Regem Archiepiscopus Arelatensis, Præpositus Magalonensis, pluresque viri Ecclesiastici, generis nobilitate & doctrina insignes, ac etiam multi Optimates comitabantur. Papa vero tanto hospiti ducentos prope equos, asinosve clitellarios, misit in itineris subsidium usque ad Ecclesiam S. Petri, Cardinales quoque aliquot, Senatorem Romanum, pluresque alios viros nobiles delegavit, qui venientem exciperent, ac in domum Canonicorum S. Petri honorifice deducerent.

* Provence

6. ep. epist. Innoc. 229. ap. Rainald. 1204. n. 71.

Gest. Innoc. n. 120.

Duchesn. to. 5. p. 808

rent. Tertia exinde die in Festo S. Martini Papa cum Episcopis, Presbyteris & Diaconis Cardinalibus, cum Primicerio, Cantoribus, urbis Senatore, Judicibus publicis, Præfectis, Causidicis, Tabulariis, Romanorum præcipuis, & magnæ populi frequentia ad Basilicam S. Pancratii se contulit, ubi, Petro Episcopo Portuensi Unctionem sacram Regi dare jùsso, ipse sua manu coronam imposuit, ceteraque omnia Regum Insignia, pallium, tunicam, sceptrum, orbem, & Mitram tradidit. Sæcul.XIII. A. C. 1204.

Tum juramentum exegit, quo Rex promitteret, fidelem se cum regno suo Pontifici futurum, Fidem Catholicam defensurum, oppugnaturum Hæresim, libertatem & immunitatem Ecclesiarum conservaturum. Rex deinde cum Papa ad Basilicam S. Petri reversus, sceptro & corona super Altare depositis, de manu Pontificis gladium, quo juvenes Equites accingi solent, accepit, ac Altari patentes Literas imposuit, quibus regnum suum Sacræ Sedi offerebat, ac vectigale efficiebat, obstringens se ad pendendas in singulos annos ducentas quinquaginta *Macemutinas.* Erant nummi aurei, quos Arabes invexerant, alio nomine *Mahozemutini* dicti. His peractis Papa Regem ad S. Paulum deduci jubet, ubi

Sæcul. XIII. A.C. 1204.

ubi paratas triremes conscendens ad sua revectus est.

Indic. 9. *ep.* 101. *ap. Rain. n.* 34. *Gest. n.* 122. *Zurita lib.* 2 *c.* 5.

At Optimates, populique Arragoniæ amare querebantur, Petrum Regnum suum, quod liberum acceperat, tributarium reddidisse. Elapso exinde biennio Papa Regi Petro concessit, ut ejus successores Cæsaraugustæ ab Archiepiscopo Tarraconensi coronari possent, Bulla die decima septima Junii anno millesimo ducentesimo sexto data. Nam veteres Arragoniæ Reges coronari non solebant, sed ubi uxores ducebant, vel ad annum vigesimum quintum pervenerant, Equates creabantur, tumque Reges appellabantur. Petrus II. omnium primus consecrari voluit.

§. IX.

Hospitium S. Spiritus Romæ.

Gest. Inn. n. ult. *Anast. vit. p.* 179. 10. *ep.* 179. *v. Chastelain notes Martyr.* 13. *Jan. p.* 202.

Sub idem tempus Innocentius Papa suis sumtibus condidit Hospitium, ad ægrotos pauperesque excipiendos, prope Ecclesiam S. Mariæ in Saxonia, ita dictam, quod in platea Saxonum Romæ, S. Petri Basilicæ propinqua, staret. Ceterum de hac platea jam Leonis IV. ætate, in medio Sæculi IX. mentio occurrit. In novo Hospitio Papa constituit stationem solemnem Dominicæ post octavam Epiphaniæ, qua die sacrum sudarium

rium Domini noſtri, nempe imago vultus Dominici in linteo picta, quæ alio nomine *Veronica* dicebatur, illuc populo cum pompa procedente deportaretur. Tunc Pontifici pro concione dicendum erat, populusque ad opera miſericordiæ peragenda excitandus, exemplo Summi Pontificis, eadem die eleemoſynas largiter diſtribuentis. Sæcul.XIII. A.C.1204.

Ut eſſent, qui in hoc Xenodochio miniſtrarent, Papa viros Religioſos immiſit ejusdem Inſtituti, ac illi erant, qui ſerviebant in Hoſpitio S. Spiritus, nuper in urbe Montepeſſulano a Comite Guidone extructo. Huic Comiti Papa tanquam primo ordinis Magiſtro confirmationem Inſtituti ſui, ædiumque, quas in diverſis locis & in ipſa Urbe habebat, conceſſit. Quod ex duabus Bullis menſe Majo anno milleſimo centeſimo nonageſimo octavo datis diſpicimus. In iis Papa Hoſpitium Montispeſſulanenſe illis ædibus unitum vult, quarum ipſe Romæ auctor erat, nec illud tamen Jurisdictioni Epiſcopi Magalonici ſubtrahit. *Utriusque Hoſpitii*, inquit, *unus erit Magiſter, quem Fratres utriusque Domus Romanæ & Montispeſſulanenſis eligant. Non obſtante autem hac conjunctione, Fratribus Romanis delegatos ad colligendam eleemoſynam tantum in Italiam, Siciliam, Angliam & Hungariam, Montis-* *Bull. In. III. conſtit. 7.*

Sæcul. XII. A.C. 1204. *Montispessulanensibus autem in quascunque alias provincias mittere liceat.* Tum Papa eis privilegia tribuit, quibus alia Hospitia gaudebant, præsertim immunitatem a Decimis, in solo, quod suis manibus vel sumptibus suis expensis, excolerent. Hæc Bulla Romæ die decima octava Junii anno millesimo ducentesimo quarto data est. Hospitium Romanum autem sicut Montispessulanense de Spiritu Sancto nomen traxit, & Guidone, posterioris Hospitii Fundatore, fatis functo, Papa anno millesimo ducentesimo octavo Hospitium Romanum totius Ordinis Caput esse jussit.

§. XII.

Legati in Occitania.

Boll. 5. Mart. to. 6. p. 411. Albigenses & Waldenses doctrinæ suæ veneno adhuc dum Provinciam Narbonensem inficiebant, Regionis illius Optimatibus, inprimis Raimundo IV. Comite Tolosano & Raimundo Rogerio V. Comite Fuxensi * sibi faventibus; quos ut oppugnaret Innocentius Papa, auctoritatem & potestatem Legatorum Sacræ Sedis Petro Castri novi & Rudolpho monachis Fontisfrigidi Ordinis Cistercienſis in Diœcesi Narbonensi contulit.

* Foix

Petrus

Petrus, antequam Monachum induisset, Archidiaconus Magalonicus fuerat, ejusque opera jam illo tempore Papa in gerendis magni momenti negotiis usus fuisse legitur. Rudolphus Magistri nomine decorabatur, unde ob scientiam eximius fuisse creditur. Ergo duo Legati Tolosam, quæ urbs Hæresis sedes & quasi propugnaculum erat, petunt, civesque ad ejiciendos Hæreticos permovere satagunt. Postquam argumentis se nihil agere cognoverunt, tandem eorum animos injecto timore concusserunt, comminantes, nisi parerent, ipsos indignantium Principum iram experturos, & amissis bonis temporalibus pertinaciæ pœnas daturos. Quare Tolosates Hæresim jurejurando abjecerunt, promiseruntque, se Hæreticos ex urbe sua pulsuros esse. Acta, in quibus jurarunt, se Fidem Catholicam salvis suis consuetudinibus & libertate servaturos, mense Martio anno millesimo ducentesimo tertio ante Pascha, nempe anno millesimo ducentesimo quarto data sunt. Sed non diu juramento steterunt, rursusque Hæretici Tolosæ ad nocturnos conventus confluxerunt.

Sæcul. XIII. A.C. 1204.

Petr. hist. Alb. c. 1.

Catel. Comt. Toulouse II. c. 6. p. 236.

Porro hujus Legationis socium tertium addidit Pontifex Arnaldum Abbatem Cisterciensem, atque Epistola die vigesima nona Maji eodem anno millesimo

ap. Boll. n. 4.

Sæcul. XIII. A. C. 1204.

simo ducenteſimo quarto ad Arnaldum duosque Monachos data, eis plenam poteſtatem in provincias Aquenſem, Arelatenſem & Narbonenſem, atque in Diœceſes propinquas, Hæreſi laborantes, tribuit. Sub idem tempus, data Epiſtola, Regem Philippum Auguſtum monuit; Legatis ſuis auxilium præſtaret, adverſus Hæreticos refractarios & contumaces armis uteretur, bona Principum, civiumque, Hæreticos tuentium, aut ex urbibus ſuis non expellentium, ad ærarium publicum traheret. Præterea Innocentius Legatos ſuos cognoſcere juſſit de veritate querelarum, quæ ad Sacram Sedem contra Archiepiſcopum Narbonenſem delatæ fuerant.

v. Rain. 1204 *n.* 57. 58. *Innoc. VII. ep.* 70.

Erat is Berengarius antea Abbas & tum Epiſcopus Ilerdanus. In mandatis quoque dederat; Diœceſim & Eccleſiam Vivarienſem luſtrarent; atque omnia deinde quæ in Judicio contra Epiſcopum egerant, quin & ipſam ejus Depoſitionem approbavit. Quare Capitulo Cathedrali poteſtatem fecit, alium Epiſcopum eligendi. Guilielmus Rocheſelius Epiſcopus Bliterrenſis Comitem Toloſanum cum Legatis S. Sedis adire, & monere recuſavit, ut Hæreticos ejiceret. Cum deinde idem Epiſcopus etiam rogatus fuiſſet, Conſules Bliterrenſis civitatis exhortari; Hæreſim rejicerent;

Catel. hiſt. 5. *p.* 701. *Ep. ap. Boll. n.* 6.

&

& veram Ecclesiam defenderent, non modo obsequium detrectaverat, sed etiam ne ab aliis id fieret prohibuerat. Cum postea Legatis ei, præsentibus Clericis ipsius, præcipientibus; Consules excommunicaret, nisi Hæresi intra præstitutam diem renunciarent, id promisit quidem, sed fidem fefellit. Ergo eum Legati Petrus & Rudolphus ab officiis sacerdotalibus suspendunt, usque dum conspectum Summi Pontificis subiret, & Clericis Bliterrensis Ecclesiæ districte prohibent, ne Episcopo suo in re quacunque obediant. Tum Papa, mandatis ad Episcopum Agathensem & Abbatem S. Pontii missis, eos contra Episcopum Bliterrensem agere, & quæcunque Legati decrevissent, exequi jussit. Sæcul. XIII. A.C. 1204.

Episcopus Tolosanus erat Raimundus Rabastenus, antea Archidiaconus Agennensis, Fulcrani, circa annum milleſimum ducenteſimum primum vita functi, successor; sed aditum sibi ad hanc Cathedram simonia paraverat, & tribus quibus sedit annis pauperrimus vixit; quippe, bellum & actiones in Judicio contra aliquem Vasallorum suorum gerere coactus, arces suas & prœdia creditoribus pignori dederat. Cum igitur Papa tres Legatos suos Abbatem Cisterciensem duosque Monachos Petrum & Rudolphum in res Ecclesiæ Tolosanæ & *Chro. Guil. de Pod Laur. c.6. Catel. hist. p. 891.*

Ecclesia Tolosana.

C. per inquisit. 26. ext. de Ele.

Sæcul. XIII. A. C. 1204.

causam Episcopi inquirere jussisset, Electio Raimundi nulla denunciata est, & Mascaro, ejusdem Ecclesiæ Cancellarius, simoniacæ labis particeps, Præpositura Tolosana, ad quam Dignitatem nuper per electionem evectus fuerat, privatus.

Itaque, Raimundo Rabasteno depositio, Episcopus Tolosanus eligitur, Fulco Abbas *du Toronet* Ordinis Cistercienſis in Diœcesi Fori * Julii. Is, opulento quodam mercatore, qui ex urbe Genuensi illuc migraverat, parente, Massiliæ primum cœlum hausit, juvenisque Poetica arte delectatus elegantes de amore & amantibus versus concinnavit, inter Poetas Provinciales vix alteri secundus, & nomine *Fulconis Massilienſis* celebris. Sed postea conversus & Monachum Grandisilvensem professus, inde evocatur & in alio Monasterio Abbas esse jubetur. Legato S. Sedis Petro Castelli-novi tunc ex morbo decumbenti allatum est nuncium, Fulconem Episcopum Tolosanum fuisse electum. Tunc vero optima quæque auguratus levatis ad cœlum manibus Deo gratias egit, quod talem Pastorem huic Ecclesiæ dedisset. Fulco Cathedræ suæ possessionem adiit in Festo S. Agathæ, die quinta Februarii anno millesimo ducentesimo quinto ante Pascha, nempe anno mille-

* Frejus

Catel. p. 892.

Petrarcha trionfo d'am. c. 4.

millesimo ducentesimo sexto, Dominica Sexagesimæ, dixitque ad populum suum super Evangelium de semine illa die legi solitum, quod de Ministerio Episcopali intelligendum exposuit. Episcopale munus auspicatus, de fructibus Ecclesiæ nihil præter nonaginta sex solidos Tolosanos invenit, & quatuor mulos, quos ante habebat, ex aqua putei domestici refici jussit, ne si extra ædes ad fluvium, bibendi causa, ad flumen publice agerentur, creditores, qui ipsum coram Consulibus Tolosanis persequebantur, eos diriperent. Ceterum Sedem Tolosanam annis viginti quinque tenuit. Sæcul. XIII. A.C. 1204.

§. XIII.

Expugnatio Constantinopolis probatur Pontifici.

Haud diu post quam Balduinus Imperator Papam de capta Constantinopoli per literas certiorem fecisset, fœdera quoque inter Francos & Venetos ante urbem expugnatam inita, conscripta misit, petens, ut ea Apostolica auctoritate confirmaret; sibi enim Venetorum auxilia esse necessaria, tum ut Regnum stabiliret, tum ut suppetias Terræ sanctæ ferret. Henricus Dandolus quoque Dux Venetorum petiit, ut Pontifex memo-

ap. Innoc. 7. ep. 201. Rain. 1205. n. 1.

Sup. n. 1.

ibid. ep. 200.

Sæcul. XIII. A. C. 1204

memorata fœdera rata haberet, data Epiſtola, in qua illud quoque excuſat, quod jaderam aggreſſi eſſent; Crucigeros enim, dicebat, votum editum non ſolventes, & aliena uſurpantes, Sacræ Sedis tutela indignos eſſe. Quibus verbis Regem Hungariæ perſtringebat.

Geſt. n. 92.

Papæ in his pactis complura, contra fas adjuncta, & præter alia, quæ de Eccleſiis & Clericis conſtituebantur, diſplicebant. Memor præterea erat ſcelerum peractorum, cum Conſtantinopolis caperetur, ſuique præcepti, ne Crucigeri Milites Ditiones Chriſtianorum invaderent auderent, niſi illi manifeſta fraude eorum profectioni obſtacula ponerent. Neutiquam etiam Pontifici juſta excuſatio videbatur, quod dicerent, jus ſibi fuiſſe Græcis arma inferendi, quia debita Sedi Apoſtolicæ obſequia præſtare denegarent, & Terræ ſanctæ, licet a Papa moniti opem non tuliſſent. Nec illud æquitati conſentaneum putabat, quod pœnas a Græcis Latini exegiſſent, ob Imperium ab Alexio Imperatore fratri ſuo ademtum; nullam enim ipſis poteſtatem fuiſſe hujusmodi crimina puniendi. Cum igitur Innocentio valde perplexa videretur cauſa, poſtquam de re tanta non cum Cardinalibus modo, ſed etiam cum Epiſcopis, aliisque viris prudentia clariſſimis, non paucis, qui tunc

tunc in Curia Romana versabantur, deliberasset, tandem visum est, Constantinopolis expugnationem approbare. Quod ex Responso Marchioni Montisferratensi dato dispicimus. Is enim Princeps Papæ scripsit Epistolam, a Cardinale Soffredo redditam, cujus Summa hæc erat: *Sincera mente profectionem in Palæstinam suscepi, ut peccatis juventutis meæ deletis Indulgentiam lucrarer, votum, quo me obligavi, bona fide impleturus. Alexii juvenis curam gerere cœpi, tum Petri Capuani Sacræ Sedis Legati consilio excitatus, tum etiam tristi rerum facie compulsus, cum exercitus, capta Jadera, commeatu destitutus iter in Romaniam urgeret. Itaque quod necessitas imperabat in virtutis materiam trahentes, Sacræ Sedi servire & Christianorum in Palæstina commodis consulere voluimus, quod utrumque præstitum credimus, postquam Constantinopolim sine cæde & sanguine in nostram potestatem redegimus, usurpatorem ejecimus, patrem filiumque solio Imperii restituimus, eosque nulla vi adhibita ad obsequium Romanæ Sedis reduximus. Sed en, rem prorsus inexpectatam! dum omnia ad trajectum in Syriam strenue paramus, Græci, ad perfidam quam natura indidit indolem reversi, nos fraudibus, flammis, veneficiis a proposito dimotos,*

Sæcul. XIII. A.C. 1205.

Gest. n. 65.

Ep. ev. 131. ap. Rain. 1205. n. 7.

Sæcul. XIII. A.C. 1205.

urbi Constantinopolitanæ bellum inferre invitos coegerunt. Subacta vero amplissima civitate, quod portentis ac prodigiis haud immerito accensendum, nihil egimus quod a desiderio abhorreret, Ecclesiam Orientalem cum Occidentali conjungendi, jamque ad negotium tantum perficiendum tuum consilium & nutum simpliciter manemus. Ego, qui ideo sacræ militiæ nomen dedi, ut pro peccatis meis satisfaciam, non autem ut speciem Religionis præbens majore licentia peccem, ab ore tuo Sancte Pater pendeo, quæcunque jusseris facturus. Si pensata rerum in Romania facie, me in his terris Sacræ Sedi, ac Terræ sanctæ prodesse, & saluti meæ consulere existimas, impera, non pericula subire, non laborem recuso. Ceterum nec Dignitati meæ, nec bonis, quibus hic fruor parce, sed præscribe, quæ mihi agenda sint, ut supremi Judicis iram mitigem & vindictam effugiam. Hæc fuit Bonifacii Marchionis ad Innocentium Papam Epistola.

Respondit Papa in hunc modum: *Solerter querelis, quas Crucigeris objiciendas noveras, occurristi. Vos enim, nulla in Græcos Jurisdictione aut potestate præditi, ab instituti vestri & editi voti ratione temere declinasse videmini, dum relicta Hierosolyma Constantinopolim occupastis, & terrenas opes Cælestibus*

bus divitiis prætuliſtis. Illud vero lon- Sæcul.XIII.
ge gravius, quod quidam ex vobis nec Re- A.C.1205.
ligioni nec ætati nec ſexui parcentes, in omnium oculis fornicationes, adulteria, inceſtus committere non erubuerint; quin etiam non ſolum matronas maritatas & viduas, ſed etiam Virgines & Deo ſacras pediſſequorum ſuorum libidini tradiderint. Nec vobis ſatis fuit Imperatoris ærarium exhaurire, & Optimatum æque ac civium opes diripere, theſauris Eccleſiarum quoque avidas manus injeciſtis, Altaria, tabulas argenteas abſtuliſtis, ſanctuaria profanaſtis, Cruces, Imagines, Reliquias aſportaſtis. Unde Græci, quantumvis eorum Eccleſia affligatur, ad obedientiam Romanæ Eccleſiæ præſtandam permoveri nequeunt, cum in Latinis non niſi perditionis exempla & opera tenebrarum videant, eosque jam plus quam canes horreant.

Tum inferius: *Quia autem Judicia Dei ſunt abyſſus multa, nos de cauſa graviſſima temere pronunciare nolumus, præſertim antequam de veritate adjunctorum plenius certiores facti fuerimus. Potuit enim fieri, quod Græci ob peccata ſua divinæ Juſtitiæ pœnas dederint, etſi vos injuſte egeritis, proximum veſtrum odiendo, vobisque tamen Deus facti mercedem conceſſerit, quod ejus vindi-* Innocentii Papæ Epiſtola.

Sæcul. XIII. A. C. 1205.

ctæ ſervieritis (*). *Sed miſſis his duobus, illud tibi inprimis duximus reſpondendum; tene & tuere terram tibi inveſtigabili Dei judicio traditam, veniam præteritorum erratorum ſpera, ſubditos populos ſecundum Juſtitiæ leges rege, Pacem conſerva, Religioni præſidium præſta. Bona Eccleſiaſtica rapta reſtitue, peccatum, cujus participem te effeciſti, pœnitentia dele, propoſitum implendi votum peregrinationis Hieroſolymitanæ cave abjicias, capta Conſtantinopoli planior ad Terram ſanctam parata eſt via. Tandem Majorum tuorum & fratrum exempla ſequere, fidem, quam Sedi Apoſtolicæ debes, & juraſti, nunquam viola.*

Ergo

(*) In hoc loco Epiſtolæ addit Summus Pontifex, ut dicta ſua confirmet, illud Prophetæ: *Quia ſerviſti mihi in Tyro, dabo tibi Ægyptum.* Sed fateor, quod hunc textum in S. Scriptura invenire non potuerim. Epiſtolæ vero Marchionis Montisferratenſis titulus hic erat: *Sanctiſſimo Patri & Domino Innocentio divina Providentia Summo Pontifici ſuus Bonifacius Marchio Montisferrati, Dei Gratia Regni Theſſalonicenſis & Cretæ Dominus cum optato pedis oſculo tam devotum obſequium quam paratum &c.* Odoricus Rainaldus Baronii Card. Continuator. ad ann. 1205.

Ergo Papa ratus, capta Constantinopoli, Terram sanctam multo facilius liberari posse, serio ad acceleranda Latinis in Romania degentibus auxilia animum adjecit, eumque in finem Episcopis Franciæ, videlicet Archiepiscopo Remensi, Rotomagensi, Bituricensi, Viennensi, Senonensi, Burdegalensi, Lugdunensi & Turonensi scripsit. Est vero Epistola Encyclica, & hujus ferme sensus; Deum optimum maximum, ut Schismaticorum reditu Ecclesiam suam consolaretur, Imperium Græcorum, hominum superborum, superstitiosorum, & refractariorum ad Latinos, humiles, pios, Catholicos & obedientes transtulisse. Quare Balduinum, electum Imperatorem, omnis generis homines, Clericos, Laicos, nobiles, plebejos, omnis sexus & status, invitare; venirent in ejus Imperium, divitias, quantas cujuscunque meritum & conditio caperet, accepturi. Hinc Papa ab ipso rogatus Episcopis præcipit, ut omnes ad profectionem in Orientem suis sermonibus excitent, promittitque eamdem Indulgentiam, quæ cunctis Crucigeris concessa erat, qui ad stabiliendam potentiam Imperatoris Constantinopolitani, & animo Terram sanctam liberandi iter susciperent.

Sæcul. XIII. A.C. 1205.

Gest n. 94.

8. ep 69 70. ap. Rain. 1205. n. 10.

Illud quoque Balduinus Imperator Papam rogaverat; mitteret sibi Viros

Sæcul. XIII. A.C. 1205. Religioſos ex omni Ordine, virtutibus, ſcientia & zelo eximios, qui novellam Imperii ſui Eccleſiam Latinam confirmarent. Hinc Pontifex, datis literis, cunctos Franciæ Præſules hortatus eſt; pio hujus Principis deſiderio ſatisfacerent, atque addit: *Mittite etiam in illam Regionem libros, quorum majorem, quam opus eſt, copiam vobis eſſe ſcimus, aut ſaltem licentiam eos deſcribendi date, ut Eccleſia Orientalis cum Occidentali in celebrandis divinis laudibus concordet.* Hæc Epiſtola vigeſima quinta Maji data eſt. In eadem cauſa Pontifex ad Doctores & Tyrones Pariſienſes dedit literas, in quibus excitat; in Græciam migrent, & literarum ſtudia invehant, quod Balduinus Imperator ardenter exoptaret. Tandem ad præſtandum novello Imperio præſidium Latinis Clericis Laicisque, tunc in Romania agentibus, præcepit, ut ſaltem anno ibi manerent, niſi res Terræ ſanctæ aliud poſtularent.

8. *ep.* 71. *ibid.*

ep. 72. *ibid.*

ep. 64.

§. XIV.

Guido Pareus Archiepiſcopus Remenſis.

Archiepiſcopus Remenſis, cui Papa tunc ſcripſit, erat Guido Pareus, ante ipſius in Germania Legatus, quem anno ſupe-

Sup. Lib. LXXV. §. 42.

superiore in amplissimam Sedem, post- Sæcul.XIII.
quam ea duobus annis vacasset, evexe- A.C.1205.
rat. Postquam enim Innocentius utramque electionem Theobaldi Archidiaconi Perchiæ, & Balduini Præpositi ad examen vocasset, utramque nullam declaravit. Ne vero Canonici maximo Ecclesiæ Remensis damno iterum jure suo abuterentur, Archiepiscopum eis dedit Cardinalem Guidonem, Episcopum Prænestinum, gente Francum, olim Abbatem Cisterciensem, si modo consentiret; nam eum Papa ad recipiendam Dignitatem cogere nolebat. Ceterum Innocentius mandatarios, qui jussa exequerentur, constituit Archiepiscopum Senonensem, atque Abbates Claravallensem & S. Victoris Parisiis, quod cognoscimus ex Bulla Romæ die sexta Julii anno ejus Pontificatus septimo Verbi incarnati millesimo ducentesimo quarto data. Guido, munere quod offerebatur recepto, possessionem Archiepiscopatus Remensis eodem anno die octava Septembris adiit. Ac primo Pontifica- *Marlot.3. c.18.*
tus ejus mense, cum non nulli Brenniæ, ipso Guidone & Roberto, urbis hujus Comite, præsentibus, de Fide Christiana examinati, & Hæresis convicti fuissent, post paucos exinde dies extra mœnia civitatis igni traditi sunt. Ex eorum numero erat Nicolaus, pictor in

tota

Sæcul. XIII. A. C. 1205. tota late Francia celeberrimus. Guido vero Archiepiscopus Ecclesiam Remensem ultra biennium non rexit, Gandavi, ubi Legati Sacræ Sedis Officium obibat, die trigesima Julii anno millesimo ducentesimo sexto fatis functus.

§. XV.

Benedictus Legatus in Romania.

Gest. n. 100. Quamquam Petrus Capuanus Legatus anno millesimo ducentesimo quinto adhuc Constantinopoli versabatur, nihilominus Papa Benedictum Presbyterum Cardinalem titulo S. Susannæ, cum potestate S. Sedis Legati per totam Romaniam, illuc misit, tum quod Petrum Capuanum Terram sanctam repetere jussurus esset, tum quod crederet, majorem novi supervenientis Legati reverentiam futuram; nec ea conjectura Papam fefellit. Benedictum igitur Innocentius Balduino Imperatori aliisque Romaniæ Præsulibus commendavit, datis litetis, in quibus dicebat; translato Imperio sacerdotium transferri necessarium esse. Verum non dispicimus, quo fundamento nitatur hæc Regula. Nam dicit quidem S. Paulus; *Translato enim sacerdotio, necesse est, ut & Legis translatio fiat.* At Sacerdotio Novæ Legis & Reipublicæ nihil commune est. Tum subdit Papa; cum ipse proficisci non possit,

S. ep. 56. 57. ap. Rain. 1205.

Hebr. 7. 12.

sit, ad res Ecclesiæ Constantinopolitanæ componendas, quod unice cupierat, mittere se Cardinalem S. Susannæ, cui vices suas demandasset. Sæcul.XIII. A.C.1205. 8. *ep.* 63.

Hæc Bulla vigesima die Maji anno millesimo ducentesimo quinto data.

§. XVI.

Thomas Patriarcha Latinus Constantinopolitanus.

Inter hæc ut ea, de quibus inter Francos Venetosque, antequam Constantinopolis caperetur, convenerat, exequerentur, Patriarcham eligere statuerunt, & quia Imperator de gente Francorum erat, Venetorum honori datum, ut Patriarcham popularem suum haberent. *Gest. Innoc. n.* 96. Ergo Clerici Latini S. Sophiæ, omnes Veneti, congregati Patriarcham Constantinopolitanum eligunt Thomam Morosinum, Ecclesiæ Romanæ Subdiaconum, absentem, tumque nuncios mittunt, qui Capituli Cathedralis nomine Confirmationem a Pontifice peterent. *Sup. n.* 5. Dux etiam Venetorum Legatos, idem postulaturos, misit, ac Balduinus Imperator & Bonifacius Marchio sub idem tempus, adornata Romam Legatione, fœdera quæ Francis & Venetis placuerant, rata haberi rogarunt. De Electione Patriarchæ respondit Papa in hunc modum:

Si

Sæcul. XIII. A. C. 1205.

Si Personam electi spectemus, satis ipsius, diu olim apud nos commorantis, merita nobis, Fratribusque nostris Cardinalibus, explorata sunt. Scimus, virum esse nobili genere ortum, optimis moribus, prudentem, cautum, & literatum. Sed electione ad examen vocata, haud fuisse Canonicam judicavimus. Quia, Laicis circa negotia Ecclesiastica decernendi nullam potestatem habentibus, Patriarcha Constantinopolitanus nullius Principis sæcularis auctoritate eligi debuit. Præterea Clericis Venetis, qui se Canonicos S. Sophiæ dicunt, nullum jus eligendi Episcopum fuit, cum in illa Ecclesia nec a nobis, nec a Legatis, vel Mandatariis nostris instituti sint. Quare hanc electionem in nostro Consistorio nullam declaravimus. Sed hominum culpa Ecclesiis nocere non potest, & innocens est Thomas Subdiaconus, qui absens & inscius electus est. Tum etiam gratum facere cupimus roganti Imperatori, qui id non utile modo sed necessarium affirmat. Venetis quoque veniam libenter concedimus, quo arctius in expeditione Sacra Ecclesiæ Romanæ devinciantur. Tandem Ecclesiæ Constantinopolitanæ, cujus cura specialius ad nos pertinet, consulere volumus; quibus omnibus mature pensatis, potestatis nostræ plenitudine usi, Thomam Subdiaconum

num ex gremio Ecclesiæ Romanæ Patriarcham Constantinopolitanum futurum elegimus & confirmavimus. Sæcul.XIII. A.C 1205.

De fœderibus, inter Francos & Venetos initis, respondit Papa, se ratam habere non posse illam conditionem appositam, qua petebant, ut pacta violantes excommunicaret, *Quippe in illis pactis*, inquit, *condicunt, bona Ecclesiarum immobilia inter Venetos & Francos esse dividenda, parte Clericis relicta, unde honeste sustentari possint. Postquam vero thesauros Ecclesiarum jam ante diripuerunt, multo gravius peccarent in Deum, si eas etiam fundorum suorum parte privarent, nec Sacram Sedem decet sceleri auctoritatem suam commodare. Cumque hæc fœdera in gratiam & honorem Romanæ Ecclesiæ composuerint, ut ad singula ferme capita affirmant, non possumus talia confirmare, quæ Ecclesiæ gloriam lædunt. Quia etiam utrinque sex Mandatariis potestatem fecerunt pactis istis vel aliquid, ut visum fuerit, addendi vel detrahendi, Judicium nostrum Laicorum arbitrio committeremus, si excommunicationis sententiam contra homines, qui conditiones, nobis ignotas, & forte contra Canones peccantes, non servarent, pronunciaremus. Tandem cum Patriarchaneo-electus propediem Constantinopolim per-*

Gest. n. 97.

7. ep. 208. ap. Rain. 1205. n. 9.

Sæcul. XIII. A. C. 1205.

perventurus sit, Laici ante ejus adventum de Bonis Ecclesiæ ejus non decernant; nostrum vero confirmare non est, quæ juri ejus nocent.

Gest. 98.

Innocentius Papa Thomam Morosinum Sabbato quatuor temporum in Quadragesima, nempe hoc anno millesimo ducentesimo quinto die quinta Mensis Martii Diaconum creavit, Sabbato, media Quadragesima, Presbyterum ordinavit, & Dominica sequente in Basilica S. Petri consecravit Episcopum. Tum etiam Pallium dedit, recepto ab eo fidelitatis & obedientiæ Sacramento. Tandemque Bullam tradidit die trigesima Martii datam, in qua dicit: *Prærogativa dilectionis & Gratiæ, quam Sedes Apostolica Ecclesiæ Byzantinæ exhibuit, plenitudinem potestatis a Deo acceptam evidenter testatam facit, cum eadem Romana Sedes Byzantinæ locum inter Ecclesias Patriarchales dedit, atque quasi de pulvere suscitatam usque adeo sublimavit, ut eam Ecclesiis Alexandrinæ, Antiochenæ, & Hierosolymitanæ præpositam, soli Romanæ secundam, ac ceteris omnibus superiorem, constituerit.*

8. *ep.* 19 *ap. Rain.* 1205. *n.* 16.

Ecclesia Constantinopolitana.

Obstupescendum sane, Innocentium III. Papam hæc dicere potuisse, cum, si ad originem Dignitatis Sedis Constantinopolitanæ redeamus, nullus alius occurrat titulus, quam Canon tertius

tius Concilii, in ea urbe anno trecentesimo octogesimo primo celebrati, in quo statuitur, ut Episcopus Constantinopolitanus prærogativa honoris gauderet, soli Episcopo Romano secundus, eo quod Constantinopolis nova Roma haberetur. In illo autem Concilio nemo vel Pontificis Romani vel Episcoporum Occidentis nomine præsens conspiciebatur, quamvis postea ut œcumenicum receptum sit. Sæcul. XIII. A.C. 1205. *Sup. Lib. XVIII.* §. 9.

Privilegium memoratum Sedis Constantinopolitanæ post annos exinde septuaginta per Canonem vigesimum octavum Concilii Calcedonensis confirmatum est; at, quod omnino notandum, Legatis S. Leonis Papæ, secundum districtum mandatum ab ipso acceptum, diserte reclamantibus. Qua de re etiam ipse S. Leo in suis Epistolis vehementer conquestus est. Nicolaus Papa I. post annos quadringentos inter Patriarchas Alexandrinum secundo loco ponit, & legitimis Patriarchis Constantinopolitanum non accenset, dicitque, eum hoc privilegium magis favore Principum, quam suffragante æquitate fuisse consecutum. Admiratio, inquam, merito subit, Innocentium III. omnia hæc facta ignorasse, & inprimis S. Leonis Epistolas non legisse. Constat enim, non solum Ecclesiam Romanam qualecunque *Sup. Lib. XXVIII.* §. 30. *ibid. n.* 33. *Leo ep.* 78. 79. & 80. *Sup. Lib. L.* §. 51. *Nic. ad con. Bulg. c.* 62.

Sæcul. XIII. A. C. 1205. hoc Sedis Constantinopolitanæ privilegium nunquam confirmasse, sed etiam omnibus viribus obstitisse.

Innocentius Papa non nulla privilegia Thomæ Patriarchæ concessit, ac præter alia; ut Crucem, Archiepiscopalis Dignitatis insigne, sibi ubique locorum, Roma excepta, præferri juberet. Clericorum percussores absolveret. Reges in Imperii Constantinopolitani finibus ungeret. Fundos domus Episcopalis suæ, si opus esset, alienare posset. Dicit deinde, ex eo, quod Thomas a solo Papa nominatus fuerit, nullum jus perpetuum nasci, sed ipso defuncto Patriarcham Constantinopolitanum libere eligendum esse, qui statim ad Pallium petendum Romam mittat.

Catal. jus Græc. p. 303 Georg. Acropol. c. 6. & ibi All. Patriarcha Constantinopolitanus Græcus in illa rerum mutatione erat Joannes Camaterus, qui cum Latini urbem ceperunt, hanc Sedem annos quinque menses octo & dies septem tenuerat; tunc vero Dimotucum seu Didymoticam in Thracia se se recepit, Græcis hanc Sedem anno uno & decem mensibus pro vacante habentibus.

§. XVII.

Rerum facies in Terra sancta.

Sup. n. 38. Albertus Patriarcha Latinus Hierosolymitanus omnia ad iter in Terram sanctam

sanctam suscipiendum præparabat, cui favens Papa hoc anno complures Epistolas scripsit. Primo enim Albertum omnibus Præsulibus omnibusque Fidelibus illius Provinciæ sive indigenis sive peregrinis commendat, ac venientem Pastorem suum honorifice & submisse excipere jubet. Eidem potestatem tribuit Pallium in quacunque provincia gestandi, ac etiam omnes, qui se viæ socios ipsi juncturi essent, omnesque Terræ sanctæ incolas a vinculo excommunicationis absolvendi. Clericis iter in Palæstinam facturis Papa reditus Beneficiorum suorum ad triennium conservat. Tandemque Alberto pecuniam ad levamen sacrorum in Palæstina militum destinatam transmittit.

Sæcul. XIII. A.C. 1205.

8. *ep.* 100. *ap. Rain.* 1205. *n.* 27.

ep. 167. 168.

ep. 101. 102.

Ad Antistites Franciæ vero scribens Innocentius Papa ait: *Vix inopinata urbis Constantinopolitanæ expugnatio ad plurimorum aures pervenit, cum tam peregrini in provincia Hierosolymitana quam incolæ ad partes Constantinopolitanas subito transierunt; unde Palæstina tantum non penitus viris opibusque destituta est. Accedunt pericula majora; Patriarcha Hierosolymitano vita functo, nostri Legati recesserunt. Rex quoque Regisque filius diem extremum clauserunt; unde nemo superest, qui Ecclesiæ & Reipublicæ præsit & prosit.*

ep. 124.

Sæcul. XIII. A. C. 1205.

prosit. Dolorem timoremque auget, quod Comes Tripolitanus & Rex Armeniæ de Principatu Antiocheno armis contendant, eorumque bellum gregem Christianorum exiguum in partes dividat. Nam Templarii & populus Antiochenus Comiti favent, dum Patriarcha Antiochenus & Hospitalarii Regis partes tuentur. Filius Saladini, qui est Soldanus Aleppensis defendit Comitem Tripolitanum, quem Denephinus oppugnat. Sefidinus, Dominus Damasci & Ægypti, cunctique Saraceni nuncium de capta Constantinopoli tanta indignatione exceperunt, ut, Hierosolymam amissam, audire maluissent. Quare Sefidinus, induciis cum omnibus hostibus suis initis, ut universas Infidelium vires contra Christianos conjungat, in omnem partem itinera suscipit.

In alia regione Rex Bulgarorum fœderatique adversus Latinos Cumani, Turcæ, & Græci prælio vicerunt, præcipuis Ducibus in acie cæsis. Unde cum non modicum agmen sagittariorum ad sua redire cogitaret, Legatus noster Petrus Capuanus, ut eos retineret, Imperio Constantinopolitano futuros præsidio, eosdem, quod maxime dolemus, a voto profectionis in Palæstinam absolvit, plenam illis peccatorum remissionem indulgens, qui ibi per annum morarentur.

Cum

Cum igitur nulla omnino auxilia modo ad Terram ſanctam tranſitura ſperemus, vehementer metuimus, ne Saraceni collectis viribus pauca, quæ adhuc Chriſtiani tenent, occupent, ſicque his tranſfretandi tollatur occaſio, & facilius Græci imperium Conſtantinopolitanum ſibi iterum vindicent, quod tam Saraceni quam Græci unice exoptant. In his vero anguſtiis potiſſimum a Rege Franciæ expectatur ſubſidium, quem ideo Dominus inter Chriſtianorum Principes univerſos magnifice exaltavit. Sæcul. XIII. A. C. 1205.

Ut facta in hac Epiſtola commemorata intelligantur, primo Lectorem ſcire oportet, Regem Hieroſolymæ Aimericum Luſignanum Ptolemaide hoc anno milleſimo ducenteſimo quinto ex vita deceſſiſſe. Erat is jure proprio Rex Cypri, & Rex Hieroſolymæ jure uxoris Iſabellæ, cujus thalamum maritus numero quartus conſecutus fuerat. Sultani Alepenſis nomen erat *Melic el Daher*, Saladini filii tertio geniti. Sefidinus autem ſeu Safadinus, Damaſci & Ægypti Dominus, eodem parente, quo Saladinus *Melic-Adel* genitus erat. *Sanut. p. 205* *Bibl. Orient. p. 745.* *Sanut. p. 202*

§. XVIII.

Balduinus Imperator a Bulgaris captus.

Ut vero ad Victoriam Bulgarorum de Latinis reportatam redeamus; cum

Sæcul. XIII. A.C. 1205

Græci facile se viribus inferiores intelligerent, ad Joannicium Regem Bulgarorum, hactenus hostem ipsorum infensissimum, confugerunt, ac pactis secreto cum ipso initis promiserunt, se eum Imperatorem veneraturos, si a jugo Francorum eriperet. Tunc ergo Græci ubique seditionem movent, ac præter alias urbes Hadrianopolim in potestatem redigunt. Ad eam obsidendam advolans Balduinus paucas copias admovet. Adest Joannicius obsessos liberaturus. Ferociter dimicatur, atque in acie Ludovicus Blesensis cæditur, cum pluribus Optimatibus, Balduinus autem Imperator capitur. Hanc cladem Christiani Feria V. Paschæ die decima quarta Aprilis anno millesimo ducentesimo quinto acceperunt. Interim Henricus Balduini Imperatoris frater ex Natolia adproperabat, ut urbem Hadrianopolim Latinis servaret. Sed clypeum post vulnera attulit, electusque est *Bailius*, id est Imperii Rector, quoad Balduinus e vinculis rediret. Is Baronibus consilium suggerentibus ad Papam, in Franciam, in Flandriam aliasque provincias nuncios misit, auxilia flagitantes, cujus Legationis Princeps Nevero Episcopus Suessionensis fuit. Henricus Princeps in Epistola ad Papam data totam hujus cladis historiam refert, & subjungit, a Fran-

Villehard. n. 177. n. 184.

n. 202.

n. 204.

Gest. Innoc. n. 105.

Francis literas fuisse interceptas, ex quibus Joannicii cum Turcis aliisque Christiani nominis hostibus fœdera deprehenderentur. Tum Papam memorem esse rogat, Terram sanctam recuperari non posse, si Romania amitteretur. Et vehementer urget Pontificem; Francis, devotissimis Ecclesiæ Romanæ Vasallis, Romaniæ victoribus, suppetias præstaret. Sæcul. XIII. A.C. 1205.

§. XIX.

Regis Armeniæ & Comis Tripolitani rixæ.

Regis Armeniæ Comitisque Tripolitani jurgia altius nobis repetenda sunt. Cum Raimundus Boemundi III. Principis Antiocheni filius primogenitus ex conjuge sua Alisia seu Elida, Rupini de Monte, Optimatis Armeni, filia, filium suscepisset, ab avo materno Rupinum dictum, & a Conrado, Archiepiscopo Moguntino, cum is anno millesimo centesimo nonagesimo septimo in Oriente sacræ Germanorum militiæ imperaret, baptizatum, morti proximus Principem Antiochenum patrem suum rogavit, ut Rupinum puerum filium suum Principatus hæredem aliquando scriberet. Raimundo inter has preces extincto, Bœmundus Rupinum nepotem suum, ab omnibus Baronibus tanquam hæredem Principemque futurum recipi, eique Sacramentum fidelitatis dici jussit. At Bœ-

ap. Innoc. lib. 2 ep. 252.

Lignage d'outre mer. p. 426. 427. &c.

Sup. Lib. LXXIV. §. 61.

Sæcu. XIII. A.C. 1205.

mundus, Principis Antiocheni filius secundo genitus, & Comes Tripolitanus, ſucceſſorem fratris ſui, excluſo Rupino ex fratre nepote, ſe geſſit, & Magiſtris Templi, Hoſpitiique in armorum ſocietatem pertractis, copias ad urbem Antiochiam admovit, Livonem ſeu Leonem, Regem Armeniæ, Rupini de Monte fratrem, Rupini pueri Proavunculum, aggreſſurus. Leo, mortuo fratre, anno milleſimo centeſimo nonageſimo quarto Regem ſe coronari juſſerat. Ceterum contra Comitem Tripolitanum tam ſtrenue ſe defendit, ut ille, ad dolos converſus, civium Antiochenorum fidem ſolicitaverit. Tum, iisdem ſibi conciliatis, Principem, patrem ſuum, ex urbe expulit, quod ſperaret, ita ſe facilius Regem Armeniæ, Rupini junioris Defenſorem, ſuperaturum. Tunc vero Leo ad Papam appellavit, contra populi Antiocheni perfidiam, ac, pace cum Templariis Hospitalariisque compoſita, Principem Bœmundum ſeniorem in urbem reduxit.

Sanut. p. 201

Sup. Lib. LXIX. §. 10.

Ergo Principatum Antiochenum nepoti ſuo aſſerendi deſiderium Regem Armeniæ permovit, ut ad Papæ præſidium confugeret.

Sup. lib. LXXII. §. 20.

Anno milleſimo centeſimo quadrageſimo quinto memoravimus, ad Eugenium Papam III. Legatos, a Catholico Armeniæ

niæ missos, humillime se subjecisse, & de Quæstionibus, in quibus a Græcorum opinione dissentiebant Sacram Sedem consuluisse, omnia ejusdem Judicio committentes. Sed elapsis exinde annis viginti quinque, nempe anno salutis millesimo centesimo septuagesimo, Norsesius *Catholicus*, Colloquiis cum Theoriano habitis, Græcis & Patriarchæ Constantinopolitano se junxit, nulla de Papa facta mentione, quo tempore Græcorum cum Romanis Communio vacillabat. Nihilominus ubi Innocentius III. Sacra Sede conscensa Regimen Apostolicum auspicatus est, Leo Rex ad eum Epistolam, Tarsi vigesima tertia Maji anno millesimo centesimo nonagesimo nono datam, direxit, in hunc ferme modum scriptam: *Ut salutaribus monitis Archiepiscopi Moguntini obsequamur, amplissimum Regnum nostrum, omnesque Armenos, procul in variis regionibus degentes, Ecclesiæ Romanæ unire cupimus. Ceterum ex ore hujus Præsulis, a nobis rogati, audies, quot ærumnæ, quantæ calamitates Regnum Syriæ, nostrumque vexent, quibus sine dubio opprimemur, si tuo destituamur auxilio.* Stilus est dies apposita in primæva scriptione hujus Epistolæ probant, a quodam Latino fuisse concinnatam. At literæ Gregorii Catholici adjunctæ ex lin-

Sæcul. XIII. A C. 1205.

Regis Armeniæ Epistola.

2. *ep. ep.* 217.

Sæcul. XIII. A. C. 1205.

gua Armenorum translatæ erant, in quibus post prolixas verborum blanditias dicebat: *Notum vobis facimus, Archiepiscopum Moguntinum in nomine Dei Omnipotentis, Ecclesiæ Romanæ, & Augusti Romanorum Imperatoris, ad nos detulisse coronam, quam Leoni Regi nostro imposuit, diu amissam, quod animos nostros a vestra amicitia alienos effecerat. Archiepiscopus præterea vestram nobis Doctrinam exposuit, quam sicut etiam Ecclesiæ Romanæ, omnium Ecclesiarum Matris, Communionem amplectimur. In societate ejus olim fuimus, hanc modo desideramus; tuisque mandatis, Sancte Pater! tam ego, quam omnes Archiepiscopi, Episcopi, Clericique nostræ Ecclesiæ, quorum ingens est numerus, obedientes & subjecti erimus.* Tum, auxilia contra Infideles rogans, Epistolam clausit.

Conradus Cardinalis, ex Palæstina redux, has Epistolas Innocentio Papæ reddidit, quibus ipse respondit aliis Epistolis, mense Novembri anno millesimo centesimo nonagesimo nono datis. Prima ad Gregorium Catholicum, altera ad Regem Leonem dirigitur, & utrique felicem reditum ad obedientiam & obsequium Sedis Apostolicæ Papa gratulatur. Haud diu post Rex Armeniæ Equitem Francum, Vasallum suum, Robertum

Gest. Innoc. n. 109.

2. *ep.* 218.

ep. 220.

Gest. n 3. *ap. Inn. lib.* 2. *ep.* 252.

bertum Margatum ad Papam misit, cum Epistola, in qua fuse explicat litem suam cum Comite Tripolitano, necdum extinctam, rogatque suppliciter; susciperet Papa Rupini pueri, pronepotis sui, præsidium, & in Terram sanctam subsidiarios milites mitteret. Dato Responso, laudat Papa Regem, quod non solum in negotiis spiritualibus, sed etiam in sæcularibus ad Ecclesiam Romanam convertatur. Sed subjungit, se, causa non plene cognita, & Partibus absentibus, de hac lite judicare non posse; quare hanc rem Legatis suis, sine mora in Terram sanctam trajecturis, pertractandam committit, Regemque hortatur, ut interim pacem cum omnibus Christianis servet. Sæcul. XIII. A. C. 1205. 2. ep. 253.

Hæc Epistola die decima septima Decembris anno millesimo centesimo nonagesimo nono data est. Unacum Epistola misit Pontifex, ut precibus Regis obsequeretur, S. Petri vexillum, quod militibus contra Infideles dimicantibus præferri juberet.

Rex Armeniæ, accepto Pontificis Responso, Equitem Germanum, Garnerium nomine, ad eum misit cum Epistola; in qua conqueritur, Comitem Tripolitanum, & cives Antiochenos, Nunciis ad *Roconoden*, suum & omnium Christianorum hostem, missis, conjurasse, quod G. n. 113. 5. ep. 42.

Sæcul. XIII. A. C. 1205.

quod acquieſcere nollent, usque dum ſe de throno Regio excuſſiſſent. Hic ſermo eſt de Solimanno, cognomento *Rucnedin*, quinto Iconii Soldano de Turcarum Seljucidarum ſtirpe. Papam deinde Rex hortatur; milites in Terram ſanctam mitteret, favente occaſione uſuros, nempe Infidelium diſcordia & bello inter Saladini filios ac *Melic adel* ejus fratrem fervente. Rogat, ut cum ſuis Legatis Archiepiſcopum Moguntinum illuc mittat. Queritur de perfidia Templariorum, qui ſibi contra Infideles militanti opem denegaſſent. Tandem rogat Papam, ut ſibi concedat patentes literas, quibus Pontifex prohiberet, ne ulla Eccleſia Latina, excepta Romana, ullam Excommunicationis ſententiam vel contra ſe vel contra ſubditos ſuos, etiam Latinos, ferre poſſet. Hæc Epiſtola Siſii, Metropoli modici hujus Regni Armenorum, prope Maſiſſam in Cilicia, quæ hodie Caramania dicitur, data eſt. Regis literis junctæ erant literæ Gregorii Catholici, & Archiepiſcopi Siſienſis Regis Cancellarii, obſequii & aſſentationis plenæ, ac eo ipſo parum ſinceræ. Quippe Armeni non niſi temporalis commodi cupiditate impulſi ad Papam convertebantur, atque ceſſante, quod averſabantur, malo, Sacræ Sedis reverentia exolebat. Archiepiſcopus in

Bibl. orient. p. 800. 822.

Bibl. orient. p. 814.

5. *ep.* 44. 46.

in sua Epistola Papam rogat, ut sibi annulum, mitram, & Pallium mittat, & Indulgentiam, alias Crucigeris tribui solitam, sub Leonis Regis signis contra Saracenos pugnaturis concedat. Papa hisce tribus Epistolis prima die Junii anno millesimo ducentesimo secundo respondit. Regi concessit, ne vel ipse vel quisquam subditorum ipsius, Sacræ Sedi subjectorum, Excommunicationis fulmine feriri, aut Interdicto constringi, nisi a Papa vel ejus Legato posset; Archiepiscopo autem ornamenta sacerdotalia, quæ petebat, per Cardinales in Terram sanctam proficiscentes, scilicet Soffredum & Petrum Capuanum, misit. Sæcul XIII. A. C. 1205.

§. XX.

Armeni Papæ se submittunt.

Petrum Capuanum in Armeniam pervenientem *Catholicus* & quidam ipsius Suffraganei, tum etiam Rex cum proceribus suis honorifice exceperunt. Proximis diebus deliberatum, qua ratione Ecclesia Armenorum ad concordiam cum Ecclesia Romana reduceretur; cui operi Rex longo tempore incubuit, & tandem multo labore perfecit. *Catholicus*, obsequio & obedientia in manibus Legati secundum formulam in Bulla præscriptam publice promissa, Pallium accepit, addita conditione, quod singulis *Gest. n. 116. Innoc. lib. 7. ep. 119 ap. Rain. n. 30.*

Sæcul. XIII. A.C. 1205.

lis quinquenniis Sacram Sedem per Nuncios suos adire vellet, & Conciliis ultra mare celebrandis vel per se ipsum vel per Legatos suos interesse; quemadmodum & ipsi fides data esset, nullum Concilium in Occidente esse celebrandum, ad quod non vocaretur. Consuetudines & ritus Ecclesiæ Romanæ maximam partem recepit, reliqua autem distulit, ne, Suffraganeis suis remotarum Regionum absentibus, scandalum excitaret (*).

Gest. n. 117.

De

(*) Wenn auch alles wahr ist, was Fleury saget, daß diese Armenianer, nur wenn ein zeitlicher Eigennutz solches erfoderte, sich um die Gemeinschaft mit der römischen Kirche bekümmert haben, so wird doch nichts anders daraus erwiesen, als eine grosse Leichtfertigkeit der Orientalischen Völker in der Religion. Es erhellet aber, daß alle Orientalische Gemeinden sich öfter dem Römischen Stuhle unterworfen, und wie wir solches in diesem Abschnitte lesen, durch Erbittung des Erzbischöflichen Pallii, als eines Zeichens der geistlichen Vollmacht, durch Beschickung der Concilien, so im Occident gehalten wurden, und durch viele andere Merkmaale der Abhängigkeit die Gemeinschaft mit der Römischen Kirche gesuchet, und folglich ein öffentliches Bekenntniß vor der ganzen Welt abgelegt haben, daß diese Kirche zu allen Zeiten die sichtbare Richtschnur in der Lehre, und in den geistlichen Rechten das rech-

Sæcul.XIII. A.C.1205.

De pace deinde inter Rupinum juniorem & Comitem Tripolitanum agi cœptum. Primoque exhibita sunt mandata Pontificis ad duos Cardinales directa, quæ tunc solum Cardinalem Petrum Capuanum tangebant, Soffredo Acriæ negotiis sacræ militiæ vacante. Jussit Petrus partes litigantes Antiochiam venire, & Leo quidem Rex ter repetito mandato ter paruit; sed Comes Tripolitanus nunquam adfuit. Quare Rex, persuasum sibi habens, Legatum cum Comite colludere, rejecto eo Judice, ad Papam appellavit, seque & nepotem suum Romani Pontificis tutelæ commisit. Hæc legimus in quadam ipsius Epistola ad Papam data, in qua etiam de Templariis queritur, dicitque, eos cum Comite Tripolitano, quin etiam cum Soldano Alepensi, & quidem Petro Legato conscio, fœdus iniisse. *Legatus*, inquit, *Concilium, Catholico, Patre nostro, & Patriarcha Antiocheno absentibus, celebravit, & insuperhabita Appellatione*

---

rechtmäßige Haupt aller, so wohl der gehorsamen als ungehorsamen christlichen Gemeinden, gewesen sey. Woraus wiederum folget, daß man sich von diesem allein sichtbaren und erweislichen Bande der christlichen Einigkeit nicht absondern könne, ohne den Leib JEsu Christi in sittlichen Verstande in viele Stücke zu zerreissen.

Sæcul. XIII. A.C. 1205.

latione noſtra, qua bis ad Sacram Sedem confugimus, promulgata ſententia, terras noſtras Interdicto ſubjecit. Ergo Catholicus, convocatis Suffraganeorum ſuorum præcipuis, cum penſaſſent, conſentiente Legato antea ſtatutum fuiſſe, ne ullum, Catholico abſente, celebraretur Concilium, declararunt, Interdictum ſervandum non eſſe. Hac re cognita Cardinalis Soffredus indoluit, cumque Petrus Capuanus ſe ad eum contuliſſet, irritatos animos lenitate mitigare cœperunt. Itaque, acceptis Legatorum, Regis Hieroſolymæ & Cypri, omniumque ſacræ militiæ Principum mandatis, Conſtantinum Carmadeſenum, propinquum noſtrum, menſe Septembri Acriam miſimus, de pace nos inter ac cives Antiochenos Templariosque ſancienda tranſacturum; atque Cardinalis Soffredi ſapientia effectum, ut ea nobis ſaltem & Templariis redierit. Hinc ſupplices tibi accidimus; ne amplius Petro Cardinali cauſam nepotis noſtri committas, ſed omnem ei poteſtatem in ditiones noſtras adimas, jubeasque, Templarios juri nepotis noſtri in Antiochiam urbem non nocere, quemadmodum Hoſpitalarii aliique Viri Religioſi non obſiſtunt, ac tandem negotii noſtri curam Judicibus, in quos nulla partium ſtudii ſuſpicio cadere poſſit, demandes. In alia

alia Epistola ad Papam Rex Leo, easdem querelas adversus Petrum Capuanum movens, rogat, ut sibi in hac causa Patriarcham Antiochenum, Cardinalem Soffredum, Regem Hierosolymæ, & Hospitalariorum Magistrum, viros, qui Regionis illius mores non ignorarent, Judices daret. Sæcul. XIII. A. C. 1205. *ap. Rain.* 1205. *n.* 33.

Duo Cardinales Soffredus & Petrus Papæ scripserunt, data communi quidem Epistola, in qua tamen quilibet eorum, quæ ipse egit, separatim rationem reddit; & facile dispicimus, Soffredum Regi Armeniæ magis amicum esse quam Petrum. *Gest. n.* 118.

Tandem, re infecta, Constantinopolim, a Balduino Imperatore vocati, anno millesimo ducentesimo quarto, profecti sunt; Papa vero nova mandata Abbati *de Luce*, Abbati Thaboritæ, duobusque Optimatibus Laicis dedit, qui Regis Armeniæ & Comitis Tripolitani causam discuterent. Hos Papa jubet, primo partes ad amicam transactionem exhortari, vel ad deligendos sibi Arbitros. Si id efficere non possent, causam cum adjunctis & actis sibi mitterent, partibusque præciperent; intra præstitutum tempus ad Curiam Romanam venirent, & interim inducias servarent. Pars vero refractaria pœnis omnibus tum spiritualibus tum temporalibus, ad- *Gest. n.* 118. *Inn. lib.* 8. *ep. ap. Rainald.* 1205. *n.* 35.

Secul. XIII. A. C. 1205. adhibito Regis Hierosolymæ & Hospitalariorum auxilio, ad obediendum compelleretur.

§. XXI.

Adolphus Archiepiscopus Colonienſis depositus.

Ann. Godef. 1204. *Arnol. Lub.* 7. c. 1. In Germania ad Philippum Sueviæ inclinabat victoria; jamque sub finem anni superioris in partes suas pertraxerat Adolphum Archiepiscopum Colonienſem, qui Ottonem Saxoniæ cornayerat, nam is atque Dux Brabantiæ ad Philippum, post Festum S. Martini anno milleſimo ducenteſimo quarto, profecti, ambo fidem Imperatori suo jurejurando obstrinxerunt. Eodem anno cum Philippus omnibus Principibus tunc præsentibus Comitia solemnia in Festo Epiphaniæ Aquisgrani celebranda indixiſſet, adfuit præfixa die & Adolphus Colonienſis, multis Clericis famulisque Archiepiscopum comitantibus. Tunc vero Philippus, ut palam profiteretur, per se quidem liberrimam eligendi facultatem Principibus Imperii esse, coronam deposuit. At illi secundo eumdem Regem Romanorum eligunt; quem deinde Archiepiscopus Colonienſis cum Regina Maria conjuge sua inauguravit.

Con-

Consumti jam erant menses tres, ex quo Pontifex mutatum Archiepiscopi animum inaudierat; quem postquam sæpius & frustra officii sui commonuisset, data ad Sigefridum Archiepiscopum Moguntinum, Joannem Episcopum Cameracensem & Brunonem Præpositum Bonensem Epistola, jussit eos Coloniam ire, Clericorum præcipuos convocare, ipsisque præsentibus Adolpho Archiepiscopo præcipere, ut fidem jurejurando datam Regi Ottoni servaret. Tum addidit; Clericos populumque Colonienſem ad fidem Ottoni præstandam hortarentur. Hæc Epistola vigesima nona Octobris anno millesimo ducentesimo quarto data. Ut his mandatis morem gererent Archiepiscopus Moguntinus & Episcopus Cameracensis, cum haud procul a Colonia abessent, dum Adolphus Archiepiscopus Philippum Regem ungebat, excommunicationis pœnam comminati sunt, res novas molienti. Cum hæc agerentur, Rex Otto Coloniæ morbo detinebatur.

Sæcul. XIII. A.C. 1205.

de negot. Imp. ep. 113.

Godef.

Ubi vero ad Papam delatum, quod Adolphus Philippum coronasset, literas ad Archiepiscopum Moguntinum & Scholasticum S. Gereonis Coloniæ dedit, in quibus summatim dicit: *Postquam Adolphus Archiepiscopus Regem Ottonem coronasset, fide ei edito jurejurando*

de negot. 116 Arnold. 7. c. 3.

Sæcul. XIII. A. C. 1205.

Innocentii Papæ Epistola.

rando promissa, vehementer nos rogavit, ut, quod egisset, nostra auctoritate firmaremus. Quod ubi a nobis obtinuit, titubare cœpit, & prætextum quærere, quo suum ipse opus destrueret. Non tamen animum suum ita dissimulare potuit, ut nobis perfidia non suboleret. Itaque de periculo moniti alterum ab eo juramentum exegimus, quo promisit, nunquam fore, ut causam Regis Ottonis destitueret. Nos vero nihil omisimus, quo hanc mentem conservaremus. Sed ecce tibi, bis omnibus non obstantibus, accepta pecunia, ut fertur, corruptus prodidit Dominum suum & palam Philippum Ducem Sueviæ secutus, eumdem nuper solemni ritu Aquisgrani coronavit, illa ipsa urbe, ubi ante coronam Ottonis Regis capiti imposuerat, immemor, Philippum hunc excommunicationis sententia fuisse percussum, quam in eum Guido, nunc Archiepiscopus Remensis, tunc autem Episcopus Prænestinus, & Legatus noster, in Ecclesia S. Petri Coloniæ intorserunt, præsente ingenti populi multitudine, ipsoque Adolpho stolam e collo gestante, cereum accensum manu tenente, ac contra eos omnes, qui relicto Ottone ad partes Philippi transirent, anathema pronunciante. Ne igitur populus Colonienſis, qui adhuc dum Ottoni fidem servat, seducatur, vobis præcipimus;

Archi-

Archiepiſcopum, pulſatis campanis & accenſis facibus, ſingulis diebus Dominicis & Feſtis excommunicatum denunciate. Præterea in omnibus Eccleſiis Coloniæ & propinquis Diœceſibus promulgari curate, omnes Suffraganeos & Vaſallos Eccleſiæ Colonienſis a fide Adolpho data eſſe liberatos. Ne etiam peſſimi exempli facinus inultum auferat, Adolphum, niſi intra menſis unius ſpatium ipſe in conſpectum noſtrum veniat, Sacræ Sedis judicium ſubiturus, diſtricte præcipimus, ab Epiſcopatu deponite, & facite, ut alius Archiepiſcopus ab iis, quibus jus eſt, eligatur. Si differatur electio & longa ſit mora, interim curam & regimen bonorum Eccleſiæ Colonienſis viro prudenti & potenti committite. Sæcul.XIII. A.C.1205.

Hæc Epiſtola die decima tertia Martii anno milleſimo ducenteſimo quinto data (*).

(*) Cum, anno milleſimo ſeptingenteſimo ſecundo, in bello exorto de ſucceſſione in Regna Hiſpaniarum, Sereniſſimi Elector Bavariæ Maximilianus II. Auguſtiſſimi Imperatoris Caroli VII. parens, Heros inclytus, & partis de Turcis in Hungaria victoriis celebratiſſimus, atque ipſius frater Joſephus Clemens Elector Colonienſis arma Imperatori Leopoldo & Imperio

Sæcul. XIII. A.C. 1205.

Ut hæc mandata exequerentur, Sigefridus Archiepiſcopus Moguntinus & Joannes Epiſcopus Cameracenſis, Coloniam delati, omnibus Clericis populoque præſentibus, in Eccleſia Metropolitana S. Petri, excommunicationis ſententia in Adolphum Archiepiſcopum denunciata, id ipſum in omnibus Eccleſiis Monaſteriorum & Parochialibus, omnibus diebus Dominicis & Feſtis, vulgari juſſerunt.

Godef. an. 1205.

In Feſto Pentecoſtes, quod hoc anno milleſimo ducenteſimo quinto in diem vigeſimam nonam Maji incidebat, cum Rex Philippus Comitia publica Spiræ ageret, Adolpho Archiepiſcopo contra cives Colonienſes querelas movente, ejusdem precibus & Principum conſi-

rio intuliſſent, ideoque, Bavaria occupata, anno milleſimo ſeptingenteſimo ſexto, ab Imperatore Joſepho, Leopoldi filio, Banno Imperii perculſi fuiſſent, non legimus Clementem XI. Pontificem maximum vel excommunicationis vel depoſitionis pœnam Joſepho Clementi comminatum fuiſſe, quem tamen rigorem Innocentius III. Papa in Adolphum Archiepiſcopum Colonienſem ſua ætate adhibuit. Unde ſtudioſus Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ lector diſcrimen in Diſciplina Eccleſiaſtica primorum, mediorum, & poſtremorum ſæculorum facile obſervabit.

consilio dedit, ut contra hanc urbem exercitum admovere statueret. Inter hæc, præstituta Adolpho die, qua Judicio Papæ se submittere debuisset, elapsa, Papæ Mandatarii in majore Ecclesia Colonensi, Rege Ottone, multisque Principibus, Clericis, populoque præsentibus, in Festo S. Gervasii, die decimanona Junii, eum deponunt, jubentque alium Archiepiscopum eligi. Itaque Bruno Præpositus Bonensis Adolpho per suffragia subrogatur, quod illico magnum belli incendium in diversis Diœcesis Colonensis locis inter sectatores hinc unius inde alterius Archiepiscopi excitavit. Bellum comitabantur latrocinia & ignes, direpta Ecclesiarum bona, cives & pauperes spoliati, urbs Colonensis ab hostibus terram Rhenumque occupantibus obsessa. Mense Decembri Rex Philippus valido cinctus exercitu ad urbis mœnia advenit, eaque per quinque continuos dies oppugnavit. Sed intelligens Coloniam modo superari non posse, inde revocato milite Novesium obsedit, quam urbem initis conditionibus receptam Adolpho tradidit. Hæc ex actis contra hunc Præsulem secuta sunt. Tum Coloniæ literæ Pontificis promulgatæ, quibus Episcopi bonorum Ecclesiasticorum usurpatores excommunicare, eorumque ditiones In-

Sæcul. XIII. A. C. 1205.

p. 116.

Sæcul. XIII. A.C. 1205.

terdicto subjicere jubebantur. Sed isto rigore Laicorum animos contra Clericos magis accendente, eorum agros depopulati, omnes Ecclesiasticorum reditus integro biennio occuparunt; unde illi thesaurum & vasa argentea Ecclesiarum vendere coacti. Ceterum Papa Brunoni licentiam concessit, qua sua Beneficia ad biennium servaret, & ab alio Episcopo, Suffraganeis suis id recusantibus, ordinari posset.

S. ep. 170. ap. Rain. an. 1205. §. 47.

§. XXII.

Schisma in Electione Archiepiscopi Cantuariensis.

Matth. Par. an. 1205.

In Anglia Huberto Archiepiscopo Cantuariensi, decima tertia Julii anno millesimo ducentesimo quinto, postquam hanc Sedem annos undecim & octo menses tenuisset, defuncto, antequam terræ mandaretur, quidam ex juniori-

Sup. Lib. LXXIV. §. 42.

Gest. Innoc. §. 131.

bus Cantuariensis Monasterii Renaldum, Subpriorem suum, Archiepiscopum secreto eligunt, tumque media nocte *Te Deum Laudamus* decantato, electum primo super Altare majus, & deinde super Cathedram Pontificalem imponunt. Statim etiam juramentum ab eo exigunt, ipsum electionem peractam non manifestaturum, nisi id faciendi licentiam, scripto concessam, a Congregatione

ne accepiſſet. Mox eadem nocte iter Romam, cum aliquot Fratribus, viæ ſociis, arripit. Tanta induſtria ideo utebantur, ut electio tamdiu Regem lateret, donec experti fuiſſent, an ejusdem Confirmationem in Curia Romana obtinere non poſſent. Verum Renaldus vix Flandriam attigerat, cum electionem, cauſamque itineris ſui vulgavit, exhibitis Congregationis ſuæ literis, ei poteſtatem facientibus, Confirmationem a Summo Pontifice petendi. Sic enim ſperabat, ſe cauſam ſuam meliorem effecturum. Ubi Romam pervenit, publice iterum profeſſus, ſe electum fuiſſe, a Papa confirmari petiit. Reſpondit vero Innocentius, ſe deliberaturum, usque dum de his, quæ acta fuiſſent, certior fieret. Nec ignarus, Epiſcopos Eccleſiæ Cantuarienſis Suffraganeos affirmare, ſibi jus eligendi Archiepiſcopum, ſaltem in monachorum ſocietate eſſe, ſcripſit Papa his Epiſcopis, ipſos ſane non oportere jura Eccleſiæ Metropoliticæ, Matris ſuæ, lædere, quorum potius eſſet, ejusdem privilegia omnibus viribus tueri. Quaſivero major Archiepiſcopi Cantuarienſis prærogativa fuiſſet a ſimplicibus Monachis, quam ab Epiſcopis, ſecundum antiquum Eccleſiæ morem, eligi. Epiſtola Papæ octava die

Sæcul. XIII. A.C. 1205.

Sæcul. XIII. A.C. 1205. Decembris anno milleſimo ducenteſimo quinto data eſt.

At Monachi Cantuarienſes, comperto, quod Renaldus ipſorum Subprior mandatum ſibi arcanum in Flandria effutiiſſet, vehementer offenſi, ſine mora aliquot Fratres ad Regem mittunt, qui licentiam eligendi Archiepiſcopum peterent. Eam Rex lubenti animo conceſſit; privatim vero ad ſe vocatis, dixit; Præſulum neminem in Anglia reperire eſſe, in quo majorem poſuiſſet fiduciam, quam in Joanne *Grei*, Epiſcopo Norwicenſi, atque ſibi & Regno ſuo magno emolumento futurum eſſe, ſi is ad Sedem Cantuarienſem transferretur. Rogavit Monachos; rem ipſi ad Congregationem ſuam deferrent, promitterentque ſuo nomine, gratiam a ſe inituros, ſi, quod peteret, effectum darent. Monachi Cantuarienſes, ut Regis favorem, & amicitiam antea amiſſam ſibi conciliarent, in Capitulum convenientes, una voce Joannem Norwicenſem eligunt, & miſſis Eboracum nunciis, ubi tunc negotiis, a Rege ſibi commiſſis, vacabat, rogant, ut Cantuariam celeriter veniret. Ipſe Rex Joannem Cantuariam proficiſcentem comitatus eſt; tumque altera poſt eorum adventum die Prior Monaſterii in Eccleſia Metropolitana præſente magna populi frequentia

Epiſco-

Episcopum Norwicensem Archiepiscopum electum promulgavit. Dum Monachorum *Te Deum Laudamus* decantantium voces insonant, aliqui eorum electum humeris suis ad altare princeps deferunt, imponunt, ac inde ad Cathedram Archiepiscopalem deducunt, quem Rex illico & publice in possessionem omnium bonorum sui Archiepiscopatus immisit. Hic notamus, Cantuariæ Ritum illum fuisse servatum, quo Episcopus electus statim altari imponebatur, ut hodieque Romæ fieri solet. Ceterum duplicem hanc electionem acerrima jurgia secuta sunt. Circa Festum Nativitatis Domini Rex Romam misit Ecclesiæ Cantuariensis Monachos, qui electum Episcopum Norwicensem in Sede Cantuariensi confirmari peterent. Eorum princeps erat Elias *de Brantefeld* Regis sumtibus, munifice collatis, proficiscens. Episcopi quoque Suffraganei Cantuariensis Ecclesiæ ad Papam Legatos miserunt, conquerentes, quod monachi ipsis insciis Archiepiscopum eligere ausi fuissent, quamquam de Jure communi & pro more antiquo admitti deberent. Hi etiam Episcopi Episcopum Norwicensem, ut Regi velificarentur, elegerant. Sæcul. XIII. A. C. 1205.

§. XXIII.

Sæcul. XIII. A.C. 1206.

§. XXIII.

Balduini exitus. Henricus Imperator Constantinopolitanus.

Gest Innoc. n. 106.

In Romania, cum Franci incursionem in fines hostium prope oppidum, illorum lingua *Russe* seu *Rosion* dictum, fecissent,

Gest. n. 107.

& a Valachis & Cumanis, quatriduo ante Festum Purificationis nempe vigesima nona Januarii anno millesimo ducentesimo sexto, profligati fuissent, Henricus, Balduino Imperatore fratre suo captivo, Imperii Moderator cladem acceptam ad Papam per literas detulit, summis precibus instans, ut auxilia mitterentur, quod jam ante, postquam Balduinus in vincula abstractus fuisset, rogaverat. Scripsit ergo Papa Joannicio Bulgariæ Regi Epistolam, in cujus exordio paternum in eum affectum professus, subjungit: *Certiorem te facio, validum exercitum ex Occidente in Græciam navigare, præter eum, qui nuper ad illas oras advectus est. Quare ut tibi regnoque tuo consulas, pacem cum Latinis quære, dum potes, ne si isti te hinc invadant, & inde Hungari aggrediantur, viribus inferior gemino hosti succumbas. Itaque sincera fide tibi suademus; Latinorum amicitia occupa. Nam viam tibi fortuna aperit. Si Balduinum Imperatorem,*

rem, quem captivum tuum esse ferunt, reddideris, rem confectam habebis. Literas simul ad Henricum, ejus fratrem, damus, quibus monemus; ne ditiones tuas ultra infestet, si Balduinum liberum præstiteris.

Sæcul. XII. A.C. 1206.

Rescripsit Joannicius in hunc modum: *Cum fama, captam Constantinopolim, ad aures meas detulisset, scripsissemque Latinis, pacem petens, fastidiose responderunt; frustra me pacem sperare, nisi prius Ditiones Imperii Constantinopolitani, armis occupatas, restituerem. Reposui; mihi has urbes possidenti æquitatem multo magis favere, quam ipsis Constantinopolim tenentibus. Ego enim, Sancte Pater, urbes, quas majores mei amiserant, vindicavi; at ipsi Constantinopolim, rem alienam, invaserunt. Præterea coronam a Papa ritu legitimo accepi; verum ille, qui se Imperatorem Constantinopolitanum jactat, eam suo arbitrio sibi imposuit. Mihi ergo plus juris in Imperium est, quam alteri. Tunc igitur Latinis denunciari jussi, me sub vexillo S. Petri, claves gerentis, intrepide contra hostes dimicaturum esse, qui ut facilius Christianos decipiant, humeris fallacem crucis speciem circumferunt. Exinde Latinis arma regno meo inferentibus memet viriliter objeci, Deusque, qui superbis resistit,*

n. 108.

Sæcul. XIII. A.C. 1206.

sistit, S. Petri precibus placatus, victoriam supra multorum spem dedit. Quod ad Balduinum spectat; liberum dimittere non possum, cum in carcere mortuus sit.

Quippe Joannicius captum ad Hadrianopolim Balduinum, vinculis onustum, & Terram novam, Regni sui Sedem, abstractum, plus integro anno custodivit. Cum deinde Alexius Aspietes, ex præcipuis Græcorum Principum aliquis, a Joannicio deficiens, ad Latinos transfugisset, in furorem actus, Balduinum ambobus brachiis cruribusque truncatum, ex editissimo loco in subjectos sentes inverso capite præcipitem deturbari jussit, ubi, per triduum avium rapacium præda, tandem animam exhalavit. Alii narrant, Joannicium Balduini caput amputari, cranium purgari auroque ornari jussisse, tumque eo ad mensam cum biberet, pro veteri Scytharum more, poculi loco usum fuisse. Balduini indoles & virtus a Græcis quoque ac inprimis Justitiæ amor & castitas laudantur.

Nicet. p. 413.

Acrop. Georg. p. 12.

Ducang. sur Villehard. p. 348.

Ubi Francorum Principibus constabat, Balduinum extinctum esse, Constantinopolim convenire statuerunt, Fratrem defuncti Henricum coronaturi; quod in Ecclesia S. Sophiæ, Dominica post Assumtionem Dominæ nostræ, vigesima die Augu-

Augusti, anno millesimo ducentesimo sexto, executi sunt. Sæcul.XIII. A.C.1206.

§. XXIV.

Ecclesia Latina Constantinopolitana.

Thomam Morosinum Patriarcham Venetias reversum, & inde Constantinopolim transmissurum, ut Sedis suæ possessionem caperet, Veneti ad promittendum sibi non nullas conditiones compulerunt, quæ Innocentio Papæ minime probabantur. Id enim ex ejus Epistola dispicimus, Ferentini die vigesima prima Junii anno millesimo ducentesimo sexto ad Patriarcham data, in qua dicit: *Scripsistis nobis, Venetos a te extorsisse juramentum; neminem te in Ecclesia S. Sophiæ Canonicum Cathedralem recepturum esse, nisi Gente Venetum, decem saltem annis Venetiis versatum, &, si possis, bona fide effecturum, ne aliquis ad Patriarchale fastigium perveniat, nisi Rempublicam Venetam patriam nactus sit. Præsentium vero literarum auctoritate tibi mandamus, ne hoc juramentum serves, quod nullius roboris esse declaramus. Cum Sanctuarium, paternæ hæreditatis more, possideri nequeat, sed, ut Apostolus docet: In omni Gente, qui timet Deum, & operatur Justitiam, acce-*

Gest. Innoc. n. 98.

9.ep.130. ap. Rain.1206.

Act. 10.35.

Sæcul. XIII. A.C. 1206.

acceptus est illi. Cave ne hoc præceptum violes, cave, inquam, ne nullum Canonicis Cathedralibus S. Sophiæ virum adscribas, nisi juret, nunquam se concessurum, ut alius quam natione Venetus Sedem Patriarchalem conscendat. Cave etiam, ne impleas, quod sine juramento pollicitus esse diceris, nullos te in tota Romania Archiepiscopos ordinaturum, nisi in Territorio Veneto primam lucem aspexerint. Simul Papa duobus Cardinalibus Petro Capuano & Benedicto, Legatis suis, Constantinopoli commorantibus scripsit; forti animo obsisterent, si Patriarcha, quæ promiserat, exequi vellet, & hortarentur, ut Constantinopoli ad Ministerium Ecclesiarum viros ex omni natione admitteret; id recusanti autem denunciarent, se Clericos alterius nationis ad præstandam ei obedientiam non esse obligaturos.

9. *ep.* 100. *ibid. c. ad decorem.* 5. *extra de instit.*

Gest. n. 99.

Interea Thomas Patriarcha Constantinopolim pervenerat. Antequam intrasset, Clericos populumque datis literis invitaverat; obvios se se venienti inferrent, seque honore Patriarchali Dignitati congruo exciperent. Verum Clerici Francorum eum Archiepiscopum agnoscere detrectarunt, quod dicerent, ipsius electionem subreptitie ac, rebus fallaciter expositis, a Summo Pontifice fuisse impetratam. Quare cum ad Cardina-

dinalem Petrum Capuanum, unicum adhuc dum Constantinopoli Sacræ Sedis Legatum, appellassent, credidit ille, recipiendam esse Appellationem, eosque non esse compellendos, se huic Patriarchæ subjicere. Ipsi excommunicationis sententiam, a Patriarcha in se latam, spreverunt, tenuitque inter Clericos Constantinopolitanos contentio, usque ad adventum alterius Legati, Benedicti Cardinalis S. Susannæ, qui tandem commotos animos composuit (*). Sæcul.XIII. A.C.1206. *Sup. n.* 14.

Is,

(*) De Thoma Patriarcha in Annalibus Ecclesiasticis Cardinalis Baronii continuatis, ad annum millesimum ducentesimum sextum, Num. 6. legimus: *Nec prætermittendum*, inquit Continuator, *Nicetam Choniatam de Thoma Constantinopolitano Patriarcha nuper, ut ait, Venetiis profecto, mentionem etiam facere, atque hæc in Annales suos contulisse: Is* (Thomas Patriarcha Latinus) *patrio vestitu indutus erat, qui corpus ita constringebat, ut acubus illi assutus videretur, manibus duntaxat & pectore aperto, malis ita rasis, ut quemadmodum in impuberi puero nullum pili vestigium cerneretur.* Ita de Patriarcha Latino Nicetas Græcus; nam Græci Clerici haud modicam sane auctoritatis & Majestatis partem in prolixa barba sitam esse arbitrabantur. Cum isto, quem vivimus, anno millesimo septingen-

Sæcul. XIII. A.C. 1206.

Gest. n. 101.

Is, de parte bonorum Ecclesiæ tribuenda, pacta, tum inter se & Thomam Patriarcham, tum etiam inter Henricum Principem, Imperii Rectorem, Barones, Equites, populumque concinnavit. Henricus, ut damnum agrorum, quos Ecclesiæ, Græcis dominantibus, habebant, resarciret, decimam quintam partem omnium bonorum, civitatum, Castrorum, pagorum, agrorum, vinearum, silvarum, pratorum aliarumque rerum immobilium & censuum promittit. Omnia quoque claustra in urbe Constantinopoli ad Ecclesiam de integro pertineant. Si claustris munimenta arte militari adstruenda esse videantur, non nisi consentiente Patriarcha vel Episcopo Diœcesano, id fiat. Laici etiam Ecclesiis Decimas omnium Latinorum dabunt, & si Græci quoque tempore ad dandas Decimas flecti possint, non obsistant Laici. Nempe Decimas dare inter Græcos, tanquam

---

tesimo sexagesimo secundo Petrus III. Russorum Monarcha, necdum stabilito regno, Clericos, Episcopos, & Archimandritas, Græci Ritus schismaticos, barbam abjicere, & rasis genis incedere, jussisset, hoc præter alia mandatum Ecclesiastici ordinis viros omnes, usque adeo offendit, ut eorum iracundia haud sane parum ad eum, de solio Imperatorio, quod vix conscenderat, dejiciendum contulerit.

tanquam res neceſſaria, nunquam introductum fuit. Omnes perſonæ & res Eccleſiaſticæ, Clerici, viri Religioſi, tam Græci quam Latini, & qui ad Eccleſias confugerint, ab omni Laicorum Jurisdictione exemti ſint, ſecundum morem Franciæ Cleris admodum faventem. Si proſperis armis plures Ditiones ſubigantur, antequam Victores parta inter ſe dividant, Eccleſiæ partem ſuam decimam quintam tradant. Huic Conſtitutioni Conſtantinopoli die decima ſeptima Martii anno milleſimo ducenteſimo ſexto ſubſcriptum eſt, quam Papa Bulla, die quinta Auguſti eodem anno data, confirmavit.

Sæcul. XIII. A C. 1206.

9. *ep.* 142. *ap. Rainald.* 1206. *n.* 6.

§. XXV.

Reſponſum Pontificis ad Thomam Patriarcham datum.

Inter hæc Thomas Patriarcha, Legatione ſolemni adornata, ſubmiſſionem profeſſus fuerat, atque etiam querelas, quæſtiones, ac preces de diverſis ad Papam detulerat. Reſpondit Pontifex, data longa Epiſtola, cujus hoc eſt exordium: *Inter quatuor animalia, quæ circa thronum deſcribuntur, Ezechiel faciem Aquilæ ſuper cetera extollit, quia inter quatuor Eccleſias Patriarchales, Sacræ Sedi quaſi famulantes, quæ ſub figuris*

Geſt. n 102. 9. *ep.* 140. *ap. Rain. n.* 6.

Sæcul. XIII. A. C. 1206.

istorum animalium latent, Ecclesia Constantinopolitana eminet. Innocentius sine dubio ad Aquilam Imperii Romani Symbolum alludit. Ad quæsita & querelas deinde respondens, dicit: *Petis, a nobis nulla declarari Acta, quibus Petrus Capuanus Legatus variis viris Ecclesiasticis Ecclesias & Beneficia donavit, quod nimium multas Ecclesias, sine tuo aut Capituli Majoris Ecclesiæ consensu contulerit. Sed tuæ postulationi acquiescere non possumus; Petrus enim Legatus nobis significavit, quod, accepta Legatione Constantinopolitana, non nullas Ecclesias aliis Ecclesiis, locisque Provinciæ Hierosolymitanæ concesserit, jam ante sub custodia sua positas, ut Terra sanctæ necessitati consuleret. Quod Clericos quoque in quibusdam Ecclesiis instituerit, quia id maximo earum emolumento futurum credebat. Quamobrem, non ignarus, te illa, quæ ipse statuisset, post abitum suum, mutare velle, omnibus tutelæ Sacræ Sedis commissis, ad eam contra res novas, quas moliri posses, appellavit. Nos vero hanc Appellationem rejicere non possumus.*

Nec adeo tibi admirationi esse debet, quod Legatus, te præsente & inconsulto, hæc Beneficia contulerit, cum tu bis longe majora, scilicet Ecclesiam S. Sophiæ, in toto Patriarchatu inter omnes Sedei Archie-

Archiepiſcopales & Epiſcopales principem, ipſo quoque præſente & inconſulto, ac etiam apud nos conquerente, Clericis conceſſeris. Nihilominus indulgemus, ut iſta Beneficia obtinentes tibi debitam obedientiam exhibeant, niſi forte aliquæ Eccleſiæ, antequam Latini Conſtantinopolim ſibi ſubjeciſſent, a Jurisdictione Patriarchæ exemtæ fuerint. Sæcul. XIII. A.C. 1206.

Illud quoque petis, ut Eccleſiæ, quæ extra Jurisdictionem Patriarcharum ante captam Conſtantinopolim erant, tibi ſubdantur, quod neutiquam concedendum eſſe exiſtimavimus, tum ne quidquam ſtatuamus, læſo illorum jure, a quibus Eccleſiæ iſtæ pendent, ipſis non auditis, tum etiam ne contra leges prudentiæ peccemus, ſi Piſanos, Venetos, pluresque alios, qui Eccleſias Conſtantinopoli tenent, contra Imperium irritemus; bi enim potius blanditiis conciliandi ſunt, donec Latinorum potentia ſtabilita fuerit. Quod ſi Actionem contra eos movere placet, quod Juſtitia poſtulaverit, pronunciabimus. Idem cenſemus tibi reſpondendum de obedientia, quam ab Archiepiſcopo Epiſcopisque Regni Cypri exigis; quia, priusquam Dignitatem Patriarchalem adeptus eſſes, & cum Conſtantinopolis nobis rebellis exiſteret, Jurisdictioni Patriarchæ Conſtantinopolitani non fuerunt ſubjecti. Præterea in literis tuis nobis C. inter quat 8. de major. & obed.

Sæcul XIII. A.C. 1206.

expoſuiſti, quod non nulli Epiſcopi in Romania obedire tibi detrectantes, nihilominus cenſus ſuos & fructus percipere audeant; quin etiam aliqui, ne Paſtoris ſui vocem audire cogantur, fugiant & ab Eccleſiis menſibus ſex aut diutius abſint. De his quæſiviſti, qua ratione agendi cum iis uti te oporteat. Penſatis omnibus adjunctis, in iſta Imperii viciſſitudine, ne latum unguem diſcedamus a prudentiæ regulis, reſpondemus, eos territe citandos eſſe, priusquam cenſuris in ipſos animadvertatis, tum ſi in contumacia perſeverent, Benedictus Legatus ſatis monitos ab officiis Epiſcopalibus ſuſpendat, & ambo communi cura Regimini Eccleſiarum illarum provideatis, ſed ſententiam Depoſitionis Canonicæ contra eos non feratis. Eundem modum ſervate in illos, qui in fraudem citationis Canonicæ ab Eccleſiis ſuis abſunt.

Res Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ.

Poſtquam vero Legatus ad nos redierit, eamdem Diſciplinam contra refractarios, ipſe, a Sede Apoſtolica Delegatus, adhibe.

Rurſus, a nobis licentiam petis, aliquid de Cathedrarum Epiſcopalium numero, quem in veſtris regionibus nimium eſſe affirmatis, diminuendi. Id faciendi poteſtatem, ſi neceſſitas vel utilitas poſtulaverit, accedente tuo conſenſu Legato noſtro dabimus. Neutiquam vero

Diœce-

Diœceſes ita conjungatis, ut ex pluribus una fiat; ſed uni Epiſcopo plures Eccleſias conferte, ut ſi alia tempora aliud exigant, facilius quæ acta ſunt mutari poſſint. En hic deprehenditur plures Eccleſias ad vitam unius Epiſcopi conjungendi origo, & frequentis exinde abuſus occaſio. Sæcul.XIII. A.C.1206.

Tum Papa proſequitur Epiſtolam: *Doceri cupis, quid ſtatuere de Eccleſiis Cathedralibus debeas, in illis Regionibus, quas ſoli Græci incolunt, illisque, in quibus Latinis permixti degunt. Ubi ſoli ſunt Græci, Epiſcopos Græcos ordina, ſi tales inveneris, qui fidem tibi ſervent, & Conſecrationem a te recipere voluerint. In Diœceſibus vero, in quibus Græci Latinique habitant, Latinos Græcis præferas. Facultatem quoque tibi impertimur, qua viris Dignitate Eccleſiaſtica fulgentibus, aut qui eas inpoſterum conſequentur, baculos Paſtorales, Mitras, annulos & Sandalia porrigas, qua etiam circa illos diſpenſes, qui Ordinibus majoribus, necdum acceptis minoribus, initiati ſunt, & congruam iis injungas pœnitentiam.* Nempe Græci tres Ordines minores, Oſtiarii, Exorciſtæ, & Acolythi neſciunt, & Lectorem præteritis aliis gradibus ad Subdiaconatum admittunt. Quod ex interſtitiis in Concilio octavo, anno octingenteſimo

Morin. Ordin. exercit. 14. c. Sup. Lib. LI. §. 45. c. 5. lib. 45. cod. de ep. & cler.

Sæcul. XIII. A C. 1206.

septuagesimo celebrato, manifestum fit. Atque hujus disciplinæ, jam ætate Justiniani Imperatoris stabilitæ, originem non invenimus.

His Papa in responso, ad Patriarcham Constantinopolitanum dato, subjungit: *Clericos extraneos non recipias, nec ad ordines superiores evehas, nisi satis exploratum tibi sit, canonice ordinatos fuisse, & mores eorum non modico temporis spatio probaveris.* Id cavere, ideo erat necessarium, quod, Balduino Imperatore invitante, Clerici ignoti ex omnibus gentibus in Romaniam confluerent. *Clericos vero Græcos*, inquit Papa, *si eos ad Ritum Latinorum recipiendum permovere non valeas, suo uti patere, quoad Sacra Sedes de hac re mature deliberaverit, & si visum fuerit, aliud decreverit. Monasteria Græcorum Clericis sæcularibus non tradas, quamdiu Regulares sive Græci sive Latini adfuerint, qui Officium Divinum peragant. Rogasti nos quoque, ut Appellationibus ad Sacram Sedem modum poneremus; rem enim esse ovibus jurisdictioni tuæ subjectis admodum difficilem, qualibet lite exorta, causam ad Sacram Sedem deferre, sive ingentes sumtus, sive pericula terra marique subeunda spectentur. Non nulla tibi indulgere censuimus; in causis, in quibus pretium decem marcas argenti*

Sup. n. 12.

argenti non excedet, insuperbabita Appellatione alterius Partis, sententiam pronuncia, aut utramque Partem ad deligendos sibi arbitros coge; præsertim si causa sit levis, aut pure spiritualis. Tandem Venetos, Constantinopoli commorantes, ad persolvendas Decimas compelle, non obstante consuetudine, qua Venetiis Decimas omnium rerum totius vitæ tempore acquisitarum non nisi mortis causa dare solent, ne Ecclesia Constantinopolitana his fructibus ex toto privetur, si ante obitum Venetias redeant. Cave denique, ne quidquam pravo affectu turbatus, aut temere agas. Sæcul.XIII. A.C.1206.

§. XXVI.

Theodorus Lascaris Imperator.

Dum Papa Patriarcham Latinum Constantinopolitanum hujusmodi præceptis instruit, Patriarcha Græcus Niceæ in Natolia residebat, ubi etiam electus a Græcis Imperator Sedem fixit. Is erat Theodorus *Lascaris*, qui Annam Alexii Angeli Imperatoris filiam duxerat, atque uxoris nomine Imperium sibi deberi affirmabat. Constantinopoli a Latinis occupata, in Natoliam migravit, ubi *Despotis* potestatem ægre obtinuit. Biennio tamen elapso, nempe anno millesimo ducentesimo sexto, tam Laicorum quam Clericorum præcipui, Niceæ Bithy-

Villehard. n. 167. & les observations de Ducange.

Georg. Acrep. c. 8

Sæcul. XIII. A. C. 1206.

Bithyniæ Metropoli, collecti, de Titulo Imperatoris Theodoro conferendo deliberarunt. Patriarcha vero tunc Græcis non erat; quippe Joannes Camaterus, qui cum Constantinopolis a Latinis subigeretur, illam Sedem tenebat, Dimotucum se recipiens, ibi Cathedram Patriarchalem erexerat, & quamvis eum *Lascaris* ceterique Optimates Niceam advocarent, permoveri non potuit, ut iret, sed ultro, datis literis, Patriarchali munere se abdicavit. Ergo Niceæ Michael Auctorianus Patriarcha Constantinopolitanus, antea ejusdem Ecclesiæ Sanctuario Præfectus, vir in omnis generis literis, sacris profanisque, versatissimus, eligitur, qui anno, ab orbe condito sexies millesimo septingentesimo decimo quarto, salutis humanæ millesimo ducentesimo sexto, Theodoro *Lascari* coronam imposuit, Græcis annos octodecim imperaturum.

Jus Græc. Rom. p. 303.

Notæ in Gregoram. p. 749.

Ceterum Theodorus Imperator, datis ad Papam literis, multa contra Latinos Constantinopolitanos questus est. Primo ingentis peccati contra Deum incusabat, quod, Cruce accepta, bellum Saracenis inferentium speciem præbentes, arma & iram in Christianorum capita effuderint, Imperio Constantinopolitano pæne everso. Sacrilegos appellabat, quod Ecclesias spoliassent, & Christiano-

Inn. lib. XI. ep. 47.

stianorum sanguine manus imbuissent, atque perjuros, quod sæpe inducias sibi promissas violassent. In fine Epistolæ Theodorus supplex Papam rogabat; Latinos, misso Legato cum auctoritate Sacræ Sedis, ad ineundam cum ipso pacem perpetuam compelleret, prohiberetque, ne mare trajicerent, quod tanquam utriusque nationis terminum Deus posuisset. Si istud impetraret, promittebat, se Latinorum in bello contra Saracenos socium & comilitonem futurum. Si spernerentur ejus preces, denunciabat, ultima se, etsi invitum, arrepturum remedia, & in fœderibus cum Infidelibus Valachisque opem quæsiturum. Sæcul. XIII. A.C. 1206.

Respondit Papa: *Latinorum errata non defendimus, quin* [illegible] *sæpe etiam contumaces objurgavimus, ubi contra justitiæ leges peccatum esse cognovimus. Ea tamen, quæ pro causa sua afferunt, tibi exponenda esse credimus. Dicunt, quod, cura Alexii junioris in se susceptа, annonæ penuria coacti fuerint, in Romaniam divertere; unde etiam occasione usi fuerint, qua Sacræ Sedis auctoritati consultum, & præsidium Terræ sanctæ fuisset paratum. Id enim effecisse se existimarunt, cum Constantinopoli nullius sanguine effuso, capta, & usurpatore dejecto, Patrem filiumque solio restitutos,*

ad

Sæcul. XIII. A. C. 1206.

ad obedientiam Sacræ Sedi ultro promittendam permoverunt. Sed en! dum curant, ut omnia necessaria in Syriam transituris præsto essent, Græci fide jurisjurandi fracta, huic molitioni nequiter obstiterunt, ac, quamvis repugnaret animus, Latinos ad Constantinopolim urbem sibi armis subjiciendam compulerunt. Quod postquam non humana sed solius Dei potentia effecerunt, quæcunque deinde moverunt, eo peregerunt consilio, ut Schismaticos reducerent, & facilius Terræ sanctæ præstarent auxilia.

Porro etsi Latinorum facta non omni culpa vacent, credimus nihilominus, Deum justo Judicio eorum opera usum fuisse, ad expetendas pœnas a Græcis schismaticis, qui toties moniti, nec ad obsequium Sacræ Sedis redierunt, nec Terræ sanctæ opem tulerunt. Cum igitur Deus, non Imperii modo, sed totius orbis terrarum Dominus, hanc coronam ad Latinos transtulerit, si consilium nostrum non spernis, carissimo Filio nostro, Henrico Imperatori te, nobisque, quibus, licet indignis, S. Petri Cathedra obtigit, submittes. Nam per Legatum, a nobis mittendum, hortabimur Imperatorem, ut leniter te habeat. Postquam autem Legatus noster advenerit, Mandatarios mittes, qui, nostro præsidio, inter te & Imperatorem pacem concilient. Hæc Inno-

Innocentii Epiſtola vigeſima ſecunda Martii anno milleſimo ducenteſimo octavo data. Sæcul. XIII. A.C. 1206.

§. XXVII.

Epiſcopus Uxamenſis, in Occitania.

Diego* *de Azebec*, Epiſcopus Uxamenſis in Caſtilia, vir tam generis nobilitate & doctrina, quam virtutibus, maxime autem zelo animarum clariſſimus, in Capitulum ſuum Cathedrale Regulam S. Auguſtini, & Canonicorum Regularium inſtitutum invehere molitus, quod optabat, feliciter obtinuit, Canonicorum quibusdam fruſtra reluctantibus. Cum deinde Alphonſus IX. Rex Caſtiliæ, filio ſuo Ferdinando Comitis Marchiæ filiam in conjugium dari cuperet, & ad gerendum hoc negotium Epiſcopum Uxamenſem delegiſſet, is mandata ſtrenue executus, effecit, ut nuptiæ in præſtitutam diem ratæ fixæque haberentur. Sed ecce, pluribus itineris ſociis ad pompam auctus, & ex Hiſpania in Franciam ſecundo profectus, ut ſponſam ad ſponſum deduceret, eam mortuam eſſe comperit. Tunc vero Præſuli ſatis fuit, Alphonſum Regem per curſorem triſtis fati certiorem facere, & ipſe relicta, quæ in Hiſpaniam duce-

* Didacus

Jordan. princip. fr. prædic. M. S. 7. 8. &c. Vit. S. Domin. per Theod. c. 3. 5. lib. 1.

Sæcul. XIII. A.C. 1206.

ducebat via, Romam cum Clericis ſuis ſe comitantibus petiit.

Hæc anno milleſimo ducenteſimo ſexto acta.

Petr. hiſt. Albig. c. 3.

Ubi in conſpectum Innocentii Papæ pervenit Diego, & licentiam Epiſcopatum dimittendi, inſtantiſſimis precibus poſtulavit, quod tanto oneri ferendo impar eſſet. Quin etiam Pontifici aperuit, quod animo conſtituerat, cupere ſe Cumanos, populum barbarum, prope oſtia Danubii degentem, ad fidem convertere. Papa, rejectis his precibus, ne quidem Epiſcopale officium retinentem ad Cumanos proficiſci permiſit, ſed ad Eccleſiam ſuam remeare juſſit. Præſul in reditu ad Abbatiam Ciſtercienſem divertit, ubi Diſciplinæ monaſticæ, in illo loco adhuc dum vigentis, amore captus veſtem monaſticam induit, & aliquot monachos, qui ipſum conſuetudines illius Ordinis edocerent, inde evocavit, in Hiſpaniam reverſurus.

Villehard. n. 185. & not. p. 336.

Cum Montem peſſulanum perveniſſet, Arnaldum Abbatem Ciſtercienſem, duosque ejusdem Ordinis Monachos ibi habuit, Petrum Caſtri novi & Rudolphum, Summi Pontificis Legatos, qui, animum deſpondentes, Legationis munus abjicere cogitabant, cum ſe opera ſua inter Hæreticos nihil proficere cer-

Sup. n. 11.

ne-

nerent. Nam fidem veram prædicantibus illi vitæ licentiam in viris Ecclesiasticis objiciebant, satiusque futurum, ajebant, si prædicare desinerent, nisi mores prius mutarent. Supervenientem Episcopum Uxamensem Legati honorifice excipiunt, consuluntque, quid sibi agendum censeret, non ignari, Præsulem esse, pietate, zelo, prudentia insignem. Qui postquam quæsivisset, quibus moribus Hæretici illi viverent, & intelligeret, eos externa modestiæ & sanctitatis specie, quæ ipsorum sermonibus auctoritatem conciliaret, simplicium animos decipere, contra vero cerneret, Prædicatores Catholicos multis sarcinis onerari, pretiosis splendere vestibus, multis famulis circumdari, non paucos alere equos, & sumtu extra modum prodire, *neutiquam arbitror fieri posse*, ait, *Fratres mei, ut homines istos solis verbis ad fidem perducatis. Hi frugalitate & austeritate, quam ostentant, sanctitatis opinionem sibi pariunt; quare parum fructus referetis, si exemplum contrarium præbeatis. Falsæ virtuti vera pietas objicienda, sine equis, sine pecunia ambulandum, si Apostolos imitari animus est.*

Sæcul. XIII. A.C. 1206.

Hæretici Montispessulani.

Legati hanc vitæ rationem amplecti non audebant, ne a Catholicis quoque incusarentur, quod rerum novandarum studio

Sæcul. XIII. A.C. 1206.

ſtudio laborarent; reſponderunt vero, ſi quis vir, cujus magna eſſet auctoritas, initium faceret, ſe lubenter ſecuturos. Se ipſum Epiſcopus ad dandum hoc exemplum obtulit; moxque equis, ſarcinis, famulis omnibus Uxamam remiſſis, ſocio unico, nempe *Domingo* ſeu Dominico, Canonico Regulari & Cathedralis ipſius Eccleſiæ Subpriore, apud ſe retento, Legatis ſignificat, ſtatuiſſe ſe in hac Regione commorari, ad negotium propagandæ fidei ſuſcipiendum, & illi Epiſcopum Legationis ſacræ Principem agnoſcunt. Arnaldus Abbas Ciſtercium petiit, Capitulo Generali propediem celebrando interfuturus, & inde aliquot Abbates Ordinis ſui, in Vinea Domini excolenda adjutores, adducturus. Interea Epiſcopus Uxamenſis duoque monachi Petrus & Rudolphus Montepeſſulano digreſſi, in Oppidum Carmanium ſe contulerunt, in quo degebant quidam Hæreticorum Dux, Balduinus, & Guilielmus Canonicus Nivernenſis, unde ante quinquennium ejectus, ut ſecurius lateret, mutato nomine Theodoricum ſe dicebat. Cum Legati Apoſtolici ſeu Prædicatores Catholici cum Hæreticis octiduo diſputaſſent, usque adeo civibus Carmanii invidioſos effecerunt, ut eos ex urbe ſua expuliſſent, niſi loci Dynaſta, iisdem erroribus corruptus, ſuo ami-

Sup. Lib. LXXV. §. 34.

amicos cariſſimos præſidio tutatus eſſet. Carmanio diſcedentes Prædicatores populus obſequii cauſa ad unam ferme leucam comitatus eſt. Ipſi Bliterras petierunt, ubi quindecim diebus prædicantes, populo Catholico in fide confirmato, Hæreticos pudore afficiebant. Tunc vero Epiſcopus Uxamenſis & Rudolphus monachus, cum ſcirent, Hæreticos ingens odium in Petrum Caſtri novi concepiſſe, & timerent, ne vel inſidiis vel vi manifeſta opprimeretur, ſuaſerunt; ad tempus a mutuo conſortio ſepararentur. Ergo duo Monachi, relicto Epiſcopo, Bliterris Carcaſſonam ſe conferunt, ubi decem dies prædicando & Hæreticis colloquendo abſumti ſunt. Menſis Junius agebatur, & Hæretici ruri metebant, in Feſto S. Joannis; quippe eum non modo non venerabantur, ſed virum deteſtatione dignum fuiſſe affirmabant. Eorum aliquis ſpicarum manipulum, quem tenebat, ſanguine rubentem conſpiciens, putavit, ſe incautum ferro manum ſuam perſtrinxiſſe; ſed eam ſanam videns & intactam, ſocios inclamat, qui ſimul omnes ſpicas ſuas cruentatas obſtupuerunt. Petrus Monachus Vallium * Cernaji, qui Albigenſium Hiſtoriam ſcripſit, dicit; ſe hoc factum accepiſſe ex ore Abbatis

Sæcul. XIII. A. C. 1206.

Diego Epiſcopus Uxamenſis.

* *Vaux-Sernai.*

Sæcul. XIII. A.C. 1206.

sui, qui in illis locis tunc versatus spicas illas ipse vidisset (*).

Cum

(*) De quodam Albigensium genere Natalis Alexander Tom. XV. Cap. III. §. 1. ex Petro Monacho Vallium Cernaji Hist. Albigensium Cap. 2. ista excerpit: *Ut autem plurima de infidelitatibus eorum omittamus, in quatuor præcipue consistebat error eorum, in portandis scilicet sandaliis more Apostolorum, & in eo quod dicebant, nulla ratione jurandum, vel occidendum. In hoc insuper, quod asserebant, quemlibet eorum in necessitate, dummodo haberet Sandalia, absque Ordinibus ab Episcopo acceptis posse conficere Corpus Christi.* Eruditus & prudens Lector judicet, quantum intersit inter Sandalia horum Albigensium & Vocationem Ministrorum Protestantium. Si quis Protestans dicat: non in hoc articulo errabant Albigenses isti, sed in aliis. Dico ego, hos Albigenses etiam in hoc Articulo de Vocatione & Ordinatione Ministrorum & Episcoporum contra sensum, Doctrinam & consuetudinem totius visibilis Ecclesiæ sua ætate docuisse & egisse. Unde etiam ex hoc capite Hæretici fuerunt, quos deinde Protestantes pessime secuti sunt. Et tandem, in uno errantes fidem in aliis non merentur. In Paragrapho secundo de ineptiis Albigensium Natalis Alexander hæc narrat: *Quod Christus ille, qui natus est in Bethleem terrestri & visibili, & in Jerusalem crucifixus, malus fuit; & quod Maria Magda-*

& §. 2. omnes veteris &c.

Cum quadam die omnes Hæreticorum Duces in oppidum Montem regium Diœceſis Carcaſſonenſis cum Prædicatoribus Catholicis collaturi convenissent, Petrus Caſtri novi, ut intereſſet, rediit. Arbitri, qui de victoria deinde judicarent, ex illis delecti, quos Hæretici *Credentes* dicebant. Quindecim diebus tenuit Diſputatio, atque literis mandata arbitris communicata eſt, ut ſententiam ferrent. At illi, cum cognoſcerent, Hæreticos evidenter eſſe erroris convictos, de hac cauſa pronunciare recuſarunt; quin etiam ne argumenta vulgarentur, ea, ut ſcripta acceperant, Hæreticis tradiderunt. Soluto illo colloquio, Prædicatoribus adhuc in Oppido morantibus, ibique ac in vicinis pagis veram fidem populos docentibus (panem vero oſtiatim mendicabant) Arnaldus Abbas Ciſtercienſis ad eos ex Francia rediit, Abbates duodecim Ordinis ſui ſcientiæ & virtutis laude eximios, multosque Monachos, ſocios prædicationis adducens. Omnes Epiſcopi Uxamenſis exemplum ſequebantur, humili habitu & pedibus incede-

Sæcul. XIII. A. C. 1206.

Guil. de Pod. Laur. c. 9.

c. 5.

H 2 bant,

Magdalena fuit ejus concubina, & ipſa fuit mulier in adulterio deprehenſa, de qua legitur in Evangelio. Præterea omnes Veteris Teſtamenti Patres damnatos affirmabant. &c.

Sæcul. XIII. A. C. 1206.

bant, ac semper in vicos, secundum imperium Abbatis Cistercienſis sibi ad prædicandum & colloquendum destinatos, divertebant.

§. 6.

Inter hæc Episcopus Uxamensis, res domesticas compositurus, & Prædicatores in provincia Narbonensi suis sumtibus sustentaturus, ad suos invisere statuit. Iter faciens Apamias divertit, quo cum Fulco Episcopus Tolosanus, Navarrus Episcopus Consuranus & complures Abbates ad eum convenissent, ac in publico colloquio Waldenses argumentorum pondere vicissent, major populi pars, & inprimis pauperes, se Catholicos professi sunt. Disputationis Arbiter electus fuerat vir quidam, qui in illa urbe potentissimus habebatur, Waldensibus favens. Is in manibus Episcopi Uxamensis hæresim ejuravit, se ipsum & bona sua Catholicis in obsequium obtulit, ac exinde Hæreticos virili vigore oppugnavit. Ceterum Colloquio Apamiensi interfuit Raimundus Rogerius Comes Foxiæ, Catholicorum crudelissimus Insectator, cujus uxor ac soror Waldensium Sectæ adhærebant, alteri vero sorori Manichæorum deliria placebant. Colloquio finito, quod in Palatio Comitis habitum, una die Waldenses, & altera Prædicatores Catholicos mensæ adhibuit. Episcopus autem Uxamensis iter

iter ſuum proſecutus eſt, animo in provinciam Narbonenſem redeundi ad prædicandam veram fidem; ſed ecce, paucis diebus exactis, ex quo ad ſua remeaverat, in beata ſenectute obdormivit. Rudolphus Monachus haud diu ante in Abbatia Francorum vallibus non procul aboppido S. Ægydii Ordinis Ciſtercienſis naturæ debitum ſolverat. Unde poſtea Guido Abbas Vallium Cernaji Diœceſis Pariſienſis ſacræ Miſſionis Caput evaſit, qui nobilibus licet clarus natalibus, ſcientia tamen & virtutis amore illuſtrior, poſtmodum ſuper candelabrum Eccleſiæ Cathedralis Carcaſſonæ poſitus eſt. Sæcul.XIII. A.C.1206.

§. XXVIII.

S. Dominici exordia.

Dominicus quoque, quem Epiſcopus Uxamenſis unicum laborum ſuorum in hac ſacra Miſſione ſocium delegerat, ejusdem Congregationis Princeps atque novi Ordinis Fratrum Prædicatorum Auctor extitit. Is anno milleſimo centeſimo ſeptuageſimo Calarogæ, Oppido Caſtiliæ in Diœceſi Uxamenſi poſito, nobilibus & piis parentibus in lucem editus eſt. Pater Gusmanus vocabatur, Mater vero Joanna *D'aça*, quæ, cum uterum gereret, viſa ſibi eſt per quietem continere in alvo catulum, ore præ- *vit. per fratr. Theod.ap. Sur. 5. Aug.* *Jordan. princip. fr. Præ. M.S. c. 2. 9.*

Sæcul. XIII. A. C. 1206

ferentem facem, qua totum orbem terrarum incenderet. Habebat Joanna fratrem Archipresbyterum Ecclesiæ, vulgari Hispanorum lingua *de Gumiel d'Izfan*, cui Dominicus adhuc puer traditus est, in timore Dei educandus, atque in literis ac disciplina Ecclesiastica erudiendus. Ubi ad annum decimum quartum pervenit, Palentiam a parentibus mittitur, scholam in Castilia illa tempestate celeberrimam. Nam illuc Rex Alphonsus IX. viros doctissimos, ex Francia Italiaque accersitos, in omni scientiæ genere, stipendiis liberalissime concessis, collegerat. In illa urbe Dominicus quadriennio Philosophiæ & Theologiæ operam dans, seria & solitudinem quærebat, amantissimus Virginitatis, quam usque in finem vitæ conservavit. Orabat, vigilabat, decemque annis vinum non gustavit. Charitate autem in proximum tanta flagravit, ut tempore diræ famis etiam Libros suos, quibus nihil magis cordi erat, venumdederit, pretiumque acceptum in pauperes diviserit.

§. 2.

Roderic. Tolet. VII. c. 34.

§. 4. Cum deinde Dominici, tunc Palentiæ scientiis incumbentis, fama ad aures Episcopi Uxamensis perveniisset, & ipse deinde in merita viri accurate inquisivisset, Uxamam advocavit, atque Canonicis Regularibus suæ Ecclesiæ adscripsit,

pſit. Dominicus, perfectionis Chriſtianæ ſtudioſiſſimus, lectioni Collationum Caſſiani ſe dedidit, tanto ſucceſſu, ut creſcente virtutum ſplendore ad gradum Subprioris ſui Capituli eveheretur. Erat vero hæc Dignitas nulli alteri ſecunda, niſi ipſius Epiſcopi, qui poſt ſuſceptum vitæ Regularis habitum Prioris munere fungebatur. Nulla re magis delectabatur Dominicus quam labore ad convertendos Hæreticos impenſo, cui adſueſcere cœperat, in itinere Epiſcopi Uxamenſis in Franciam directo, cum ille ad Comitem Marchiæ fuiſſet delegatus; illuc enim Dominicum ſocium deduxerat. Cum Toloſam perveniſſent, Hæreſi infectam doluerunt, ipſumque Hoſpitii Dominum, ad quem diverterant; ſed eum Dominicus tum blanditiis tum argumentis eadem nocte ad ſinum Eccleſiæ reduxit. Sæcul.XIII. A.C.1206.

Poſt Colloquium cum Hæreticis Monte Regio habitum, Dominicus Textus conſcripſit, a ſe in diſputatione citatos, unique Hæreticorum tradidit, quos relegeret & mature penſaret. Nocte ſequente cum aliquot viri ejusdem Sectæ apud focum ſederent, & ille ſchedam productam eis oſtendiſſet, *in ignem injice chartam*, inquiunt, *ſi conſumatur, conſtabit, fidem noſtram veram eſſe, ſi non ardeat, fatebimur, hos Prædicato-* *Jord.c.13. Hiſt.Albig. c.7.*

Sæcul. XIII. A.C. 1206.

res vera docere. Consentientibus omnibus, charta flammis traditur, ac postquam aliquamdiu in medio ignis durare visa fuit, exiliens in terram nullum ignis vestigium exhibuit. Obstupuerunt cuncti; sed aliquis eorum, cui magis dura cervix, *in ignem iterum injicienda est*, ait, *ut clarius vobis pateat veritas.* Ergo iterum, & etiam tertio injecta, toties illæsa exiit. Non ideo tamen Hæreticorum istorum contumacia fracta, sed alter alterum severe monuit; solerter caveret, ne hoc prodigium ad Catholicorum notitiam deferretur. Verum vir quidam nobilis ex eis, cui ad veram Religionem propensior animus compluribus miraculum vulgavit, idque Petrus Vallium-Cernaji se ab illo ipso, qui Hæreticis chartam dederat, didicisse affirmat.

Jord. M. S. c. 14. Theod. l. c. 6.

In illis regionibus non nulli viri equestris Ordinis degebant, qui, premente paupertate, filias suas Hæreticis alendas & erudiendas committebant. Harum commiseratione motus Dominicus, ut eas ex Hæreticorum unguibus eriperet, Monasterium Provilienſe inter pagum *Fanjaux* & Montem Regium condidit, in quo inclusæ in silentio laborabant & orabant, præbentes eximium Christianæ perfectionis exemplum.

§. XXIX.

§. XXIX.

Sæcul. XIII. A.C. 1206.

S. Franciſci exordia.

Sub idem tempus in Italia alius quoque & magnus Dei famulus, alterius conditionis, nempe S. Franciſcus, Fratrum Minorum Fundator, innoteſcebat, qui Aſſiſii in Umbria anno milleſimo centeſimo octogeſimo ſecundo natus erat, Patre Bernardone mercatore; plerarumque enim urbium in Italia cives mercaturam faciebant. Infans e fonte Baptismi nomen *Joannes* tulerat, ſed exinde cognomento Franciſcus dictus eſt, quod magna facilitate didiciſſet Francorum linguam, tunc Italis ob commercium cum illa gente neceſſariam. Ad quæſtum igitur ex mercibus referendum Petrus Bernardo Franciſcum ſuum adhuc adoleſcentem adhibuit, poſtquam eum literis ſaltem leviter tingi curaſſet. Sed Franciſcus, ut illa ætas ſolet, magis voluptatis quam pecuniæ deſiderio capi videbatur, nunquam tamen in turpem vitæ licentiam effuſus. Tenero ab unguiculis in pauperes erat animo, & arcano propoſito ſibi conſtituerat, omnibus, quotcunque occurrerent, ſtipem largiri, præſertim ſi per amorem Dei rogarent. Quadam vero die, commercii curis detentus, cum pauperem contra conſuetudinem repuliſſet, ſubito facti

Vading. appar. ad Annal. n. 3.

Abb. Stad. Chris. 1182.

Vad. n. 4.

S. Bonav. vit. S. Franc. c. 1.

Sæcul. XIII. A.C. 1206. pœnitentia ſubeunte, ei revocato eleemoſynam impertivit, Deo promittens, nunquam ſe deinceps, pauperem poſcentem, ſi quidquam dandi poteſtas foret, indonatum rejecturum eſſe. Idque, quoad vixit, ſervavit.

Cum Franciſcus ex gravi morbo convaluiſſet, ſibique veſtem ſplendidam comparaſſet, obvium habuit virum nobilem, majorum ceris clarum, ſed egenum & miſere veſtitum, cui, commotis viſceribus, indumentum novum, ſibi detractum, contulit. Nocte ſequente per ſomnium ei objicitur grande Palatium, armis variis generis cruce ſignatis plenum, atque interroganti, quis tanti inſtructus eſſet Dominus, reſponſum, hæc omnia ipſi & comilitonibus ejus eſſe parata. Franciſcus, ſenſum ſomnii ad literam accipiens, in Apuliam ſe conferre ſtatuit, militiæ cujusdam Principis ibi bellum moventis nomen daturus, ab armis ſortem optimam ſperans. Jamque iter ingreſſus in alio ſomnio monetur, non oportere ipſum relicto Domino ejusdem ſubdito ſervire, ſed Deo ſerviendum eſſe. Quare Aſſiſium reverſus, abjecto mercatu, Deum ardenter orabat; ut quid agere deberet, ſibi indicaretur. Quadam die ruri equitanti occurrit homo elephantiacus, cujus aſpectus ingentem horrorem incuſſit; mox vero animo

mo revolvens, JEsu Christo servituro nihil antiquius esse oportere, quam se ipsum vincere, ex equo desiliit, leprosumque, eleemosynam præbens, osculatus est. Vix vero equum denuo conscenderat, cum circumspiciens obstupuit, neminem mortalium oculis suis objici, licet eos in aperto campo undique circumferret. Exinde cœpit in via virtutis & perfectionis semper progredi. Solitudinis amator, memoria passionis & Crucis JEsu Christi mirum in modum afficiebatur. Sæcul.XIII. A.C.1206.

Alia die S. Damiani Ecclesiam, ab urbe Assisio quadringentos passus distantem, ac vetustate collabentem ingressus, & ad orandum ante Crucifixi effigiem prostratus, quam fixis ac madentibus præ fletu oculis intuebatur, vocem audivit, ex imagine proficisci sibi visam ac ter dicere: *Francisce! age, domum meam, quam ruinæ proximam cernis, repara.* Expavit, sciens, præter se neminem in Ecclesia adesse, sed mentem colligens obedire, & muros pœne dirutos restaurare statuit.

Surgit ergo, & signo Crucis se muniens, domum remeat. Inde cum pannos accepisset, & Foliniacum, urbem propinquam, unacum equo suo, delatos vendidisset, ad Ecclesiam S. Damiani rediit, ubi obvium habuit Presbyterum inopem, Ecclesia S. Damiani.

Sæcul. XIII. A.C. 1206.

inopem, nomine Petrum, qui illius Ecclesiæ curam in se susceperat; quem reverenter affatus, obtulit ei aurum suum, ad reparandam Ecclesiam & subsidum pauperum impendendum, rogans, ut se quoque ad tempus contubernalem reciperet. Presbyter Franciscum quidem in consortium admisit, sed rejecit aurum, quod parentis ejus & propinquorum indignationem pertimesceret. Ipse vero allatam pecuniam haud pluris quam terræ pulverem æstimans, per apertam fenestram in Ecclesiam conjecit.

Postquam apud hunc Presbyterum aliquamdiu diversatus fuisset Franciscus, Petrus *Bernardo* ejus pater, comperto, quod factum fuerat, ira accensus cum quibusdam propinquis ad Ecclesiam S. Damiani contendit, quorum primum impetum ut eluderet Franciscus, in quadam fovea per aliquot dies, continuo orans, delituit. Tunc vero, se ipsum ignaviæ arguens, ac lætitia & fiducia plenus prodiit, & Assisium rediit; ubi incolis, cum sordidus, pallens, & toto habitu alius quam antea, incederet, emotæ mentis suspicionem præbuit. Quare plebs insana venientem magno clamore excipere, & cœno ac lapidibus impetere; at ipse per medios insectatores immoto animo transibat. Tantus tumultus patrem quoque ejus excivit, qui

domum

domum abstractum, conviciis ac verberibus cumulavit, incluſumque, ut amentes ligari ſolent, vinculis adſtrinxit. Haud diu poſt, patre mercaturæ cauſa ad alias urbes profecto, Franciſci mater, cui extremus in filium mariti rigor non probabatur, deſperans etiam ejus conſtantiam frangi poſſe, e cuſtodia liberum dimiſit. Ipſe ad Eccleſiam S. Damiani reverſus eſt. Sæcul. XIII. A.C. 1206.

Pater de itinere redux, cum uxore, quod filium dimiſiſſet, acriter jurgatus, ad eum inveſtigandum domo exiit, ſi vincere pertinacem non poſſet, ex patria expulſurus. Franciſcus obvium ſe intulit patri, intrepide affirmans, nihili ſe vel vincula vel verbera facere, ſed amore JEſu Chriſti omnia toleraturum. Ablatam pecuniam repetebat parens, cumque eam tandem apud memoratam feneſtram inveniſſet, non nihil mitigatus, poſtea filium ad Epiſcopum venire, atque cedere bonis paternis in perpetuum juſſit, reſponditque Franciſcus, ſe lubentiſſimo animo iturum. Porro Sedem Epiſcopalem Aſſiſii Guido tunc tenebat, quem Innocentius Papa anno milleſimo ducenteſimo quarto ad eam evexerat; namque illa Eccleſia Sedi Apoſtolicæ ſimpliciter ſubjicitur. Ubi in conſpectu Epiſcopi ſteterunt, non expectavit dum pater querelas exponeret, ſed, *Ital. Sar. tom. 1. p. 541.*

&

Sæcul. XIII. A. C. 1206.

& ipse tacitus, detractas sibi vestes reddidit, omniaque jura dimisit. Tunc patuit, Franciscum sub vestitu molli asperum cilicium gestare. Optimus verò Antistes, cognito hujus juvenis fervore, de sede surgens & ulnis amplexus seminudum, pallio suo texit, famulis, qui circumstabant, vestium aliquid, quo velaretur, afferre jussis. Datur ei attritum palliolum cujusdam rustici, Episcopo servientis, quod Franciscus lætissimus accepit, tumque signo crucis, ex cæmento, quod forte aderat, ei impresso, corpus utcunque vestivit. Cum vero vestimenta patri redderet, *hucusque*, ait, *appellavi te patrem meum super terram, posthac major mihi facultas erit dicendi: Pater noster! qui es in Cœlis.* Hæc fuere exordia conversionis S. Francisci, tunc annum ætatis vigesimum quintum numerantis; annus enim salutis humanæ millesimus ducentesimus sextus volvebatur.

Alb. Stad. 1206.

§. XXX.

Ecclesia Livoniæ.

Sup. Lib. LXXIV. §. 63.

Ceterum Religio Christiana in Livonia, sedente Alberto, tertio Rigæ Episcopo, Bertoldi successore, strenue propagabatur. Qua de re Innocentius Papa anno millesimo centesimo nonagesimo nono ad omnes Saxoniæ Westphaliæ-

phaliæque Fideles Epistolam dedit in hunc modum: *Quemadmodum Disciplina Ecclesiastica quemquam ad suscipiendam fidem, vi adhibita, compelli non permittit, ita sponte credentibus Sacra Sedes præsidium offert, hortaturque Christianos, ut Neophytos tueantur, ne eos arreptæ Fidei pæniteat, & ad pristinos errores revertantur. Ad nostras vero aures pridem pervenit, Episcopum Meinardum beatæ memoriæ, in Livoniam profectum, populis barbaris, animalia, arbores, lymphas, plantas, spiritus immundos, adorantibus fidem prædicasse, multosque conversos baptizasse. Sed modo, ut ad nos relatum est, Dæmon Gentiles accolas ad persequendum Christianos excitavit, eo consilio, ut Christiani nominis memoria in illis provinciis deleatur. Quare obtestamur vos & pro remissione peccatorum vestrorum injungimus; nisi Pagani, Livoniæ propinqui, inducias cum Christianis ineant, easque servent, Fratres vestros correptis armis defendite. Illis autem omnibus, qui voto edito, profectionem Romanam promiserunt, religionis materiam commutamus, si in Livoniam pergant, cunctosque sub nostram tutelam recipimus.*

Sæcul. XIII. A.C. 1206.

Sup. Lib. LXXIV. §. 6.

Eadem Epistola Fidelibus Sclavis, & oram ultra Albim fluvium colentibus, transmissa.

Exin-

Sæcul. XIII. A.C. 1206.

Exinde cum Papam non lateret, in Saxonia inferiore multos tam viros Ecclesiasticos quam Laicos, voto in Terram sanctam peregrinandi obstrictos, sive paupertate sive corporis infirmitate prohibitos, immanem profectionem suscipere non posse, eos in Livoniam misit, Clericos quidem, ut ibi Fidem prædicarent, Laicos, ut contra Infideles dimicarent. Hæc dispicimus ex ejus Epistola, ad Archiepiscopum Bremensem, ejus Suffraganeos aliosque ejusdem Regionis Episcopos, decima Octobris anno millesimo ducentesimo quarto, data. Anno sequente Albertus Episcopus Riganus Ordinem Militarem Fratrum Christi instituit, qui in palliis suis gladium & Crucem super insutam gestabant, unde etiam Fratres de gladio dicti sunt. Potissima hujus Instituti ratio erat, novellos Christianos armis tueri; quod ut exequi valerent, Episcopus Equitibus tertiam bonorum Ecclesiæ suæ partem donavit. Itaque magna populorum Livoniæ pars tunc fidem amplexa est, quod Archiepiscopus Lundensis in Dania, datis literis, ad Innocentium detulit; ipsum enim Papa Sacræ Sedis Legati potestate, ut ad conversionem Livonum incumberet, auxerat.

7. ep. 139. ap. Rainald. 1204. n. 56.

Longin. VI. hist. Polon. 1204.

Chr. Citizenso an. 1206.

Quia vero inter illos Prædicatores erant Monachi, Canonici Regulares, aliique

Gest. Innoc. n. 127.

que Viri Religiosi, Papa eos vestimenta omnino similia induere jussit, ne habitus externi diversitas populis, quibus unam fidem denunciabant, scandali occasionem præberet. Sæcul XIII. A. C. 1206.

§. XXXI.

Philipus de Suevia Papæ reconciliari cupit.

At Regis Philippi Sueviæ vires in provinciis, quas Rhenus inferior alluit, augebantur. Hoc anno millesimo centesimo sexto ad illas Germaniæ partes divertentem Adolphus Archiepiscopus Colonienſis, a Pontifice deponi jussus, Comites, ceterique illius Regionis Optimates ut Imperatorem suum excepe-runt, eique, cum divisa immisissēt agmina, tota Diœcesis se subjecit. Rex quidem Otto Saxoniæ, Colonia egressus, cum Brunone, novissime Archiepiscopo consecrato, prœlium æmulo obtulit; sed profligatus, vix cum tribus comilitonibus evasit. Bruno Archiepiscopus captus, in conspectum Regis Philippi protractus, vinculis oneratus & castra sequi jussus est. Ita Colonienses cives permisere se Regi Philippo. Otto navigio impositus ad Joannem Regem Avunculum suum trajecit in Angliam. *Sup. n. 20. Ann. God.* 1206. *Alb. Stad. eod. Arnald. Lubec. VII. c. 5.*

Sæcul. XIII. A. C. 1206.

Illa tempestate Walterus seu Wolfgerus, nobilis Bavarus, Sedem Patriarchalem Aquilejensem occupabat, ad eam ab Episcopatu Passavienſi anno millesimo ducentesimo quarto translatus, vir in sacris Scripturis versatus, ac vitæ integritate & prudentia insignis; quibus dotibus Henrici VI. Imperatoris & Philippi fratris ejus amicitiam meritus fuerat.

Ital. Sacr. to. 5. p. 71.

de neg. imp. ep. 138.

Hunc ergo Præsulem cum mandatis ad Philippum Innocentius Papa misit; hortaretur Principem, ne amplius tutela sua dignum censeret Leopoldum, qui translatum se dicebat ab Ecclesia Wormatiensi ad Moguntinam, in qua Pontifex Sigefridum confirmari volebat. Simul etiam Papa Patriarchæ injunxit; Regis Philippi animum ad inducias Regi Ottoni concedendas, si posset, flecteret. Nam ex Episcopi Cameracensis literis intellexerat, quam necessaria pax Ottoni in adversa fortuna esset. Patriarcha Aquilejensi sibi commissa fideliter exequente, Principes, Philippi partes secuti, & diuturno bello fatigati, pacem inter ambos Reges conciliare statuerunt. Eo igitur consilio promissum est Papæ, curaturos utriusque partis amicos, ut fratri ipsius Richardo, postea Comiti Sorano, Philippi Regis filia nuptui traderetur. Ut refert Conradus

Sup. Lib. LXXV. §. 29.

Abb. Ursp. p. 310.

Abbas

Abbas Urſpergenſis, tunc temporis luce fruens, qui ſe rem iſtam a viris fide dignis accepiſſe affirmat. Sed, ut ut hæc ſint, Rex Philippus ad Papam dedit longam Epiſtolam, cujus ſumma hæc erat: *Haud ignoras, ſanctiſſime Pater, quantis turbis Imperium, Henrico Imperatore fratre meo fatis functo, diviſum & vexatum fuerit. Tunc ego in Tuſcia verſabar, unde reverſus in Germaniam, tum Legatis miſſis, tum datis literis, omnes Imperii Principes ſolicitare cœpi; filium Imperatoris fratris mei Regem agnoſerent, quem elegiſſent, & jurejurando fidem promiſiſſent. Sed nemini perſuaſi; nullius roboris fuiſſe electionem, ajebant, quod, cum ea perageretur, puer necdum fonte Baptiſmi ablutus fuiſſet. Præterea Principes ad eligendum infantem Imperatoris reverentia fuiſſe compulſos, ac denique, Regem, vix natum, proclamare, nihil aliud fore, quam publice fateri, Imperii ſolium vacare. Ergo eis decretum erat, alium eligere. Non nullis pacta interceſſerunt cum Bertoldo, Duce Zaringiæ, qui tandem ingentis pecuniæ & laboris impendio remotus. Iidem Principes deinde ad Bernardum Ducem Saxoniæ converſi ſunt, qui, cum eſſet eximiæ prudentiæ vir, caute pedem retulit.*

Sæcul. XIII. A.C. 1206.

de neg. ep. 136.

Sæcul. XIII. A.C. 1206.

Tunc vero omnes Saxoniæ, Bavariæ, Austriæ, Franconiæ Principes, plurèsque alii, mihi suaserunt, ad consequendum Imperii coronam animum adjicerem, consilium mihi, opes, arma commodaturi. Atque adhuc vacillanti & jus Nepotis mei violare timenti, exprobrarunt vecordiam, quod oblatum Imperium accipere non auderem, etiamsi solus tantæ Dignitati sustinendæ par essem. In aliam partem versans animum, prævidebam, me detrectante, virum electum iri ortum ex Familia, majoribus meis nunquam non inimica. His motus argumentis, Imperium per electionem justam, ac consensu omnium Principum unanimem, quæsivi. Non eo me avaritia, non ambitio impulit, ita me Deus adjuvet! nec enim te latet, ut puto, nulli Principum præter me plus divitiarum, plus potentiæ, aut gloriæ, vel parentes vel fortunam contulisse. Magna terrarum spatia mihi erant obnoxia, multas arces, & situ & arte inexpugnabiles, tenebam, aurum, bello gerendo aptissimum, gemmæ, non deerant. Crux, Lancea, corona, ceteraque omnia Dignitatis Cæsareæ Insignia, in mea fuerunt potestate. Denique non poterat Germanorum quisquam Rex eligi, qui non meo magis, quam ego ipsius, egeret præsidio. Negotio electionis perfecto, mense

Epistola Philippi ad Papam.

se integro & medio Imperium quieta possessione tenui; jamque illo temporis intervallo Aquisgranum cogitabam petere, valido cinctus exercitu, coronam accepturus. Sed ecce! militem dimisi, deceptus fraude inimicorum meorum, qui deinde, magna pecuniæ vi a Rege Angliæ instructi, Ottonem Comitem Pictavien-sem elegerunt. Hæc de electionis adjunctis certissima habe, quidquid contra alii tibi suggesserint. Rex Philippus postea in sua Epistola transit ad causam duorum æmulorum in Sede Moguntina, Leopoldum & Sigefridum, & quia Pontifex huic favebat, ipse offert, ut obsequium Sacræ Sedi exhiberet, Leopoldum rejicere, si modo Papa, in ipsius gratiam, Sigefridum quoque huic Ecclesiæ renunciare jubeat, quem, si id faciat, suis beneficiis sustentare promittit. Sæcul. XIII. A.C. 1206.

Tum prosequitur: *Atque de belli induciis cum Ottone*, inquit, *tui reverentia permotus, etsi eas & famæ meæ & saluti nocere posse cognoscerem, consensissem, si Nuncii tui usque ad ejus conspectum pervenire potuissent. Quod vero ad pacem inter te & me, cujus desiderio semper tenebar, spectat, Cardinalium tuorum, & Principum nostrorum, quos delegeris, judicio me submitto. Hi arbitri sint, an in aliquo, & quantum,*

Sæcul. XIII. A. C. 1206.

te vel Ecclesiam Romanam læserim. Si autem patuerit, te vel mihi vel Imperio nocuisse, nullum arbitrum, nullum Judicem præter tuam conscientiam expetam. Scio enim, & palam profiteor, te, S. Petri cum plenitudine potestatis successorem, in his causis nullius hominis judicio subesse, sed id soli Deo reservari, cujus jura nobis arrogare neutiquam volumus. Epistolam claudit Rex, affirmans, se nunquam a Cœlestino III. Papa fuisse excommunicatum, & Innocentium rogans, ut harum literarum Latori, is Prior Camaldulensium erat, fidem haberet.

Hoc Philippi responsum Innocentio Papæ gratum fuit, quatenus Inducias concedebat, quamvis illud displiceret, quod Princeps in causa Sigefridi Moguntini Archiepiscopi petebat. Quod cognoscimus ex Epistola Papæ data ad Patriarcham Aquilejensem, in qua rogat; Philippum exhortaretur ad concedendas inducias, quo facilius ad pacem pervenire possent. Ottoni quoque scripsit Papa; de induciis saltem ad annum consentiret. Tum Philippus ad Papam Patriarcham Aquilejensem, Burggravium Magdeburgensem, duosque alios cum plena potestate pacem tractandi misit. Papa vero ad idem negotium perficiendum duos Cardinales, Hugolinum

de neg. Imp. ep. 137.

ep. 138.

ep. 140.

ep. 141.

golinum Episcopum Ostiensem & Leonem Presbyterum titulo S. Crucis, delectos in Germaniam, tanquam Sacræ Sedis Legatos, proficisci jussit. Sæcul. XIII. A. C. 1207.

§. XXXII.

Stephanus de Langthon *Archiepiscopus Cantuariensis.*

Joannes Ferentinensis anno millesimo ducentesimo sexto Sacræ Sedis Legatus a Pontifice in Angliam missus, illo Regno peragrato, haud sane modicam pecuniæ vim collegit. Ut vero præterea aliquid gessisse videretur, Concilium Redingæ, Abbatia celeberrima, die S. Lucæ Festum sequente, nempe decima nona Octobris, coegit; tumque cum suo thesauro recessit. Haud diu post Innocentius litem inter Monachos Cantuariensis Ecclesiæ, ejusque Episcopos Suffraganeos, de electione Archiepiscopi diremit, cum declaravit, nihil juris ad eligendum Archiepiscopum Episcopis esse, iisque æternum silere jussis, præcepit; soli monachi Sede vacante Pastorem novum nominarent. Hæc sententia vigesima prima Decembris anno millesimo ducentesimo sexto lata est. Anno sequente millesimo ducentesimo septimo Monachi Cantuarienses adversus Monachos fratres suos

Math. Paris. eod. an.

Math. Westmon. eod. sup. n. 21. Item & Gest. Innoc. n. 131.

Sæcul. XIII. A.C. 1207.

in Curia Romani Pontificis Actionem moverunt de gemina electione Episcopi Cantuariæ, cum aliqui Subpriori, alii Episcopo Norwicensi suffragati fuissent. Ajebant isti, electionem Subprioris valere non posse, quod istud a minore parte Capituli, clam, & sine Regis consensu actum esset. Respondebant Adversarii; dato, quod illa electio nullius roboris fuisset, nihilominus expectandum fuisse, donec nulla promulgaretur, priusquam pars contraria alium eligeret. Unde inferebant, electionem Episcopi Norwicensis procul dubio rejiciendam esse. Postquam diu multumque disputatum, Papa electionem utramque irritam pronunciavit, atque indignans munera sibi oblata, quæ undecim millia marcarum argenti æquare dicebantur, repulit.

Joannes Rex, datis itineris subsidiis, duodecim monachos, quorum princeps Magister Elias *de Brand-field* erat, Romam miserat, affirmans, recepturum se Archiepiscopum, quem elegissent, ipsis spondentibus, neminem se alium quam Episcopum Norwicensem electuros esse.

Papa vero, utraque electione abrogata, per Cardinales suos his monachis ceterisque Delegatis denunciari jussit, ipseque suo ore significavit, libertatem ipsis

ipsis concedi eligendi quemcunque vellent, si modo de gente Anglorum is esset, & oneri Episcopali sustinendo idoneus. Mox Stephanum Langtonium eligendum proposuit, virum meritissimum. Namque postquam Parisiis diu operam scientiis dedisset, Theologiæ Doctor, Canonicus Cathedralis, & Universitatis Cancellarius creatus, ac Romam deinde a Summo Pontifice invitatus, Ordini Cardinalium Presbyterorum titulo S. Chrysogoni inscriptus fuerat. Eum ergo cum Papa in Cathedra Cantuariensi collocandum esse, suasisset, responderunt Monachi; se Electionem Canonicam sine Regis & Congregationis suæ consensu peragere non posse. Sed sermonem interrumpens Papa, vehementer commotus, *scitote*, ait, *plenam vobis tunc tantum potestatem esse, cum Cantuariæ estis, sed cum electio fit Romæ, in conspectu Sacræ Sedis, consensum Principum non expectari. Quæ cum ita sint, in virtute S. obedientiæ, & sub pœna censuræ Excommunicationis, illum, quem jussi estis, eligite.* Monachi murmurantes, sed metu turbati, consenserunt. Solo Magistro Elia *de Brand-field* imperium detrectante, ceteri omnes *Te Deum Laudamus* decantantes Stephanum Langtonium ad Altare detulerunt, quem Papa Viterbii die

Sæcul. XIII. A. C. 1207.

Sæcul. XIII. A. C. 1207.

decima ſeptima Junii ſuis manibus ordinavit.

Ita quidem rem Angli narrant, ſed Auctor Geſtorum Innocentii Papæ refert; eum, cum utramque antecedentem electionem irritandam eſſe auguraretur, timuiſſe, ne ſi monachos ad tertiam electionem peragendam in Angliam remitteret, in eumdem errorem relaberentur, cum Rex libertatem in eligendis Epiſcopis opprimeret. *Quare*, inquit, *juſſit Papa monachos quindecim Fratribus, ex gremio ſuo delectis, facere poteſtatem, hac vice Archiepiſcopum eligendi, eosque Romam mittere; quod etiam per literas Regi indicavit.* Itaque, gemina illa electione abrogata, præcepit monachis quindecim, ut, ſe præſente, electionem Canonicam celebrarent, tumque, exploratis eorum ſuffragiis, majorem partem Cardinali Stephano Langtonio favere patuit. Tandem conſenſerunt monachi omnes, Regis Legatis repugnantibus & omnem conatum ad iſtud amovendum fruſtra adhibentibus. Poſtea Pontifex, Regi Angliæ ſcribens, paterno affectu hortatus eſt; reciperet electum, faveretque Stephano Langtonio, cujus merita dilaudabat. Ad Monachos quoque Cantuarienſes dedit Epiſtolam, qua omnes Paſtori ſuo obedire præcipiebat.

Geſt. n. 131.

Math. an. 1207.

§. XXXIII.

§. XXXIII.

Sæcul.XIII. A.C.1207.

Obsistit Rex Joannes.

Ubi vero hæ Literæ Regi Joanni redditæ sunt, acerrime accensus est, tam quod Stephanus electus esset, quam rejectus Episcopus Norwicensis. Proditum se a perfidis monachorum Delegatis querebatur, *quippe versipelles*, inquiebat, *Subpriorem suum me inconsulto elegerunt, utque erratum tegerent, huic Episcopum Norwicensem subrogarunt; mox, acceptis ex ærario meo sumtibus, simulantes se confirmationem hujus electionis petituros esse, profecti, mortalium nequissimi elegerunt, ordinaruntque Stephanum Langtonium, hostem meum infensissimum.*

Rex igitur, furiose indignans, viros duos Equestris Ordinis, truces & inhumanos, cum armatis Cantuariam immittit, qui, nudis ensibus, in monasterium irrumpentes, clamore terribili Priori & Monachis denunciarunt; ex Anglia se se proriperent, Regi perduelles; juraruntque, nisi illico parerent, se omnes, vivos, & monasterii muris inclusos, esse combusturos. Monachi expavescentes nulla mora interjecta discedunt, exceptis tredecim in domo infirmorum jacentibus, qui incedere non valebant. Ceteri in Flandriam transfretarunt,

Sæcul. XIII. A.C. 1207

tarunt, a Monachis S. Bertini, aliorumque Monasteriorum Fratres excepti. Rex, monachis quibusdam ex Abbatia S. Augustini, ad celebrandum Officium divinum, in Ecclesiam Cathedralem Cantuariensem translatis, & fugitivorum bonis ærario suo adscriptis, agros Archiepiscopatus & Monasterii incultos relinqui jussit.

Scripsit deinde Papæ Epistolam, in qua dicebat: *Electione, Episcopo Norwicensi favente, non sine probro meo, rejecta, quemdam Stephanum Langtonium, virum mihi ignotum, cum manifestis hostibus meis in Francia diu versatum, Archiepiscopum Cantuariensem consecrasti, ac etiam, qua re Regni mei libertas contumeliose proculcatur, non requisito consensu meo. Unde omnino admirationi locus est, quod nec tu, nec tota Curia Romana memores sitis, quantum huc usque amicitia nostra vobis fuerit necessaria, plusque emolumenti e solo Regno meo, quam ex omnibus Regionibus transalpinis ad vos redeat.* Affirmabat deinde, nunquam passurum se, alium quam Episcopum Norwicensem in Cathedra Archiepiscopali Cantuariensi sedere. Addens in fine Epistolæ; si irrita foret hæc sua postulatio, satis virium sibi esse, quibus prohiberet, ne subditi sui opes, ad repellendos hostes suos

sibi

sibi necessarias, Romam deferrent; cumque Præsules doctissimi neutiquam domi sibi deessent, quid justitia & æquitas postularet, ab exteris non quæsiturum. Sæcul.XIII. A. C. 1207.

Ad hanc Epistolam Papa summatim respondit: *Cardinali S. Chrysogoni utique nocere non debet, quod diu Parisiis ad scientias incubuerit, quod Doctoris lauream in Facultate Theologica adeptus, atque Canonicorum Cathedralium Ordini Parisiensis civitatis insertus sit. Obstupescendum potius virum clarissimæ famæ tibi ignotum esse potuisse, ad quem, ab eo tempore, quo Cardinalis Dignitate fulget, ter literas dedisti, eumque ad aulam tuam advocaturus videbaris. Memorem te potius esse oportet, quod Langtonius in Regno tuo genitus sit, parentibus fidem tibi inviolatam servantibus, quod Præbendam in Ecclesia Eboracensi multo pinguiorem quam in Parisiensi perceperit. An his parentibus natus, & acceptis bis beneficiis, Angliam, patriam suam, odisse poterit?* Excusat deinde Papa, quod consensus Regis in hac electione præteritus diceretur, & affirmat, eum satis fuisse petitum, quamvis alias in electionibus, coram Sacra Sede factis, expectari non soleret. In Epilogo hortatur Regem; ne Dei voluntati adversetur, nec Consuetudines revehat, quas Parens ejus & Frater dimisissent.

Ad

Sæcul. XIII. A.C. 1207.

Ad Episcopos quoque tres, Londinensem, Elisiensem, & Wigorniensem Innocentius dedit Epistolam, in qua, de ingrato Regis animo multa conquestus, præcipit; ad eum se conferant, & in ipsius conspectu, nec reverentiæ Regiæ Dignitatis, nec libertatis Ecclesiasticæ obliti, ad recipiendum Archiepiscopum Stephanum Langtonium, si possent, permoveant. *Si vero petita deneget*, inquit Papa, *sententiam Interdicti generalis in totam Angliam promulgate; nullo officio Sacerdotali, baptismo parvulorum, & pœnitentia morientium exceptis, fungi liceat.* Tum Regi graviores pœnas minatur, nisi his flecti se sinat. Præterea Papa, datis literis, omnes Episcopos Angliæ & Walliæ, hac occasione oblata, libertatem Ecclesiæ Anglicanæ propugnare jubet. Hæ literæ die decima octava Novembris anno millesimo ducentesimo septimo datæ. Simul omnibus Angliæ Principibus scripsit; Regem suggesto salubri consilio ad mentem revocare satagerent, atque ingentia mala, quæ ejus contra Ecclesiæ auctoritatem pertinacia in Angliam invectura esset, removerent.

10. *ep.* 113.

10. *ep.* 159.

ep. 160.

§. XXXIV.

Philippus Suevus absolvitur.

Inter hæc Otto Rex, postquam in Anglia cum

cum Rege Joanne Avunculo suo, eodem anno millesimo ducentesimo septimo, contulisset consilia, in Germaniam rediit, ubi Pontificis Legati, Hugolinus & Otto, ad pacem inter ipsum & Philippum Regem conciliandam studium omne impendebant. Præter alias pacis conditiones a Philipo petebant; Brunonem Archiepiscopum Colonienſem, quem captivum tenebat, libertati restitueret. Quod ille facturum se negavit; objiciebat enim, ita Adolphum Archiepiscopum Colonienſem, qui sui amore depositionem Canonicam passus fuisset, omnesque illos, qui se Imperatorem secundo coronassent, offensum iri. Cardinales vero, Philippi largitionibus corrupti, Absolutione ei, priusquam Bruno e vinculis dimissus fuisset, concessa, Regem Ottonem adeunt, cui intempestiva fiducia, *æmulum tuum*, inquiunt, *ab Excommunicatione absolvimus, quo facilius, secundum mandata Pontificis, cum ipso pacem ineas.* At Otto, *inspicite*, inquit, *an mandato Pontificis peregeritis*, literasque ostendit, clam a Pontifice ad se missas; in iis conditiones statuebantur, sine quibus Philippus absolvi non posset, & inprimis, ne tolleretur censura, nisi Brunonem libertati restituisset. Tum attonitis Legatis Otto terribiles minas ingessit; ultra tamen non est progressus, ne

Sæcul. XIII. A.C. 1207.

M. Paris an. 1207. *Arn. Lubec.*

Sup. n. 20.

Sæcul. XIII. A.C. 1207.

ne honorem Papæ debitum læderet. Itaque ad Philippum reversi & erratum confessi, edixerunt, absolutionem firmam esse non posse, nisi Brunonem liberaret. Quod ille, quoniam compellebatur, præstitit. Sed etiam obtinuit, ut Adolpho, priori Archiepiscopo, Romam ire, & coram Pontifice causam dicere, liceret. *

Godefr. mon. an. 1207

Hæc ergo fuerunt Legatorum gesta. Primum jurejurando Regis Philippi publice recepto, quod in omnibus, quæ ipsum excommunicandi occasio extiterant, mandatis Papæ obsecuturus esset, eum solemni ritu a Censura absolverunt. Tum injunxerunt, ut Archiepiscopum Brunonem liberaret; quem eis tradidit, Romam transmittendum. Exinde Regem licet ægre permoverunt, ut Regalia Archiepiscopatus Moguntini, Leopoldo concessa, revocaret, tum Leopoldus jura spiritualia in manibus Legatorum abdicavit. Maximo etiam conatu adhibito tandem a Philippo impetrarunt, ut Sigefrido spiritualia munera Ecclesiæ Moguntinæ per Vicarium suum administrare liceret. Effecerunt, ut ingens exercitus, quem Philippus contra Ottonem contraxerat, dimitteretur. Bis compulerunt ambos Reges ad sermonem de pacis conditionibus conferendum, quæ cum statui non potuissent, saltem

De neg. Imp. p. 142.

saltem inducias extorserunt, uno anno duraturas. Tandem, postquam præcipua pacis futuræ capita literis mandassent, cum utriusque Regis Legatis Romam redierunt. Sæcul.XIII. A. C. 1207. *ep.* 143.

Philippo Rege ab excommunicationis vinculis absoluto, Papa ad eum literas misit, amicitiam & obsequium profitendi causa, prima die Novembris anno millesimo ducentesimo septimo datas. Epistola etiam data, Legatis suis præcepit; ne Archiepiscopos depositos Leopoldum Moguntinum & Adolphum Colonienſem ab excommunicatione absolverent, nisi adjecta conditione, ut intra mensem Romam peterent. Et per literas deinde apud Legatos conquestus est, quod Leopoldus Senis, non Episcopi sed militis in bello officio functus, commoratus esset. *ep.* 144. 145.

§. XXXV.

Manichæi Viterbii.

Post Ascensionis Domini Festum, quod anno millesimo ducentesimo septimo in ultimam diem Maji inciderat, Innocentius Papa Roma excedens, Viterbium petiit, ubi populo magnam lætitiam profitente exceptus est. Ut in hanc urbem pervenit, nihil antiquius habuit, quam ad expellendos Patarenos, seu Manichæos, illius ætatis pestem, ani- *Gest. n.* 123.

Sæcul. XIII. A.C. 1207.

mum adjicere; ne Romanæ Ecclesiæ exprobrari posset, eam in conspectu, ac in suo Patrimonio, tolerare Hæreticos, quos ab aliis arceri præciperet. Ante annos jam duos Innocentius Papa, datis ad cives Viterbienses literis, acriter reprehenderat, quod Consules suos exordine illorum creassent, quos Patareni *Credentes* appellabant, & ærario suo præfeciſſent quemdam Hæreticorum illorum Ducem, pridem excommunicatum. Cum ergo Papa Viterbium veniſſet, Patarenis omnibus aufugientibus, Episcopo Clericisque illius urbis convocatis, cunctos Hæreticorum Receptores, Fautores, Defensores & *Credentes* diligentiſſime perquiri, eorumque nomina conscribi curavit, atque, supremi Prætoris & Consulum opera usus, eosdem ad promittendum, addito jurejurando, chirographo, & pignoribus, compulit, quod sibi in cunctis parere vellent. Ædes, in quas Patareni recepti fuerant, funditus evertit.

lib. 8. ep. 83. ap. Rain. 1205. n. 66.

Tum Papa Episcopis, Abbatibus, Comitibus, Baronibus, Prætoribus, & Consulibus urbium Tusciæ, Ducatus Spoletani, Marchiæ Anconitanæ, ceterarumque Ecclesiæ Romanæ Ditionum accersitis, in illo Conventu vigesima quarta Septembris Constitutionem promulgavit, ad omnes subditos suos directam, cujus

cujus ſumma hæc eſt: *Quicunque Hæreticus, inprimis Patarenus, in Patrimonio S. Petri deprehenſus fuerit, illico capiatur, & Curiæ ſæculari tradatur, ſecundum Leges plectendus. Omnia ejus bona ærario publico addicantur. Ædes, in quas receptus fuerit, diruantur, nec quisquam eas reſtaurare præſumat. Eorum Credentes & Fautores quarta bonorum ſuorum parte mulctentur; ſi relabantur, ex illa Regione ejiciantur, nec eis ſine Papæ Indulgentia redire liceat. Si in Judicio agere voluerint, non audiantur, eorum Oblationes non recipiantur, nec eis Sacramenta præbeantur, nec Sepultura Eccleſiaſtica concedatur. Nullius muneris in Republica gerendi capaces ſint. Hæc Conſtitutio ſtatutis peculiaribus urbium inſeratur, eamque Magiſtratus ſingulis annis ſervaturos ſe eſſe jurent* (*).

Sæcul. XIII. A.C. 1207

G. 123. 124. L. 10. ep. 130

§. XXXVI.

Martyrium Petri de Caſtro novo.

Eadem Hæreſis in Occitania ſemper vige-

Hiſt. Albig. c. 3.

(*) Ex his Lector arguet, Summum Pontificem in hac Conſtitutione non ſolum ut Epiſcopum, ſed etiam ut Principem ſæcularem, in Territorio Eccleſiæ Romanæ de Hæreticis ſtatuere, atque illa ætate Principatum terrenum Romanorum Pontificum fuiſſe ſatis ſtabilitum.

Sæcul. XIII. A.C. 1207.

vigebat, quam maxime fovebat Raimundi Comitis Toloſani pertinacia. Cum Legatus Papæ Petrus Caſtri novi, Monachus Ciſtercienſis in Provinciam commeaſſet, viros nobiles illius Regionis in unum collecturus, & auxilio fultus illorum, qui pacem jurejurando firmaſſent, Hæreticos ad purgandam provinciam Narbonenſem coacturus, Comes Toloſanus pacem reſpuit, donec tum armis ab Optimatibus Provinciæ, quos Petrus de Caſtro novo contra ipſum excitabat, ſibi illatis, tum excommunicationis fulmine in ſe immiſſo, ſaltem ad eam voluntatem ſimulandam compulſus eſt. Juravit ergo, pacem ſe ſervaturum, & ſæpius, ſed ſemper fidem datam fregit. Unde ei Petrus fœda perjuria in faciem intrepide objecit; quippe mortem non pertimeſcebat, alias dicere auditus: *Nihil pro cauſa JEſu Chriſti in hac Regione agimus, niſi ex Prædicatoribus noſtris aliquis pro fidei defenſione mortem ſuſtinuerit. Faxit Deus, ego omnium primus ſub Perſecutoris gladio cadam, Religionis victima!*

Hiſt. Albig. c. 64.

Tandem Comes Toloſanus Legatos ad urbem S. Ægydii in Provincia advocavit, promittens, ſe in omnibus, de quibus accuſabatur, ſatisfacturum eſſe. Cumque illi monita ſalutaria ſuggererent, jam placide acquieſcere videbatur,

c. 8.

Chr. Mar. Antis. an. 1208.

tur, jam eorum dicta simpliciter rejicie- Sæcul.XIII.
bat. Ut vero ex urbe abituri Principi A. C. 1207.
valedixerunt, mortem publice denunciavit, nisi manerent, adjiciens, sive terra sive flumine effugere tentarent, exploratorum suorum manus haud evasuros. Abbas S. Ægydii, Consules civesque, postquam furentem Comitis animum delinire non potuissent, ipso invito, Legatos ad Rhodani ripam cum armatorum præsidio deduxerunt. Illi in hospitio pernoctarunt, in quo etiam noctem transegerunt duo viri, Comitis familiares, Legatis ignoti. Ubi altera illuxit, cum, Missæ Sacrificio pro more celebrato, amnem trajicere pararent, ignotorum virorum alter Petri de Castro novo latus, ubi costæ desinunt, perforat, quem ille placide intuens, *amice*, inquit, *ignoscat tibi Deus, sicut ego tibi ignosco.* His verbis sæpius repetitis, paulo post magno fervore orans, animam exhalavit. Ejus corpus, ad Monasterium S. Ægydii remissum, & intra claustra conditum, in Ecclesiam exinde translatum est.

Pontifex Legati sui cæde comperta, *d. c.* 39
prolixam ad omnes provinciarum Narbonensis, Arelatensis, Embrodunensis, Aquensis, & Viennensis Optimates & Equites dedit Epistolam, in qua postquam immane facinus narravit, Petrum

Sæcul. XII. A.C. 1207.

defunctum Martyrem proclamat, qui animam suam pro fide & pace Deo obtulisset, dicitque, sine dubio miracula editurum, nisi Incolarum regionis illius Infidelitas obsisteret. Addit, se Archiepiscopis eorumque Suffraganeis præcepisse; spreto omni periculo, eo majore ardore fidem & pacem prædicarent, Hæresim totis viribus oppugnarent, S. Viri percussorem, omnes conscios, Receptores, & Defensores a Fidelium Communione excluderent, ac quemcunque locum, quem latrones intrassent, Interdicto Ecclesiastico subjicerent. Jubet, ista singulis Dominicis & Festis promulgari, usque dum rei Romam se conferant, & absolvantur. Episcopis quoque injungit Papa; remissionem peccatorum illis promittant, qui effusum sanguinem innocentem ulciscerentur, bello Hæreticis, qui Fidelium corpora & animas perdere conarentur, illato.

Indicia habemus certa, inquit, *ex quibus præsumendum, Comitem Tolosanum cædis auctorem esse. Defuncto necem publice minatus est, insidias struxit, latronem non amicorum modo sed etiam illorum, quorum familiaritati adsuevit, numero adscriptum habet, eumque muneribus cumulavit. Quare Episcopi iterum excommunicatum denuncient, etsi pridem a Communione Ecclesiæ avulsi*

sus sit. Quia vero secundum Canones fides ei servanda non est, qui fidem Deo non servat, illos omnes a juramento absolutos declarent, qui Comiti fidem, societatem, fœdera promiserunt. Declarent etiam Episcopi, omni viro Catholico licere non solum Comitis personam persequi, sed etiam ejus Ditiones, præsertim si eo consilio arma capiantur, ut ab Hæresi liberentur, invadere. Maximi momenti fuisset Canones illos, qui fidem impiis servandam prohibent, titulis suis accurate indicare (*). In fine Epistolæ Papa viros nobili stemmate ortos provinciarum illarum hortatur; arma ad destruendos Hæreticos, & pacem revehendam arripiant. Hæc Epistola Romæ die nona Martii anno millesimo ducentesimo octavo data est; unde conficitur, certe Beatum Petrum de Castro novo haud serius, quam in Mense Februa-

Sæcul. XIII. A.C. 1207.

Boll. vit. n. 21. to. 6. p. 416.

(*) Christiani viri est hæc Fleurii Reflexio. Ceterum affirmari potest, omnes illos, qui in his adjunctis Comiti Tolosano fidem, societatem, fœdera ad occidendum Summi Pontificis Legatum, etiam addito juramento, promiserunt, ab obligatione ista absolvi potuisse, si solutum dici potest illud, quod Jure Naturæ & Divino nullum fuit. At vinculum quo subditi Regi suo, aliquando recepto, obstringuntur, nulla humana potestate solvi potest.

Sæcul. XIII. A. C. 1208.

bruario occisum fuisse. Eum tamen Ecclesia quinta die Martii veneratur.

§. XXXVII.

Alii in Occitaniam Legati missi.

Hist. Albig. c. 9.

In memorata Epistola Summus Pontifex mentionem facit de Episcopo Consuranensi, & Abbate Cistercienſi, quos suos Legatos dicit. Quippe Præsules provinciæ Narbonensis, ceterique, fidei conservandæ & pacis studiosi, cum Prædicatorum præcipuos, Episcopum Uxamensem, ambosque Monachos Rudolphum & Petrum de Castro novo mors eripuisset, nec tamen Prædicationis ministerium, jam languens, multum profuisset, nuncios ad Papam mittere statuerunt. Fulco igitur Episcopus Tolosanus & Navarrus Consuranus, itinere Romam suscepto, Papam supplices rogarunt; Ecclesiæ in provinciis Narbonensi, Bituricensi, & Burdegalensi extremo periculo laboranti succurreret. Papa, fidei defendendæ zelo accensus, in hanc rem Epistolas encyclicas, & acri calamo scriptas, misit.

Sed Comes Tolosanus, cum comperisset duos Episcopos Romam esse profectos, & ipse misit duos viros, sceleribus insignes, Bernardum Archiepiscopum Auscionum, & Raimundum Rabastenum ab Episcopatu Tolosano depositum, qui causam

causam Comitis agentes apud Papam conquesti sunt, de Abbate Cistercienſi, ejus Legato, quod acerbe nimis Principem haberet, promiseruntque, eum in cunctis se Pontifici submissurum, si is quemquam de Curia sua delegaret. Neutiquam vero Comes errata corrigere cogitabat, sed Cardinalium quemquam a Papa missum dolis suis se capturum sperabat. Sæcul. XIII. A.C. 1208.

Misit Papa Milonem Doctorem, de Clericorum suorum domesticorum numero, virum virtute clarum, scientia eximium, & ad quæcunque pericula impavidum. Socium ei junxit alium Doctorem, nomine Theodosium, Canonicum Genuensem, quem non minor doctrina, animique constantia commendabant. Comes Tolosanus, de adventu Milonis lætus, jactare auditus est: *Habeo tandem talem, qualem exoptabam, Legatum; vel magis, ego ipse mihi pro Sacræ Sedis Legato ero.* Sed spes sua Principem fefellit, nam Papa Miloni in mandatis dederat; nihil ageret, inprimis in causa Comitis Tolosani, sine requisito consilio Abbatis Cistercienſis, cui Principis astutia erat exploratissima. *Abbas Cistercienſis*, dicebat in illis mandatis Papa, *cuncta, quæ facienda videbuntur, decernet, tua utens opera, quia Comes eum virum maxime,* c. 16.

Sæcul. XIII. A.C. 1208.

te autem non aversatur. Cum ergo Milo Abbatem consuluisset, amplissimum ab eo accepit Commentarium, sigillo munitum. Suadebat vero Abbas; priusquam Comitem aggrederetur, Episcopos, aliosque Præsules, convocatos consuleret, indicabatque eorum nomina, quorum sententiam sequi deberet.

Rigord. an. 1208. p. 49.

Exinde Abbas Cisterciensis & Magister Milo Philippum Regem Franciæ, Comitia cum plurimis Baronibus Villanovæ in Diœcesi Senonensi celebrantem, adierunt, reddideruntque Pontificis literas, in quibus rogabat Regem; ipse laborem susciperet, & Ecclesiæ, in provincia Narbonensi periclitanti, opem ferret, aut saltem Ludovicum filium suum mitteret.

Respondit Rex; duos leones magnos lateribus suis insidiari, nempe Ottonem, qui se pro Imperatore gerebat, & Joannem Regem Angliæ, qui ad Regnum suum turbandum nulli labori parcerent. Proinde nec se ipsum nec filium ex Francia exire posse; sed in illis temporum adjunctis plus non permitti, quam Baronibus suis licentiam dare, ad hoc bellum proficiscendi. Papa omnibus quoque Præsulibus, Optimatibus, totique populo Franciæ in hac causa scripserat, Indulgentiam plenariam illis offerens, qui

ad

ad oppugnandos in Occitania Hæreticos crucis Insigne acciperent. Indulgentia deinde promulgata, plurimi sacræ huic militiæ nomen dederunt. Sæcul. XIII. A. C. 1208.

§. XXXVIII.

Ecclesia Parisiensis.

Eodem anno Innocentius Papa Legatum in Franciam miserat, Galonum Diaconum Cardinalem, Titulo S. Mariæ in Porticu, Jurisconsultum, piissimis moribus ornatum, qui frequentissime Ecclesias, inprimis S. Dionysii, invisebat.

Is Constitutionem ad Disciplinam Ecclesiasticam spectantem, & decem capita, de Clericorum Continentia, modestia in vestimentis, & fuga avaritiæ, complectentem condidit. *Rig. ibid. to. 11. Conc. p. 33.*

In eadem Constitutione occurrit sententia Excommunicationis ipso Jure lata, addita exemtione Magistris & Studiosis favente, qui prius monendi sunt, Tanta illa ætate fuit scholæ Parisiensis reverentia.

Odo Sulliacensis, Episcopus Parisiensis, hoc etiam anno millesimo ducentesimo octavo die decima tertia Julii excessit e vita, postquam hanc Ecclesiam annos duodecim rexisset. Præter alias virtutes, quibus hic Præsul splendebat, ejus integritas, cum distribuenda essent Beneficia Ecclesiastica, notatur, quippe apud *Antis.* *Rigor. ibid. Sup. Lib. LXXIV. §. 54. Chr. S. Mart.*

Sæcul. XIII. A.C. 1208.

apud eum nec eligendorum natales illuſtres, nec oblata dona, nec pretium nec preces, ſed ſoli boni mores & ſcientia valebant. Ipſius piiſſimæ curæ adſcribendum, quod S. Guilielmus Abbas Chaliacenſis ad Archiepiſcopatum Bituricenſem, Godefridus Archidiaconus Pariſienſis ad Archiepiſcopatum Turonenſem, & Albericus, ejus in Archidiaconatu ſucceſſor, ad Archiepiſcopatum Remenſem evecti fuerint. Odo Sulliacenſis quoque Papam ad mittendos Crucigeros contra Franciæ Albigenſes excitavit, qua de re in Statutis ſuis Synodalibus mentionem facit, præcipiens Parochis, ut commiſſas ſibi oves ad expeditionem hanc ſacram ſuo hortatu impellerent. Porro his ſtatutis antiquiora in Eccleſia Pariſienſi non invenimus, inter quæ complura Præcepta Diſciplinæ illius ævi occurrunt. Atque ut exempla afferamus; Presbyteri non patiantur, Diaconos Corpus Domini Noſtri ad Infirmos deferre, niſi id extrema exigat neceſſitas. Tum Diaconis diſtricte prohibetur, ne confitentes audiant, niſi urgeat neceſſitas, quia abſolvere non poſſunt. Præter Manuale, ſeu Rituale, Presbyteri etiam Librum Canonum Pœnitentialium habeant. Ubi de nuptiis agitur, legimus, Sacerdoti benedicenti non

Sup. Lib. LXXV. §. 28.

n. 43.

to. 11. *Conc. p.* 1801.

c. 5. *n.* 5.

n. 56.

v. Sup. lib. VI. §. 43.

Morin. pœn. lib. 8. *c.* 23.

non nulla de convivio fercula exigendi jus fuiſſe. Sæcul.XIII. A.C.1208.

Elevatio Hoſtiæ in Miſſa, ut a populo videatur, diſerte memoratur, nulla mentione de Calice facta. De Tabernaculo etiam mentio occurrit, in quo ſanctum Sacramentum aſſervetur. *Stat.c.8.n.5 c.7.n.4. n.28.*

Præcipitur Parochis, ut Fideles ſuos moneant, ſaltem ſemel in anno Eccleſiam Cathedralem pia peregrinatione eſſe inviſendam. Ubi de Baptiſmo ſermo eſt, aſperſio diſtinguitur ab immerſione, per quam ordinarie parvuli baptizabantur. De Baptiſmo autem ſub conditione conferendo, ſecundum exemplar Abbatiæ S. Victoris accuratum, nullum deprehenditur veſtigium. Odonis ſucceſſor in Eccleſia Pariſienſi Petrus Nemoroſienſis, Theſauro Turonenſi, & Cubiculariis Regiis in Francia Præfectus, duorumque aliorum Epiſcoporum, Stephani Belvacenſis, & Guilielmi Meldenſis, frater, Sedem illam annis duodecim tenuit. *n.35. n.51. c.3.n.1. n.4. Synodic. Paris. edit. 1674. Gall. Chriſt.*

§. XXXIX.

Beatus Stephanus Epiſcopus Dienſis.

Eodem anno Beatus Stephanus Caſtilionenſis Epiſcopus Dienſis in Delphinatu ordinatus eſt. Is, Lugduni nobilibus *vit. ap. Sur. 7. Sept.*

Sæcul. XIII. A.C. 1208.

bilibus parentibus anno milleſimo centeſimo quinquageſimo quinto in lucem editus, ab unguiculis animum ad opera pietatis & literarum ſtudia proniſſimum oſtendit. Adoleſcens virili conſtantia a carnibus abſtinere cœpit, virtutibus Chriſtianis unice intentus. Annos natus viginti ſex, Inſtitutum Cartuſienſe in Monaſterio de Portis profeſſus, cum non ſatis ei eſſet, rigorem a Conſtitutionibus domeſticis præſcriptum ſervare, ſed, aliis ter in ſeptimana in pane & aqua jejunantibus, ipſe hunc in modum ſingulis prope diebus abſtinebat, hinc panem in menſa & inde librum apertum ponens, in quem identidem oculos conjiciebat. Poſt complures exinde annos, ſanctitatis fama jam extra monaſterium erumpente, Prior ſuæ Congregationis invitus eligitur, quam deinde ſapientiſſime rexit, multosque ex Hoſpitibus, quorum magna frequentia ad monaſterium ventitabat, ad frugem convertit.

Inter hæc cum Sedes Dienſis vacaret, & Canonici, de electione deliberantes, complures viros Epiſcopatu dignos nominaſſent, pauci in medium attulerunt, Priorem Monaſterii Cartuſienſis de Portis eligendum eſſe. Conſenſere omnes, & non ignari, quam difficili negotio ab eremo ſua avelli poſſet, Romam ad Innocentium Papam nuncios miſerunt,

miserunt, qui electionem confirmari rogarent. Is lubenti animo, quod petebant, concessit, addito ad Stephanum mandato, quo Dignitatem oblatam recipere jubebatur; quippe viri fama jam diu ante ad Pontificis aures pervenerat. Tum Canonicis Stephanum adeuntibus, ille respondit, quod olim S. Hugo Lincolniensis dixerat, se sui arbitrii non esse, sed Priori Cartusiensi Majoris Monasterii subjectum. Illud Monasterium tunc regebat Jacelinus, Præpositorum Ordinis numero decimus, qui, exhibitis sibi Papæ literis, Stephanum latitantem perquiri jussit, & inventum ad acceptandum Episcopale munus compulit. Ergo, Viennam, Ecclesiæ Diensis Metropolim, deductus, Episcopus a tribus Archiepiscopis anno millesimo ducentesimo octavo consecratur. Non minus uberes fructus Stephanus in Cathedra Episcopali, ac prius in solitudine messuit, atque ut non nunquam animum labore fatigatum quiete concessa refocillaret, ad Monasterium de Portis convolans, more simplicis monachi, depositis interim Dignitatis Episcopalis Insignibus, solo annulo pastorali excepto, suavem vitam ducebat. Tandem septima Septembris anno millesimo ducentesimo decimo tertio, Episcopatus sui sexto, ætatis quinquagesimo octavo, obdormivit

Sæcul. XIII. A. C. 1208.

Sup. Lib. LXXIV. §. 7.

Sæcul. XIII. A.C. 1208.

vit in Domino; atque complura edita miracula tum viventis tum etiam defuncti precibus adscripta sunt.

§. XL.

Sententia Interdicti in Angliam lata.

Sup. n. 1. Math. Par. an. 1208.

In Anglia tres Episcopi Londinensis, Eliensis, & Wigornensis, ut mandata Papæ exequerentur, Joannem Regem adeunt, quid Pontifex sibi præcepisset exponunt, atque inter lacrymas rogant; Archiepiscopum, & Monachos Cantuarienses in Angliam revocaret, sicque & Potestati Regiæ præsenti, & saluti suæ æternæ consuleret. Rex in furorem actus totum eloqui Legatos non sustinuit, sed conviciis in Papam & Cardinales conjectis, per potentiam Dei juravit, si hi Episcopi vel alii Ditiones suas Interdicto subjicerent, se, omnibus Episcopis Clericisque Regni sui Romam ad Papam migrare compulsis, eorum bona omnia ærario suo addicturum. Adjecit, jussurum se omnes Romanos, in Anglia vel Normannia diversantes, effossis oculis, naribusque mutilatis, Romam remitti, ut his signis facilius ab omni alia gente dignoscerentur. Tandem tribus Episcopis præcepit, e conspectu suo velociter se proriperent, si vitam amarent.

Reces-

Receſſerunt illi, atque ſpe omni abjecta, Regem converti poſſe, ſequente Quadrageſima, die Lunæ poſt Dominicam Paſſionis, nempe, hoc anno milleſimo ducenteſimo octavo, die vigeſima quarta Martii, totam Angliam cenſura Interdicti conſtrinxerunt, quod ſummo rigore, ut Papa diſtricte præceperat, non obſtantibus privilegiis quibuscunque, ſervatum. Itaque omnes Sacerdotes in Anglia ceſſarunt officiis ſuis fungi, ſi Confeſſionem, Viaticum in articulo mortis, & Baptismum parvulorum excipias. Vita defuncti extra civitates & pagos elati, in viis publicis, & in foveis, ſine precibus, ſine Presbyterorum miniſterio ſepeliebantur, ut canes. Tres illi Epiſcopi, promulgato Interdicto, videlicet Guilielmus Londinenſis, Euſtachius Eliſienſis, & Malgerus Wintonienſis, ac cum ipſis Joſcelinus Bathonienſis & Ægydius Herfordienſis clam ex Inſula ſolverunt, cum ſatius exiſtimarent, Regis iram interim effugere, quam in ſterili Regione, quia interdicta, commorari. Verum hoc palliolo tecti Præſules, diu trans mare verſati, omnis generis deliciis diffluebant.

Sæcul.XIII. A.C.1208.

10.*ep.*161.

Interea Rex Joannes, clamores populi, ipſum mali auctorem devoventis, non ferens, Abbatem Bellilocenſem ad Papam miſit, cum mandatis. Promit-

Sæcul. XIII. A. C. 1208.

tebat vero, se Stephanum Langtonium Archiepiscopum Cantuariensem recepturum, addens omnia ei Monachisque, quæ abstulerat, redditurum. Et quoniam Rex necdum a se ipso impetrare poterat, ut cum Archiepiscopo in gratiam rediret, nolebat ipse Regalia ei conferre, sed hanc provinciam ipsi Papæ committebat; iis Pontifex, ut videretur, Stephanum investiret. Papa, acceptis conditionibus, Episcopis Londinensi, Elisiensi, & Wigornensi, datis literis, præcepit, ut postquam fidem Regis satis exploraſſent, Regalia Archiepiscopo conferrent, ad Ecclesiam suam deduci juberent, & Anglos ab Interdicto absolverent. Hæc Papa Archiepiscopo, in Flandria causæ suæ eventum expectanti, perscripsit, monens; Regis amicitiam, quantum posset, excoleret.

Gest. Innoc. n. 132. 11. ep 89. 90. 91. 102.

Ceterum, quæ constituerant, nec Rex nec Pontifex executi sunt. At Rex Joannes pertimescens, ne in se nominatim Papa Excommunicationis sententiam denunciaret, & Angliæ Proceres a Fidei, sibi debitæ, juramento absolveret, se ipsum securum præstare voluit, saltem de illorum defectione, qui suspecti erant, & obsides petiit. Paruerunt complures, liberosque suos aut nepotes Regis Legatis tradiderunt. Alii obsequium detrectarunt, ac inter alios nobilis quædam

Math. Par. an. 1208.

dam matrona, id nomine Regis petentibus, respondere ausa est; nunquam se filios suos tradituram esse Principi, qui Nepotem suum jugulasset. Hæc res multo acrius quam antea Anglorum animos in Regem accendit. Sæcul.XIII. A. C. 1208.

Ex interdicto haud parva incommoda nascebantur. Cum sacrum Chrisma in Cœna Domini hoc anno millesimo ducentesimo octavo confici non potuisset, id, Presbyteris infantes baptizantibus, deficiebat; qua de re interrogatus Papa respondit, veteri Chrismate utendum esse, & si opus foret, ne omnino deesset, oleum manu Episcopi vel Presbyteri addendum. Cum præterea Missæ non celebrarentur, deerant Hostiæ, morientibus præbendæ. Ad quod Papa Innocentius respondit; Defectum Viatici per fidem ægrotantium suppleri posse, atque huc adhibet illum S. Augustini locum: *Crede & manducasti.* Tum Papa subjungit: *Si initio viris Religiosis, secundum eorum privilegia, Officium divinum ostiis clausis, voce demissa, campanis non pulsatis, celebrare permissum fuisset, id neutiquam improbassemus.* Nihilominus cum delatum ad eum fuisset, quædam Monasteria Cistercienſium desiisse Interdictum servare, & quidem aliqua suo arbitrio, alia ex mandato Abbatis, toti illi Ordini præpositi, Episco-

II. *ep.* 102. *ibid. in Joann. tract.* 25. *n.* 12

II. *ep.* 141. *ep.* 259.

Sæcul. XIII. A.C. 1208.

pis Angliæ præcepit; de hac causa inquirerent, reos suspensos Romam mitterent, ac Interdictum in eorum Monasteriis servari curarent.

§. XLI.

Richardus, Pontificis Frater, Comes Soranus.

Chron. Fossa n. 1208.

Hoc anno millesimo ducentesimo octavo ineunte, nempe quinta Januarii, Soram urbem in Campania Abbas Montis Cassini Germanis eripuit, solicitante Innocentio Papa, qui in eo consilio Richardi Fratris sui opera usus est. Transacto Festo Ascensionis, quod in diem decimam quintam Maji inciderat, Papa, relicta urbe, Anagniam, ac exinde ad Monasterium Fossæ novæ venit, ubi die Mercurii, mensis Julii secunda, Richardus ejus frater, a Protonotario, quem Rex Fridericus Siciliæ ad hunc Ritum miserat, insonante tuba, Comes Soranus proclamatus est. Nam Rex Siciliæ Ri-

ap. Rainald. 1208. §. 27.

chardo hunc Comitatum conferebat, quem a se & a Papa, supremis Dominis, teneret. Hæc dispicimus ex Actis præstiti homagii & fidei, quam Richardus Papæ sexta Octobris ejusdem anni ita promisit, ut etiam se Regi Siciliæ subditum & obedientem futurum esse profiteretur.

§. XLII.

Sæcul. XIII. A.C. 1208.

§. XLII.

Philippi Suevi fata.

Sub idem tempus redduntur Pontifici literæ, quibus Philippi Suevi cædes nunciabatur. Jam gesta Legatorum, quos duo Reges, de Romanorum Imperio litigantes, suis mandatis instruxerant, optatum finem spectabant. Philippus Romam miserat Patriarcham Aquilejensem cum aliis viris clarissimis, qui pacta confirmarent, Domino suo coronam Imperii expeterent, ac Adolpho Archiepiscopatum Colonienſem restitui postularent. Papa ad osculum pacis admisit Adolphum, qui cum Legatis Regis advenerat; sed quia Brunonem illi subrogatum & ordinatum defendere statuerat, postquam utriusque Partis argumenta biduo coram se discuti jussisset, Ordinationem Brunonis confirmavit, ac, datis literis, Clericos, populum, virosque nobiles illius Regionis, ei, ut Pastori suo, parere jussit. Adolpho de reditibus Archiepiscopatus in annuum censum quadringentæ marcæ argenti concessæ, ea conditione, ne quietam deinceps Brunonis possessionem turbaret. Pontifex vero pacta sanciendæ pacis, a Philippi Legatis sibi exhibita, approbavit, remisitque duos Cardinales Legatos

Chro. Godef. an. 1208.

Arn. Lubec. VII. c. 7.

Sæcul. XIII. A.C. 1208.

Hugolinum & Leonem, ultimam manum operi admoturos.

Sed en! necdum alpes superaverant, cum nuncium de nece Philippi Regis affertur. Is cum filiam suam Ottoni Wittelspachio Comiti Palatino Bavariæ in matrimonium dare condixisset, & promissum deinde retractasset, illi injuria alta mente reposita manebat. Ergo cum Philippus Bambergam venisset, & in Palatio Episcopali, postquam utroque brachio venam sibi secari jussisset, in Cubiculo suo acquiesceret, intrat Otto familiariter, nudum gladium, quasi per lusum, manu tenens, feritque Philippum in gutture, ex quo vulnere decessit, vigesima secunda Junii anno millesimo ducentesimo octavo, post decem annorum Imperium (*). Tunc vero

de neg. Imp. ep. 52. Godefr. Abb. Ursp. Arnold. VII 6. 14.

(*) Horrendam cædem Philippi Imperatoris & adjuncta narrat Palatius in Aquila Sueva in hunc modum: *Philippus Imperator, civili sedato tumultu dum hostem cogitat petere externum, Canutum Daniæ Regem, qui Hamburgum & Lubecam interceperat, ab Othone Wittelspachio, Comite Palatino, ferro petitus, anno 1208. die Julii 22. parricida succubuit. Ei olim Imperator filiam desponderat, sed quia Otho familiarem quemdam Ducis Bavariæ præter causam occidisset, tanquam*

vero Otto Saxo, ſublato æmulo, in Comitiis ſeu Conventu Principum Impe- Sæcul. XIII. A.C.1208.

 rii,

quam homicidio & perfidia notatus, repudiatus fuerat. Rogavit Regem, ut literas daret ad Ducem Polonorum, ut ejus filiam conſequeretur uxorem, quæ materno genere Regem etiam contingebat. Cui Rex: id quam devotus faciam. Protulit illico exemplar Otto. Rex verbo aſſenſus, animo aliud agebat, quod feroci viro ut filiam ſic cognatam putabat eſſe negandam: exaratæ literæ traduntur poſcenti. Ille ubi accepit, vel ſigno deprehendit, vel animo conjecit immutatas. Itaque ſevocans Scribam apertas recitari juſſit; nam vir militaris literas non agnoſcebat. Ubi Scriba vidit literas Uriæ expavit, obſecrans, ne cogeret literas interpretari; eſſe ſibi vitæ apertum diſcrimen, ubi apud Regem pateret, ſe literas Comiti recitaſſe. Pepercit Otho precanti, & animo magis efferatus, alium reperit, qui literas interpretaretur. Infremuit, ubi audivit, & protinus aſſumptis militibus Epiſcopi Eggiberti, & Marchionis de Andehſe Henrici fratris prælati Epiſcopi, venit in Palatium. Accedit ad oſtium Cameræ, ubi Rex quieſcebat in lectulo poſt venæ ſectionem, pulſat, quem intromitti Rex jubet nihil mali ſuſpicatus. Nudo gladio quaſi ludens Otho incedebat. Cui Rex, depone, ait, gladium, quia non eſt his locus modo. At ille: imo eſt locus, ut tu perfidiam luas. Et ſtatim uno ictu cervicem e-

jus

Sæcul. XIII. A.C. 1208. rii, poſt hominum memoriam frequentiſſimo, Francofordiæ, eodem anno, ad Feſtum S. Martini, ſolus Rex Romanorum ſalutatur ab omnibus.

Godef. ann.

Interea

jus tetigit . . . non diu ſupervixit Imperator . . . Parricida non multo poſt ab Henrico Palatino Rheni, Mareſcalco Philippi interemptus, ſui tulit præmium facinoris. Regina autem audito tam triſti nuncio contabuit, & quia prægnans erat, gemino dolore ad mortem usque afflicta eſt.

Morte viri preſſa, nimioque gravamine torta
Prolis, ſicque duo vita priventur in uno.

Additur Philippi Epitaphium ex Cruſio:

Inclytus hic primi Friderici natus humatur
Illuſtri Rex Romanus virtute Philippus.
Cujus Bambergæ ſcelerata cæde peremptì
Corpus Spira tegit, mens aurea poſſidet aſtra.

Ceterum Otto Wittelſpachius, ferociſſimus juvenis, ortus quidem erat ex Familia Boica, quam Fridericus I. *Barba Roſſa* anno milleſimo centeſimo octogeſimo in avitum Ducatum reſtituit; quia vero nec Ludovicus, tunc Bava-

ria

Interea Papa Sigefridum Archiepiscopum Moguntinum & Cardinalem, Romæ biennio in Tituli sui Ecclesia S. Sabinæ versatum, ad Sedem suam remisit, ubi a Moguntinis, more triumphantis, exceptus est, Leopoldo ejus Adversario ejecto, quem Philippus Rex tutatus fuerat. Sæcul. XIII. A. C. 1208.

Pontifex Brunonem quoque Archiepiscopum Colonienſem ad hanc Ecclesiam remisit, quem omnes in Festo SS. Proti & Hyacinthi, die undecima Septembris, editis magnæ lætitiæ signis, venientem complexi sunt. Cessit Adolphus, totaque Diœcesis Brunoni obediit. Sed non diu post, morbo correptus, secunda die Novembris, eodem anno, extinctus est. Tumque ante Natalem Domini Otto Rex, Coloniam profectus, Theodoricum de monte, Ecclesiæ S. Petri Præpositum, eligi curavit, unanimi omnium consensu accedente, eique suis manibus Regalia jura contulit.

riæ Dux, nec alii ex hac prosapia Principes, Imperatoribus addictissimi, immanissimi sceleris, conscii fuerant; hinc posteriore tempore inter Cæsaream Sueviæ & Serenissimam Bavariæ Domum amicitia durasse, ac etiam affinitas contracta legitur.

Sæcul. XIII. A. C. 1208.

§. XLIII.

S. Guilielmi Bituricenſis extrema.

Chro. Antiſiod. ann.

In Francia Crucigeri contra Albigenſes, recipiendæ Indulgentiæ deſiderio exciti, undique confluebant, Crucis ſignum aſſutum in veſte ante pectus gerentes, non humero, quo a Crucigeris Terræ ſanctæ diſcernerentur. Guilielmus Archiepiſcopus Bituricenſis quoque ſacrorum militum voto ſe obſtrinxit, quod Hæreſis complures Eccleſias, urbesque ſuæ Provinciæ, infeciſſet. Sed omnia neceſſaria ad profectionem hanc parantem mors inopina occupavit. Is ab annis novem, quibus Eccleſiam Bituricenſem regebat, virtutibus omnibus Epiſcopum exornantibus, præſertim conſtantia, manſuetudine, & patientia, claruerat. Ceterum conſuetudinem in totam Galliam introductam invenit, qua Excommunicatis, cum abſolverentur, præter ſatisfactionem Canonicam mulctæ pecuniariæ injungebantur, eo prætextu, ut a caſu futuro ſaltem pecuniæ amore retraherentur. Mos iſte ſancto viro nequaquam probabatur, & nihilominus non nulli magni nominis viri ſuadebant, ut eum ſervaret, & lucrum quod inde rediret, ſi illud in ſuum conferre ærarium nollet, in pauperes erogaret. Guilielmus mediam viam tenuit

Sup. Lib. LXXV. §. 28.

nuit, qua nec morem illum amplectere- Sæcul.XIII.
tur, nec etiam eum ſervantibus ſcanda- A.C.1208.
lum crearet, ſi eorum doctrinam manifeſte ſperneret; nam cum Excommunicatis Abſolutionem impertiretur, compellebat eos ad promittendum, ipſos mulctam eſſe ſoluturos, atque ut in officio contineret, ſæpius minabatur, ſe eam exacturum eſſe, ſed nunquam exigebat.

Eadem ratione conſilia eorum elusit, qui ſuadebant; impios & contumaces armis perſequeretur, ſic pacem Eccleſiæ præſtaret, ac exempla Anteceſſorum ſuorum & morem Regionis ſequeretur. Ipſe tempus petiit ad deliberandum, divinamque opem invocandam, quid ſibi faciendum eſſet. Sed nunquam eo adduci potuit, ut ſanguinem humanum funderet, agros depopularetur, & prædas ageret. Promiſit ſe morem ſervaturum, ne aliorum facta temere damnare videretur; nihil vero, quod vim ſaperet, unquam executus eſt. Satis ei erat, induratos peccatores privatim corripere, pœnitentiam vehementer urgere, inferni pœnas minari, dum ipſe pro eis ad Deum orabat, & jejunabat. Nec operam perdidit, namque hac manſuetudine complures improbos convertit, qui contemtu, quo eum antea averſabantur, in venerationem mutato, Præ-

ſuli

Sæcul. XIII. A.C. 1208.

suli obediebant, ejusdem amicitiam quærebant, Sanctum Archiepiscopum appellabant, illique, quorum pervicaciæ vinci non potuerat, ab aliis tanquam reprobi habebantur. Hic dispicimus, quam profundas radices tunc egerit abusus, pœnas temporales cum spiritualibus miscendi, quem publice vituperare sanctissimus Præsul ausus non fuit.

Gall. Christ. to. I. p. 773.

Maximo doloris sensu Guilielmi Archiepiscopi animum affecit duorum amicorum, quos tenere amabat, Godefridi Archiepiscopi Turonensis & Odonis Episcopi Parisiensis obitus. Godefridus, olim Ecclesiæ Parisiensis Archidiaconus Bartholomæo in Sede Turonensi, anno millesimo ducentesimo sexto, successerat, quam vero non plus biennio tenuit, quippe vigesima nona Aprilis, anno Domini millesimo ducentesimo octavo, decessit e vita, quem Episcopus Parisiensis, post menses duos & medium, ad cœlestia secutus est. Hi Præsules & Archiepiscopus Bituricensis sanctæ amicitiæ fœdere conjuncti, cum se invicem inviserent, nil nisi curam animarum, & Ecclesiarum Regimen loquebantur.

vit. c. 8.

Illis duobus S. Guilielmus haud diu superstes fuit. In Vigilia Epiphaniæ, die quinta Januarii, anno millesimo ducentesimo nono, ad populum suum di-

xit

xit ex Cathedra, in Ecclesia Metropoli- Sæcul. XIII.
tana S. Stephani Biturigis, quamvis la- A. C. 1209.
boraret febre, cujus vis hoc facto non parum aucta est; nam aperto capite, & in loco, ventis ac frigori obnoxio, prædicabat. Tum, morbo in corpusculum magis magisque sæviente, die quinta extrema Unctione muniri petiit, qua accepta, Viaticum quoque sibi præberi voluit, atque ut majorem devotionem profiteretur, surrexit de lectulo, obvium se intulit, obortis lacrymis genua flexit, diuque toto corpore prostratus, extensis in modum Crucis brachiis, oravit, ac tandem Corpus Servatoris nostri sumsit.

Nocte sequente, extremam sibi horam imminere intelligens, Psalmos nocturnos recitaturus, quos media nocte cantare solebat, cum signum Crucis superlabia & pectus formasset, & vix *Domine labia mea aperies* pronunciare valuisset, plura non est prosecutus. Quod moriturus non poterat, adstantes Clerici absolverunt. Ipse nutu rogavit, in terram se demitti, mox pavimentum sternitur cinere, ac Archiepiscopus, cilicio, quo clam utebatur, indutus, superimponitur, ubi paulo post spiritum Deo reddidit. Agebatur dies decima Januarii, qua nunc Ecclesia ejus memoriam colit. Ipse quidem sepulchrum

sibi

Sæcul. XIII. A. C. 1209.

sibi in illa Abbatia, unde evocatus fuerat, destinaverat, sed Clericis populoque Bituricensi repugnantibus, nec mortuum a se avelli patientibus, in Ecclesia S. Stephani Biturigis terræ mandatur, vivus defunctusque multis miraculis clarus.

§. XLIV.

Comes Tolosanus absolvitur.

Hist. Albig. c. 11.

Catel. Comt. p. 244.

Processus. lib. 12. ep. Innoc. III. post epist. 85. p. 346. ibid. p. 365. ep. 106

Dum Crucigeri milites in turmas coeunt, duo Legati Milo & Theodisius Montiliacum, Provinciæ oppidum, profecti, complures Episcopos convocarunt. Quæsivit Milo, quid agendum sibi, tum in negotio Pacis, tum Fidei, existimarent, præsertim in causa Comitis Tolosani, jussitque quemlibet Episcoporum sententiam suam scriptam, & annulo signatam, de quibusdam Articulis sibi ab Abbate Cistercienſi suggestis, tradere. Paruerunt illi, cumque tam memorati Abbatis quam Episcoporum opiniones inventæ fuissent consentaneæ, res omnibus prodigio similis visa. Ergo Milo Comitem Tolosanum Valentiam, præstituta die, ad se venire jubet. Adest ille, promittens Legato, facturum se, quidquid præscriberet. Legatus ex consilio Episcoporum Comiti præcepit; in fidei servandæ pignus septem Arces ex illis Ditionibus, quas in Provincia tene-

ret,

ret, sibi traderet, & Consules Avenionenses, Nemausenses, & S. Georgii jurarent, si Comes Tolosanus mandata Legati violaret, ipsos a juramento fidei fore absolutos, & Comitatum Mergoriensem Ecclesiæ Romanæ Patrimonio esse adscribendum. Comes omnia promisit, haud ignarus, quam gravis sibi Crucigerorum immineret exercitus. Sæcul. XIII. A.C. 1209.

Sine mora Theodisius, in Provinciam delatus, possessionem septem Arcium, nomine Summi Pontificis, adiit. Milo autem urbem S. Ægydii petiit, Comitem Tolosanum a Censuris absoluturus. Quæ res in hunc modum peracta est: Die decima octava Junii, anno millesimo ducentesimo nono, adductus est Comes nudus ante fores Ecclesiæ, Legato, Archiepiscopis, & Episcopis, plusquam viginti præsentibus, ubi super Corpus Domini Nostri, veram Crucem, Reliquias, & Evangelia, jurejurando se obstrinxit, in hunc ferme modum: *Juro, quod omnia Capitula, propter quæ excommunicatus fui, mandata Pontificis, & vestra servaturus sim, præcipue in iis, quod aliis pacem jurantibus, ego jurare noluisse accuser, quod jusjurandum de expellendis Hæreticis sæpius non servaverim, quod eos semper foverim, quod de Fide suspectus habear, quod Veteratorum* *Hist. Albig. c. 12. to. 11. Conc. p. 36. Catel. Comtes de T. l. 2. p. 245.*

Sæcul. XIII. A. C. 1209.

torum conventus celebraverim (*). *Quod Judæis publica commisi officia, quod more castrorum Ecclesias muniverim, quod Vectigalia non debita colligam, quod Episcopum Carpentoratensem e Sede sua expulerim, quod Petrum Castri novi, sanctæ memoriæ virum, per sicarios interfeciſſe dicar, quod Episcopum Vasionensem & ejus Clericos ceperim, eorumque domos destruxerim.* Denique consentit Comes, nisi hoc juramentum impleverit, se septem memoratis arcibus privari, & denuo excommunicari.

Hoc juramento edito, Legatus Comitem absolvit, ejusque collum stolæ inseruit, qua ipsum tenebat. Sed tanta erat populi multitudo, ut per eamdem viam, qua venerat, Comes dimitti non potuerit. Descendendum fuit in Ecclesiam inferiorem, ac ipse præter sepulchrum Petri de Castro novo deducendus, ut quasi veniam rogare cogeretur. Ritu absolutionis peracto, Legatus Milo Comiti varia mandata, ut jurejurando promissa exequeretur, dedit. Inter alia; Episcopum Carpentoratensem & Episcopum Vasionensem in integrum restitueret, ac illata damna resarciret. Ex ditionibus suis grassatores, vulgo

(*) In Actis Conciliorum legitur: *Item quod Ruptarios sive Mainadas tenui.*

vulgo *Coterellos*, & latrones ejiceret. A Judæis quodcunque in Republica Officium auferret. Vias publicas de latrociniis ſecuras præſtaret. Omnes ad pacem ſervandam compelleret. Pro Hæreticis omnes illos haberet, qui ad ipſum ab Epiſcopis vel Parochis delati fuiſſent. Juravit præterea Comes, ſe Immunitatis Eccleſiarum Fautorem futurum, nihil vi ab eis exacturum, & inprimis Palatia Epiſcoporum defunctorum non direpturum, bona omnia ſucceſſori ſervaturum, libertatem Electionis, vacante Cathedra Epiſcopali, non turbaturum. Præterea Legatus complures illius Regionis Proceres, Conſulesque Avenionenſes & Montispeſſulanenſes ad ſimilia pacta jurejurando confirmanda adegit. Sæcul. XIII. A.C. 1209.

§. XLV.

Expeditio ſacra contra Albigenſes.

His ita conſtitutis, Comes Toloſanus, ut ſacrorum militum arma, quæ vehementiſſime formidabat, a cervicibus ſuis amoliretur, Crucem ſibi, contra Hæreticos militantium teſſeram, a Legato S. Sedis dari petiit; quam cum obtinuiſſet, duo etiam alii, haud plures, ex ejus ſubditis, Equeſtris Ordinis Viri, accepta Cruce, idem votum ediderunt. Exinde Milo & Theodiſius ad urbem Lug- *Hiſt. Albig. c. 13.*

Sæcul. XIII. A.C. 1209.

dunenſem redierunt, obvios ſe ſe illaturi Crucigeris, qui in illam civitatem ex omnibus Franciæ Regionibus, ad Feſtum S. Joannis hoc anno Domini milleſimo ducenteſimo nono conveniebant.

c. 14. Crucigerorum agmina ducebant Petrus Archiepiſcopus Senonenſis, Walterus Epiſcopus Auguſtodunenſis, Robertus Epiſcopus Claromontanus, Guilielmus Epiſcopus Nivernenſis, ac Principes Laici, Odo III. Dux Burgundiæ, Comes Nivernenſis, Comes S. Pauli, Simon Comes Monfortius, pluresque alii.

c. 15. Quibus Comes Toloſanus obviam proceſſit usque Valentiam, ubi eis junctus facturum ſe promiſit, quidquid decernerent, præter munimenta, quæ tenebant, etiam filium ſuum obſidem offerens.

Ipſi, recepto Comite, ſimul omnes Bliterras petunt.

Bliterrarum urbis incolæ, non Hæreſi modo, ſed etiam furtis & omnis generis ſceleribus infames, ante annos quadraginta duos, in Eccleſia S. Magdalenæ, dentibus Epiſcopo, nefandam cædem

c. 16. prohibere volenti, excuſſis, Raimundum Trincavellum, Vicecomitem ſuum, trucidaverant. Cum ergo Cruce ſignati ad urbem Bliterras exercitum admoviſſent, ad cives mittunt Renaldum Montispeſſulanum, tunc Bliterrenſium Epiſcopum,

Guil. Neubr. l. 2. c. 51. vid. Catel. Lang. p. 639.

pum, virum ætate, pietate & Doctrina venerabilem, qui Catholicis in urbe, si qui supereſſent, præciperet; Hæreticos, quos Epiſcopus nominaret (nam eorum Catalogum deſcripſerat) traderent. Si id non poſſent, ex urbe excederent, ne una cum Hæreticis ruina involverentur. Bliterrenſium ferociſſimi, ſpreta hac denunciatione, mœnibus egreſſi, priusquam ab hoſte laceſſerentur, tela in Crucigeros furiose ingerunt. Quod ne inultum eſſet, gregarii milites, non expectato Ducum Imperio, quin etiam iis inſciis, in muros evadunt, quibus ſuperatis, cives ad internecionem delent, urbemque incendunt. Hæc fata Bliterrenſibus in ipſo Feſto S. Magdalenæ vigeſima ſecunda Julii obtigerunt, & in Eccleſia, S. Magdalenæ ſacra, ſeptem millia hominum, qui ibi aſylum quæſierant, obtruncata. Quæ duo adjuncta ſingularia plurimi tanquam manifeſta immiſſæ a cœlo vindictæ habuerunt, tum quod illi Hæretici frequenter adverſus S.Magdalenam convicia jacerent, tum quod atrox Vicecomitis cædes in ejusdem Eccleſia peracta fuiſſet.

Sæcul.XIII. A.C.1209.

Chro. Sim. Com. Duchesne to.5. p. 764.

Inde Crucigeri Carcaſſonam moventes, ſuburbium expugnarunt, atque militibus muros ſtrenue aggredientibus, Epiſcopi, Abbates, omnesque Clerici collecti, devota mente *Veni Sancte Spi-*

Hiſt. Albig.

Sæcul. XIII. A. C. 1209.

ritus decantabant. Ceterum potuissent quidem Crucigeri urbem vi in suam redigere potestatem; sed aliud visum est, perpendentibus, si ea, simili fato ac Bliterræ destrueretur, fore, ut bona omnia consumerentur, & Domino civitatis, a Principibus constituendo, nihil supereſſet, unde militibus stipendia daret, aut ipse sustentaretur. Ergo vitæ gratia civibus fit, ea conditione, ut, rebus omnibus relictis, sola interula tecti ex urbe abirent. Quam sortem in Festo Assumtionis decima quinta Augusti anno milleſimo ducenteſimo nono Carcassonenses subierunt.

§. XLVI.

Simon Montfortius Crucigerorum Dux.

His ita gestis, Crucigeri deliberant; cui Principatum ditionum, armis
c. 17. subjectarum, conferrent. Cumque id honoris primum Comiti Nivernensi, ac deinde Duci Burgundiæ, obtulissent, iis recusantibus, Electionis negotium septem Mandatariis, nempe Episcopis duobus, Equestris Ordinis viris quatuor, & Abbati Cistercienſi Papæ Legato, commiserunt, qui Simonem Comitem Montfortium elegerunt. Is quidem etiam
c. 19. Imperium detrectare, humerosque suos tanto

tanto oneri ferendo impares esse affir- Sæcul.XIII.
mare, sed tandem Abbate Cistercienſi A.C.1209.
& Duce Burgundiæ ad ejus pedes accidentibus, ac, ut Dignitatem reciperet, obtestantibus, idque etiam Abbate, auctoritate Legati Sedis Apostolicæ, præcipiente, acquievit. Erat vero Simon Montfortius haud vulgari vir specie, magna statura, formosa facie, robustus, solertissimus, fortis, intrepidus, in proposito constans, facundus, mansuetus, modestus, & optimis moribus præditus. Complures liberos susceperat ex Comitissa uxore sua, pietate, aliarumque virtutum ornatu tali viro digna matrona. Ab ejus filii nomine ditiones illæ exinde Montfortium Amalrici dictæ sunt.

Haud diu post, quam Dux militiæ *c. 20.*
crucigeræ electus fuisset, Comes Nivernensis, jurgiis inter ipsum & Ducem Burgundiæ natis, a reliquo corpore cum magna exercitus parte discessit.

In Castris * urbe, in conspectum * Castres
Simonis Comitis adducuntur duo Hæretici, quorum alter erat ex numero illo- *c. 22.*
rum, quos Perfectos dicebant, alter ejus Discipulus. Comes, suis ad consilium adhibitis, utrumque igne damnavit, quamvis Discipulus diceret, converti se velle, & Hæresim ejurare. Nam Comes de eo disputabat in hunc modum: *Si Tyro iste sincere Hæresim ab-*

Sæcul. XIII. A.C. 1209.

jicit, flammis traditus peccata sua expiabit. Si mentitur, iisdem flammis consumtus perfidiæ pœnas dabit. Ergo ambo firmis vinculis stipiti alligantur, & tyro interrogatus, in qua fide moriturus esset, respondit: *Moriar in fide sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & precor Deum, ut iste ignis mihi pro Purgatorio sit.* Tum lignorum strui ignis subjicitur, quo Hæreticus ille, qui perfectus dicebatur, uno momento in cineres redactus est, Tyronis autem sola vincula, quibus tenebatur, ardore resoluta sunt, & ipse incolumis exiit, nisi quod extremi digitorum articuli aliquantum adusti viderentur. Idque omnes miraculum crediderunt. Elapso exinde modico temporis spatio, Duce Burgundiæ quoque ad sua revertente, solus Comes Monfortius cum triginta circiter viris Equestribus, & quibusdam Peregrinis, qui ex Francia advenerant, perstitit.

§. XLVII.

Concilium Avenionense.

Eodem anno millesimo ducentesimo nono, die sexta Septembris, Hugo Episcopus Rejensis, & Milo Papæ Notarius, uterque Sacræ Sedis Legatus, Concilium Generale Avenione, præsentibus Archiepiscopis Viennensi, Arelatensi, Embrodunensi, & Aquensi, Episcopis viginti

to. II. Conc. p. 41.

ginti, compluribus Abbatibus, aliisque Præſulibus præſentibus, celebrarunt, in quo Canones viginti promulgati. In primo monentur Epiſcopi ſæpius & majore cura quam huc usque in ſuis Diœceſibus verbum Dei prædicare, eorumque negligentiæ adſcribitur, quod Hæreſes pullulent, & Fidelium mores corrumpantur. Conceditur tamen licentia, qua alios ad populum dicere jubeant, ubi expedire videbitur. Varia ſtatuta ſuperiorum temporum, adverſus Hæreticos & Judæos, Libertati Eccleſiæ, & ſecuritati publicæ neceſſaria, confirmantur. Feſtorum ſcandala removentur, cum in Eccleſiis, incidente Sanctorum vigilia, ſaltus Chriſtianam modeſtiam & honeſtatem lædentes celebrarentur, & cantiones, Venerem olentes, proterve recitarentur. In pœnam atrociſſimæ cædis, qua Petrus de Caſtro novo, & Godefridus Canonicus Genevenſis ſublati fuerant, omnes Interfectorum propinqui usque ad tertium generationis gradum a cunctis Beneficiis Eccleſiaſticis excluduntur. In eodem Concilio cives Toloſani excommunicantur, quod promiſſum coram Legato, de ejiciendis Hæreticis, non impleſſent. Comes Toloſanus quoque ſub conditione excommunicatur, ſi vectigalia, quæ dimiſerat, repetere vellet. Ceterum

Sæcul. XIII. A.C. 1209.

c. 2. 4.

c. 17.

c. 20.

Hiſt. Albig. c. 33.

c. 39.

Sæcul. XIII. A. C. 1209. Milo Legatus Montispessulani in hyeme anno millesimo ducentesimo nono mortem oppetiit.

§. XLVIII.

Societas pauperum Catholicorum.

Inn. XI. ep. 199. 15. *ep.* 90. Anno superiore millesimo ducentesimo octavo quidam nomine Durandus *de Huesca*, Gente Arrago, cum quibusdam aliis, subiit conspectum Innocentii Papæ, qui benigne exceptos, & auditos, Catholicos esse censuit. Nihilominus, ut cautissime ageret, jusjurandum & scriptam fidei Confessionem ab eis petiit, in qua recipiunt tria Symbola, videlicet, Apostolorum, Nicenum, illudque, quod S. Athanasio tribuitur. Confitentur, Deum esse Creatorem rerum tam corporearum quam spiritualium, & tam Veteris quam Novi Testamenti Auctorem. Ab ipso missum fuisse Joannem Baptistam, Virum sanctum & justum. Vere non ficte Filium Dei fuisse incarnatum, passum, mortuum, ac a mortuis suscitatum. Unicam dari Ecclesiam, Catholicam Apostolicam & Romanam. Sacramenta in Ecclesia celebrata a virtute Ministri non pendere.

Præterea confitentur: *Recipimus Baptismum parvulorum, & Confirmationem, quam dat Episcopus per manuum impositionem. Credimus in Sancto Sacrificio*

crificio panem & vinum post consecratio- Sæcul. XIII.
nem esse verum Corpus & verum Sangui- A. C. 1209.
nem JEsu Christi, nec illud ab alio quam a Presbytero, quem Episcopus rite ordinavit, offerri debere. Credimus, Deum veniam peccatoribus, vere pœnitentibus, concedere, & cum illis lubenter communicamus. Unctionem Infirmorum reveremur. Matrimonium non damnamus, nec etiam secundas nuptias, & confitemur, virum & feminam in matrimonio viventes salvari posse. Carne tanquam alimento vescentes non vituperamus. Credimus, licitum esse jurare, comitante veritate & justitia. Credimus, Prædicationem rem esse necessariam, si modo auctoritate Papæ, vel Episcoporum fiat. Officium Ecclesiasticum, quod Ecclesia Romana persolvit, magni facimus. Credimus, Diabolum non fuisse creatum malum, sed libero suo arbitrio talem fuisse effectum. Credimus, eleemosynas, sacrificia, ceteraque suffragia mortuis prodesse. Clericis Decimas, Primitias, & Oblationes esse dandas. Christianos in sæculo permanentes, possidentes bona sua, & Dei præcepta servantes, salutem suam consequi. Durandum, ejusque socios, a quibus talis Fidei Confessio exigebatur, antea Manichæos fuisse, nemo non videt.

Sæcul. XIII. A.C. 1209.

Sed his Catholicis satis non fuit, Hæresim abjeciſſe, nam etiam ad perfectionem Chriſtianam pervenire cupientes, condiderant ſibi Regulam, in qua dicebant: *Sæculo nuncium miſimus, rebusque noſtris in pauperes erogatis, nos ipſi animo conſtituimus, pauperes vivere, nulla cura alterius diei tangi, nec aurum nec argentum nec quidquam aliud, præter alimenta & veſtimenta, in ſingulos dies accipere. Quia plurimi ex ſociis noſtris Ordine Clericali initiati ſunt, & literati, lectioni librorum incumbemus, Chriſtianos exhortabimur ad conſtantiam in Fide, adverſus omnes Hæreticorum Sectas diſputabimus, in ſcholis noſtris Verbum Dei, opera illorum, qui inter nos ceteris eruditiores habentur, Fratribus noſtris & amicis exponemus, impetrato ſcilicet Epiſcoporum conſenſu. Continentiam ſervabimus, & pro more Eccleſiæ per annum duas Quadrageſimas jejunantes tranſigemus. Veſte utemur, ut ſolemus, ad modeſtiæ leges compoſita, & calceis in ſuperiore parte apertis, ſed ita, ut a Lugdunenſibus* (nempe a Waldenſibus, ſeu Pauperibus Lugdunenſibus, qui etiam *Inſabatati* dicebantur) *manifeſte diſcernamur.*

Catholicorum pauperum Regula.

Sup. lib. LXXIII. §. 55.

Hæc ſunt præcipua Capita Regulæ, quam Innocentius Papa datis duabus Bullis, die decima octava Decembris, anno

II. ep. 196. 197.

anno milleſimo ducenteſimo octavo, altera ad Archiepiſcopum Tarraconenſem ejusque Suffraganeos, altera ad Durandum *de Hueſca*, ſeu Oſcenſem, ejusque fratres, Pauperes Catholicos dictos, directis, approbavit. Sæcul. XIII. A.C. 1209.

Ex alia Epiſtola Papæ, ad Archiepiſcopum Mediolanenſem die tertia Aprilis anno milleſimo ducenteſimo nono data, diſpicimus, Durandi ſocietatem in Italiam quoque pervaſiſſe, ac ipſum ante ſuam converſionem cuidam Scholæ prope Mediolanum præfuiſſe. Sed & in Occitania propagabatur iſtud Inſtitutum, unde Archiepiſcopus Narbonenſis, & Epiſcopi Bliterrenſis, Uticenſis, Nemauſenſis, & Carcaſſonenſis, graves querelas, datis literis, ad Papam detulerunt. Dicebant in ſua Epiſtola ad Papam Epiſcopi: *Eo usque Durandi & ſociorum ejus, poſt acceptam a te gratiam, crevit inſolentia, ut, nobis præſentibus, in Eccleſiam introducere Waldenſes, necdum reconciliatos, ſancto Sacrificio cum ipſis interfuturos auſi ſint. In ſua Communione Viros Religioſos Apoſtatas patiuntur. Priſtinæ ſuæ ſuperſtitionis veſtem, Catholicis ſcandali occaſionem, nulla in re mutarunt. Dum ipſi in ſcholis ſuis concionantur, multi ab Eccleſia abſtrahuntur, qui nec Officio divino interſunt, nec Prædicantem Presbyterum*

12. *ep.* 17.

12. *ep.* 69.

Sæcul. XIII. A.C. 1209.

byterum audiunt. Quin etiam eorum Clerici, etsi in Ordinibus sacris constituti, Sacerdoti sacris operanti non assistunt. Aliqui docent, nullum Magistratum sæcularem in quemquam sententiam mortis, sine peccato mortali, pronunciare posse.

Pontifex, acceptis Episcoporum literis, Durando ejusque sociis scripsit, exhortans; omnia hæc errata emendarent, inprimis autem errorem rejicerent, quod potestatibus sæcularibus reos capitis damnare non liceret. Et occasione utens Papa Doctrinam de duobus gladiis huc trahit. Data quoque ad Archiepiscopum Narbonensem ejusque Suffraganeos Epistola, *si Durandus*, ait, *mala fide agit, & si illusor est, sibimetipsi erit. Si autem eo consilio aliquid de veteri superstitione retinet, ut vel Hæreticos facilius ad veritatem reducat, vel quod ipsum pudeat, tam subito potuisse mutari, tolerandus est ad tempus donec ex fructibus arbor cognoscatur, si modo sincere veritatem quærat, nec in ullo præcipuo Fidei capite erret. Ergo hominem in spiritu lenitatis sustinete, qui potius blanditiis attrahendus, quam rigore arcendus est. Si autem salutaria monita spernat, nunciis ad nos celeriter missis, certiores nos facite, ut apta adhibeamus remedia.* Papa in hac causa

ep. 66. 68.

quo-

quoque scripsit Archiepiscopo Tarraconensi, ejusque Suffraganeis, omnesque hæ Epistolæ Viterbii die quinta Julii anno millesimo ducentesimo nono datæ sunt. Quia vero, non obstante tanta cautela, non deerant, qui Neo-conversos persequerentur, Papa eisdem Episcopis, sequentibus etiam annis, Epistolas his Pauperibus Catholicis faventes scripsit. Sæcul. XIII. A. C. 1209.

13 *ep.* 63. 77. 78. 15. *ep.* 82. 90. 93. 94.

Innocentius Papa simili lenitate habuit & aliam Waldensium conversorum societatem, cujus principes erant Bernardus Primus, & Guilielmus Arnaldus. Hos ante annos prope triginta Lucius III. Papa, conspectum ejus subeuntes, & Institutum suum confirmari rogantes, repulerat, quod non nulla superstitionem redolerent, quale illud esset, quod calceis uterentur, non totum pedem tegentibus, ita ut nudis pedibus incedere viderentur. Quod capillos in eum modum, quo sæculares, sectos gerent, quamvis cucullo, more Religiosorum caput involverent. Quod iter facerent, comitantibus mulieribus, quibuscum non solum in eadem domo sed etiam in eodem lecto acquiescere dicerentur. Nihilominus Innocentius III. societatem Bernardi approbavit, postquam eos simile juramentum ac antea Durandum edere jussisset, atque inter

Abb. Urſp. an. 1212. *p.* 318.

13. *ep.* 94.

alia

Sæcul. XIII. A C. 1209.

alia ad promittendum compulisset, quod omnem cum mulieribus societatem, siniſtræ ſuſpicioni obnoxiam, fugituri eſſent, cum publice continentiam profiterentur. Hæc Epiſtola decima quarta die Junii anno milleſimo ducenteſimo decimo data eſt. Papa idem Bernardi Inſtitutum confirmavit, Bulla vigeſima tertia die Julii anno milleſimo ducenteſimo duodecimo data, in qua diſerte præcipitur, ne fratres & ſorores in eadem domo dormiant, aut eidem menſæ accumbant.

16. ep. 137.

Præter alios errores Bernardo objiciebatur, quod diceret, feminis licere in Eccleſia Evangelium docere. Et profecto! eadem ætate de quibusdam Abbatiſſis in Hiſpania lego, quod Monialibus ſuis benedixerint, eas confitentes audiverint, & publice, Evangelium prælegentes, prædicaverint verbum Dei. Hæc cognoſcimus ex Epiſtola Papæ, die decima Decembris, eodem anno milleſimo ducenteſimo decimo, data, ad Epiſcopos Palentiæ & Burgorum, in quorum Diœceſibus degebant hæ Abbatiſſæ, atque etiam ad Abbatem Morimontii, unde judicare pronum eſt, illas Ordinis Ciſtercienſis Abbatiſſas Morimontenſis Abbatis filias ſubjectas extitiſſe.

12. ep. 187.

§. XLIX.

§. XLIX.

Sæcul. XIII. A.C. 1209.

Regis Ottonis ſponſalia.

Inter hæc Otto Rex, ab æmuli timore liberatus, coronam Imperii a Pontifice petere ſtatuit. Quare Comitiis generalibus Hagenoviæ, in Quadrageſima, anno milleſimo ducenteſimo nono, celebratis, publice denunciavit, ſe iter in Italiam ſuſcepturum eſſe. Ut vero deinceps bellorum occaſio tolleretur, & Saxoniæ, Sueviæque, familiæ arctiſſima connecterentur amicitia, viſum eſt collectis Principibus optimum remedium, ſi Otto defuncti Regis Philippi filiam matrimonio ſibi jungeret, qua de re vivente adhuc Philippo deliberatum fuiſſet. Porro, quia inter ambos affinitas ſanguinis intercedebat, neceſſaria erat Papæ diſpenſatio, quam Ottoni jam anno ſuperiore exeunte conceſſurum ſe promiſerat. Itaque Pontifex Cardinales, Legatos a ſe in Germaniam antea miſſos, Hugolinum & Leonem, Diſpenſationis Decretum ſolemni ritu promulgare juſſit, qui ubi ad Regem Ottonem pervenerunt, ille alia Comitia ſeu Curiam generalem Herbipoli, in die octava Pentecoſtes, quod Feſtum hoc anno milleſimo ducenteſimo nono in diem vigeſimam quintam Junii inciderat, celebravit. Præter Principes Germaniæ, aderant

Otto a S. Blas. c 51

Neg. ep. 169.

Sæcul. XIII. A.C. 1209.

aderant Legati Civitatum Italiæ, Ottoni obedientiam promissuri. Omnibus in Palatio congregatis, Rex Solium conscendit, duobus Cardinalibus & Principibus inferius sedentibus. Tum Cardinalis Hugolinus, de matrimonio, quod conveniendi causa fuerat, aliqua præfatus, Regi Ottoni, ut illud amore pacis iniret, auctoritate Sedis Apostolicæ, præcepit. Ceterum latine loquebatur, & Episcopus Herbipolensis Interpretis fungebatur officio.

Rege profitente, quod lubenti animo obediret, Abbas Morimontensis surrexit, & nomine omnium Abbatum, tam sui, quam Cluniacensis Ordinis, prolocutus, ait, Matrimonium istud, cum Legibus Ecclesiæ adversaretur, accedente licet Dispensatione, sine omni peccato contrahi non posse, injunxitque Regi, auctoritate Papæ, pœnitentiam in hunc modum: Nunquam non Defensor Monasteriorum, aliarumque Ecclesiarum, viduarum, & pupillorum existeret. Novum Monasterium Ordinis Cisterciensis in aliquo fundo Ditionis suæ conderet, & ipse, ad ferendam opem Ecclesiæ Hierosolymitanæ, exercitum in Orientem duceret. Mox, Rege Ottone conditiones omnes recipiente, Leopoldus Dux Austriæ & Ludovicus Dux Bavariæ Principem, Philippi Regis filiam introdu-

troducunt, quæ interrogata an Ottoni Regi nubere vellet, subito rubore genas pingente, respondit, se quidem liberrime consentire. Ergo Ottoni ministerio Cardinalium desponsata, in Saxoniam deinde, Brunswici aliquamdiu commoratura, dimittitur. Sæcul. XIII. A. C. 1209.

§. L.

Otto IV. coronatur.

Rex Otto, Comitiis generalibus iterum ad Festum S. Petri Augustæ Vindelicorum celebratis, & præmissis Legatis, in Italiam movit. Tum, Curia generali Bononiæ convocata, negotia illius regionis cum optimatibus tractavit, ac inde progressus in Tusciam, Patriarcham Aquilejensem & Episcopum Spirensem ad Papam misit, de pactis, quibus coronaretur, acturos. Priusquam vero Otto ex Germania profectus fuisset, urgentibus, ut verisimile est, Legatis Pontificiis, juramento se Papæ obstrinxerat, in hunc ferme modum: *Eum tibi honorem & obedientiam, quam Majores nostri tuis Antecessoribus exhibebimus, nec quidquam subtracturi, sed potius addituri sumus. Volumus, ut Prælati Ecclesiarum libere eligantur, & Sedem vacantem ille consequatur, quem totum Capitulum, vel major & sanior pars exoptaverit. Quilibet in causis Ecclesiasticis libere ad* *Otto c. 52.* *Deneg. Imp. ep. 189.*

Sæcul. XIII. A.C. 1209.

Sacram Sedem appellet, & Actionem, ut lubet, prosequatur. Abjicimus abusum, quem Antecessores nostri admiserunt, cum Prælatorum defunctorum aut Ecclesiarum vacantium bona occuparunt, ac tibi cunctisque Præsulibus potestatem in omnibus rebus spiritualibus intactam relinquemus. Omnibus viribus Hæresim extirpare conabimur. Ditiones, sive ab Antecessoribus nostris sive ab aliis recuperatas, ab Ecclesia Romana non repetemus; quin etiam eidem Ecclesiæ ad illas Patrimonii partes, quas tenet, conservandas, & quas amisit, vindicandas, auxilium præstabimus. Tum Ditiones illæ, quæ, inter alias, etiam urbes a Mathilde Comitissa possessas complectebantur, enumerantur. Præterea Rex Otto promittit, se Ecclesiæ Romanæ jura in Regnum Siciliæ defensurum.

Hoc Juramentum Bulla aurea munitum est, & Spiræ vigesima secunda die Martii anno millesimo ducentesimo nono datum, cui Conradus Episcopus Spirensis, Curiæ Regiæ Cancellarius, Sigefridi Archiepiscopi Moguntini, & Germaniæ Archicancellarii vices gerens, subscripsit.

ep. 192. Otto S. Blas. s. uit.

Postquam Papa & Otto de omnibus consenserunt, & præcipue de eo, quod Papæ & Cardinalibus, præsente Cæsareo exercitu, securis esse liceret, Otto ad urbem

urbem castra metatus est, quo etiam Pontifex, qui æstatem illius anni Viterbii transegerat, se contulit. Altera die, vigesima septima Septembris, Dominica ante Festum S. Michaelis, Otto in Ecclesia S. Petri a Papa & Romanis honorifice excipitur, & altero edito juramento, quod Ecclesiarum Tutor, ac inprimis Patrimonii S. Petri futurus esset, manibus Papæ consecratur & coronatur. Missa finita, Otto trabea Cæsarea fulgens, ac Mitram coronamque in capite gerens, Papam recedentem usque ad portam urbis, obsequii causa, comitatus est, ubi Papa Benedictionem ei impertitus valedixit, rogans, ut die sequente ex territorio urbis Romanæ abiret. Quod consilium haud diu post Imperator, etiam invitus, amplecti coactus est, annona ad militem sustentandum deficiente. Interea rixæ inter Germanos Romanosque oriuntur, tum ob nescio quos sumtus, quos sibi Romani ab Imperatore compensari poscebant, tum quod a Germanis male habitos se quererentur. Prorumpunt ad arma, complures Germani cæsi; dicebatque exinde Imperator, se in illo tumultu mille centum equos amisisse.

Sæcul. XIII. A. C. 1209.

Jo. Cece. an. 1209.

Rigord. p. 51

Sæcul. XIII. A.C. 1209.

§. LI.

Ottonis cum Pontifice jurgia.

Godefr. mo. an. 1209. Haud multum effluxit temporis, cum nova jurgia pacem inter Imperatorem & Pontificem turbarunt. Magistratus enim urbium Italiæ Ottoni suggesserunt; ipsum fuisse deceptum, quod Ditiones Mathildis Comitissæ restituere promisisset. Superiorum temporum Pontifices, hujus feminæ, præ senio propemodum delirantis, facilitate abusos, tot Ditiones impetrasse. Ergo Otto Imperator, insuperhabita jurisjurandi, sæpius editi, fide, reddere illas terras recusavit, ac etiam urbes Regis Siciliæ occupare aggressus est, quod diceret, Apuliam intra Imperii fines contineri. Papa per Archiepiscopum Pisanum, aliosque Præsules, Ottonem monuit; promissis suis, jurejurando firmatis, staret, Ecclesiæ, postulante Justitia, satisfaceret, sed incassum. Objiciebat enim Imperator, priore se obligari juramento, quo promisisset, se Jura Imperii conservaturum & defensurum, ac affirmabat, illo temporis spatio, quo vacasset, Papam & Regem Siciliæ complures ditiones Imperii usurpasse. Tandem usque adeo utrinque exacerbati sunt animi, ut Innocentius Papa Ottonem Imperatorem anno sequente millesimo ducentesimo decimo

Math. Paris. an. 1210.

cimo excommunicationis fulmine percusserit; cumque ille multo acrius indignaretur, & omnes, quacunque in causa Romam ituros, prohiberet, Papa cunctos ejus subditos a juramento & fide ipsi præstita absolvit, pœnam excommunicationis in eos decernens, qui ipsum Imperatorem agnoscerent. Hic effectus & exitus fuit decem annorum conatus, quo Pontifex Ottonem, præ alio, tandem ad Imperii solium evexerat. Sæcul. XIII. A. C. 1209.

§. LII.

Rex Angliæ excommunicatur.

Imperatore excommunicato, Regis Angliæ, quem jam prius Papa, lata sententia, a Communione Fidelium exclu-serat, in Sacram Sedem odium multo acrius accensum est. Jam ferme biennium consumtum erat, ex quo Interdicto Ecclesiastico Anglia subjacebat, & Rex Joannes in Viros Ecclesiasticos ac etiam quosdam Laicos furebat. Tum Papa duodecima die Januarii, anno millesimo ducentesimo nono, missis mandatis, Episcopos Londinensem, Elisiensem & Wigornienſem, Regem excommunicatum denunciare jusserat, nisi intra trimestre, quod ipsius nomine Abbas Bellilocensis promiserat, læsæ Ecclesiæ damna resarciret. Tres vero illi Episcopi, qui, Interdicto promulgato, ex Anglia *Math. Paris. an.* 1209. *Sup. n.* 31. 40. *ep.* 211.

Sæcul XIII. A. C. 1209.

solverant, Collegis suis, qui in Regno permanserant, curam commiserunt, sententiam & mandata Papæ promulgandi. Sed isti rem periculo plenissimam exequi non sunt ausi.

Nihilominus intra brevissimum temporis spatium Censura, Romæ lata, ad omnium notitiam pervenit, atque in plateis & foris quisque socio in aurem garriebat, Regem esse excommunicatum. Cum Godefridus, Archidiaconus Norwicensis, Westmonasterii negotiis publicis cum aliquot sociis vacans, inter cetera, tanquam arcanum, dixisset; Viris, Beneficia Ecclesiastica possidentibus, jam tuto non licere, in Regis, Anathemati subjacentis, Ministerio perseverare, ac deinde, insalutatis omnibus domum concessisset, re ista ad Regem delata, Archidiaconum comprehendi, vinculis ferreis oneratum in carcerem detrudi, ac pallio plumbeo premi jussit, cujus ingens pondus, ac etiam inedia, intra paucos dies miserum exanimavit.

Rex Joannes in suam familiam admiserat quemdam, ut ferebant, Theologum, Magistrum Alexandrum Massonem, qui Regis animum, sua sponte efferum, suggestis consiliis multo magis irritabat. Hæc flagella, ajebat, non ob Regis culpam, sed ob populi peccata, Cœlum in Angliam immisisse, & Regem irati Numinis

minis esse Instrumentum, ad id ipsum constitutum, ut in virga ferrea subditos regeret. Allatis argumentis, a vero non abhorrentibus, Alexander iste probabat, nec bona sæcularia Regum aliorumve Principum, nec Reipublicæ Regimen aut subditorum ad Papam spectare, cum S. Petrus tantum potestatem Ecclesiasticam a Domino accepisset. Ceterum Regem usque adeo sibi obnoxium reddiderat, ut complura Beneficia ejus favore & vi etiam adhibita obtinuerit. At Papa, comperta Magistri Alexandri doctrina, Beneficiis omnibus privatum, ad stipem ostiatim petendam redegit. Sæcul. XIII. A.C. 1209.

§. LIII.

S. Francisci primi Discipuli.

A quadriennio, ex quo S. Franciscus se se Dei servitio totum quantum addixerat, multum in via perfectionis Christianæ processerat. Postquam, ut vidimus, præsente Episcopo Assisinate omnia sua reliquisset, ex urbe egressus, & Dei Laudes decantans, in Silvas perrexit. Tum ad vicinum Monasterium delatus, petitam eleemosynam sibi, utpote ignoto, non sine contemtu datam, accepit. Inde Eugubium venit, ubi amicorum aliquis agnitum Franciscum paupere tunica donavit. Tunc vero lepra invectis servire constituit; eorum *Sup. n. 8. vita per S. Bonav. c. 2.*

Sæcul. XIII. A.C. 1209.

pedes lavabat, osculabatur, curabat ulcera, humilitatis Christianæ studiosissimus. At memor mandati, quod a Domino acceperat, de Cruce sibi loquente, & præcipiente, ut collabentem S. Damiani Ecclesiam repararet, Assisium reversus est, illasque ædes ex collectis eleemosynis restaurare cœpit, non erubescens, stipem ab illis rogare, qui ipsum opulentissimi viri filium noverant. Labore manuum suarum quoque non nihil conferebat, & licet jejuniis extenuatus, lapides comportabat. S. Damiani Ecclesia perfecta, aliam quoque Ecclesiam S. Petro sacram, & ab urbe magis remotam, restituere aggressus est, quod huic sancto Apostolo singulari devotione addictus esset. Quo ædificio intra breve tempus consummato, ad tertium etiam, sua opera reficiendum, adjecit animum. Erat vero istud quædam Ecclesia S. Virginis, passuum sexcentorum intervallo Assisio distans, ad pedem montis posita, *Portiuncula* a loco, in quo stat, dicta, & ad Monachos Benedictinos pertinens. Præterea Ecclesia Dominæ Nostræ Angelorum appellabatur. Porro a suis desertam Franciscus reparavit, ibique sedem, quacunque alia magis dilectam, elegit. Ita duos circiter annos, postquam conversus ad Deum fuisset, consumsit.

Qua-

Quadam die, cum in Missa illum locum Evangelii recitari audivisset, ubi Dominus noster ad Apostolos dicit: *Nolite possidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis vestris. Non peram in via, neque duas tunicas, neque calceamenta*, gaudio incredibili motus exclamavit: *Hoc est, quod quæro, hoc est, quod toto corde cupio.* Mox calceos, baculum, peram abjicit, & pecuniam; & unica servata tunica, dimisso cingulo coriaceo, fune lumbos constringit, vehementissimo compulsus desiderio, implendi omnia, quæ Evangelium præcipiebat, & Apostoli suo exemplo docuerant. Ex eo cœpit alios quoque ad pœnitentiam invitare, sermone mansueto, & argumentis simplicibus quidem, sed solidis ac ad persuadendum idoneis, quibus attoniti Auditores usque ad intimum cordis tangebantur. Ad quemcunque autem dicturus erat, hæc verba præmittebat: *Pacem suam det vobis Deus!*

Sæcul. XIII. A. C. 1209.

vit. c. 3. Matth. 10. 9. 10.

Itaque, S. Francisci doctrina & virtutibus inclarescentibus, non nulli ejus exemplo ad agendam pœnitentiam & omnia relinquenda excitati, ejus societatem, vestitum, ac vitæ rationem amplexi sunt. Primus omnium fuisse legitur Bernardus, civis Assisinas spectatissimus, qui cum solerter servi Dei sanc-

Sæcul. XIII. A. C. 1209.

ctitatem exploraſſet, mundum relinquere ſtatuens ab eo conſilium petiit, quo potiſſimum modo deſtinata exequi deberet. *A Deo*, reſpondit Franciſcus, *Deo ſolo tanta gratia petenda eſt nobis.* Ergo Eccleſiam S. Nicolai intrant, & poſtquam oraſſent, Franciſcus librum Evangelii ter aperuit, rogans Deum, ut ſuo teſtimonio Bernardi propoſitum confirmaret. Primo, illa verba occurrerunt: *Si vis perfectus eſſe, vade, & vende omnia quæ habes & da pauperibus.* Secundo: *Nihil tuleritis in via.* Tertio, *qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, tollat crucem ſuam & ſequatur me.* Tunc vero, *hæc eſt*, inquit Vir ſanctus, *Regula mea, & omnium illorum, qui meam ſocietatem quærent. Vade, & fac, quod audiviſti.*

Matt. 19. 21.

Luc. 9. 3.

Matt. 16. 24.

Hic deprehendimus veſtigia illius moris, quem antiqui *ſortem Sanctorum* appellabant. Sed Franciſci ſancta ſimplicitas & fides emendabat, quod forte reprehenſione dignum in illa conſuetudine reperire erat.

Vading. an. 1209. n. 9.

Secundus S. Franciſco junctus eſt Diſcipulus Petrus Catanenſis, Canonicus ad S. Rufinum, Eccleſiæ Cathedralis Aſſiſii, qui eadem die, qua Bernardus veſtem Ordinis induit. Tertius, Ægydius homo ſimplex & literarum ignarus, ſed qui in virtutis ſemita ſtrenue progrediens

Legenda trium ſoc. ap. Vading. ibid. n. 14.

grediens ad altissimum contemplationis gradum pervenit. Franciscus, postquam his tribus Discipulis non nulla præcepta tradidisset, Bernardo & Petro ad prædicandum verbum Dei in Romandiolam missis, ipse cum Fratre Ægydio Marchiam Anconitanam petiit. Deum ubique laudabant, &, quam bonus esset, hominibus prædicabant. Gaudebant in ipsa rerum penuria, postquam omnia sua Evangelicæ paupertatis amore in alios effuderant. Non nulli Franciscum sociosque humane & magna caritate fovebant. Sed plerique attoniti intuebantur vestitum a more communi abhorrentem, ac austeram vitæ rationem admirabantur. In quibusdam civitatibus risu excipiebantur, in aliis vero contumeliis & verberibus, atque vagi, vecordes, ultimæque fæcis homines appellabantur. Juventus, insolentior ætas, subeuntes sordibus injectis vel lapidibus insectabatur, aut prehensis eorum cucullis per plateas raptabat. Ipsi injurias & ludibria invicta patientia tolerabant, non ignari, quantum sui ipsius contemtus ad consequendum perfectionem Christianam conduceret.

Sæcul. XIII. A. C. 1209.

Franciscus, cum jam septem numeraret Discipulos, in unum collectis, postquam diu de Regno Dei, de contemtu Mundi, de abdicatione propriæ voluntatis,

Bonav. c. 3. Vading. n. 30. opusc. collat. 2.

Sæcul. XIII. A. C. 1209.

tatis, de maceratione corporis, disse-ruisset, consilium suum aperuit, quo eos in omnes mundi Partes ad prædicandam Pœnitentiam mittere constituerat. *Memores estote, Fratres mei carissimi,* inquiebat, *nos a Deo non solum ad nostram, sed etiam ad aliorum salutem curandam fuisse vocatos; ut per totum orbem migrantes omnes homines, nostro exemplo magis quam verbis, ad agendam de peccatis suis pœnitentiam exhortemur, ac memoriam præceptorum Dei refricemus. Nolite timere, quod hominibus viles & mente capti videamur, sed simpliciter pœnitentiam denunciate. Confidite in Deo, qui vicit Mundum, & qui in vobis per Spiritum suum loquetur. Caveamus, ne postquam omnia reliquimus, propter amorem cujuscunque rei caducæ Regnum Cœlorum amittamus, & ubicunque pecunia nobis oblata fuerit, haud pluris eam faciamus, quam pulverem, quem pedibus nostris calcamus. Non judicemus, nec contemnamus illos, qui delicate aluntur, & superfluis vestiuntur. Ipsorum enim & noster unus Dominus, Deus est, qui eos ad se potest convertere. Fratres nostri sunt, quia a Deo creati, & sunt etiam Domini nostri, quia bonos in agenda pœnitentia adjuvant, cum eis corpori necessaria tribuunt. Sæpe ad homines fideles & lenes*

diver-

divertetis, qui vos ſancta lætitia ſuſci- Sæcul. XIII.
pient, alii contra vehementiſſime reſi- A.C. 1209.
ſtent. Vobis vero firmum fixumque a-
nimo ſit, omnia conſtanti patientia &
profunda humilitate ſuſtinere. Nihil e-
nim eſt quod timeatis, quia, intra breve
temporis ſpatium, multi viri ſapientes
& nobiles ſe vobis ſocios jungent, ad
verbum Dei Regibus, Principibus, popu-
lisque prædicandum.

S. Franciſci Diſcupuli, hiſce ſermonibus accenſi, per oppida commeantes, ſimplici oratione, & omiſſo omni verborum ornatu, prædicabant, quoscunque obvios ad timendum amandumque Creatorem cœli & terræ, ac ejus Præcepta ſervanda exhortantes. Inſolens virorum ſpecies, & ſermones ab hominum ſæcularium genio usque adeo divertentes, non omnibus probabantur. Interrogati cujus Gentis & cujus conditionis homines eſſent, reſpondebant, eſſe ſe Chriſtianos pœnitentes, ex Aſſiſio urbe profectos. Quidam venientes benigne in ædes ſuas recipiebant, alii ignotos hoſpites admittere recuſabant, quod ſycophantas aut fures ſuſpicarentur. Sæpe ante fores Eccleſiarum, aut ſub aperta porticu pernoctare cogebantur. Sed tandem ſiniſtra hæc opinio, eorum animo ab avaritia & cupiditate alieniſſi-

Sæcul. XIII. A. C. 1209.

lieniſſimo, manſuetudine & patientia exploratis, exemta eſt omnibus.

§. LIV.

Regula S. Franciſci approbatur.

Bonav. c. 3.

Vir ſanctus numerum Fratrum ſuorum creſcere conſpiciebat; undecim enim tunc erant, ultimusque ex Aſſiſio urbe, nomine Silveſter, Sacerdotio initiatus, advenerat, ex Presbyteris, qui ſocietati S. Franciſci adſcripti ſunt, omnium primus. Tunc vero Franciſcus ſibi ſociisque ſtylo ſimplici Inſtitutum conſcripſit, cujus fundamentum poſuit Evangelium, adjectis paucis præceptis, quæ neceſſaria videbantur, ut omnibus Fratribus unica vitæ ratio eſſet. Tum, cum Regulam ſuam a Papa confirmari cuperet, cum parva ſua ſocietate ejus conſpectum ſubire ſtatuit, ſolius Dei auxilio confiſus. Ubi Romam advenit, Guidonem Epiſcopum Aſſiſinatem ibi habuit, qui, peramice excepto, promiſit omnis generis auxilium, atque ut faciliorem viam ad ea, quæ deſtinaverat, perveniendi monſtraret, ſibi arctum amicitiæ vinculum & Cardinali, Joanni de S. Paulo, Epiſcopo Sabinenſi, intercedere ſignificavit. Præſul hic viros, ſingulari pietate conſpicuos, amabat; cumque jam ante Franciſci virtutes, & Inſtituti novitatem, referente Epiſcopo Aſſiſinate

Leg. 3. ſoc. ap. Vading. 1210. n. 7.

sisinate inaudiisset, vehementi desiderio eum videndi, ac cum ipso sociisque sermonem conserendi, tenebatur. Ubi ergo scivit, eos Romæ esse, ad se accersitos, & honorifice exceptos, familiari colloquio dignatus est, utque valedixit, rogavit, ut se pro Ordinis Fratre & socio semper haberent. Sæcul. XIII. A.C. 1209.

Post paucorum exinde dierum intervallum, Franciscus Innocentium Papam adiit, qui maximi momenti negotiis mentem occupantibus, virum sibi ignotum, ne quidem auditum, repulit. Sed cum nocte sequente per somnium sibi visus fuisset palmam conspicere, inter pedes suos crescentem, & in altissimam arborem evadere, credidit, hac figura virum pauperem, a se rejectum, portendi. Conquisitum ergo in conspectum suum deduci jussit, ac postquam de rebus spiritualibus differentem audiit, ut erat perspicacissimus, illico in Francisco candorem admirabilem, cordis puritatem, in inceptis constantiam, ac zelum propagandæ Religionis ardentissimum, cognovit. Diligere virum cœperat, & petitis annuere cupiebat; rem tamen distulit, quod hoc Institutum quibusdam Cardinalibus res omnino novas, & supra vires humanas positas, præcipere videretur. Tunc vero Episcopus Sabinensis ad Papam aliosque Cardinales, *cave-*

te,

Sæcul. XIII. A.C. 1209.

te, inquit, *ne, si pauperis hujus viri preces respuitis, una Evangelium rejicietis, cum vitæ forma, quam introducere cupit, nihil aliud quam ipsa Doctrina Evangelica esse videatur. Qui enim diceret, perfectionem Evangelicam aut votum editum, eam consequendi, quædam sanæ rationi adversa, vel impossibilia adjuncta habere, Blasphemiam in JEsum Christum jaceret, Evangelii Auctorem.* Quo argumento permotus Papa, & ad Franciscum conversus, *ora*, inquit, *Fili mi, ut Deus per te voluntatem suam nobis revelet.* Postquam igitur Vir sanctus orasset, & ad Pontificem rediisset, obtinuit, ut Regulam suam reciperet. Ceterum hæc Approbatio Innocentii Papæ III. solummodo viva voce, anno millesimo centesimo decimo, data est.

Vadin. n. 18.

§. LV.

Regula Carmelitarum.

Sub idem ferme tempus Albertus, Patriarcha Latinus Hierosolymitanus, Regulam Carmelitis dedit, de quorum origine præ ceteris ista magis certa tenemus. Joannes Phocas Monachus Græcus, ex Insula *Pathmos*, qui cum loca Redemtionis nostræ anno millesimo centesimo octogesimo quinto invisisset, narrationem itineris sui absolvit in hæc verba: *In monte Carmelo est cavernus*

c. 31. Leo Allat. opusc.

verna Eliæ, ubi olim ampliſſimum ſtetit Monaſterium, quod hodieque rudera teſtatum faciunt; ſed illud vetuſtas & incurſiones boſtium deſtruxerant. Annis vero abhinc non multis, quidam Monachus Presbyter, alba cæſarie, ex Calabria advectus, ab Elia Propbeta per revelationem monitus, in illo loco ſedem fixit. Exiguum Clauſtrum in ruinis veteris Monaſterii, turrim, & ſacellum condidit, collegitque decem ferme Fratres, quibuscum bodie in monte ſancto degit. Sæcul. XIII. A.C. 1210. *Sup. Lib. LXXV. §. 46. ap. Canis. to. 5. p. 387.*

Hucusque Joannes Phocas, qui iſta oculis ſuis conſpexit. Præterea Guntherus Monachus in Commentario itineris Martini Abbatis Pariſienſis prope Baſileam ſimilia, ac Joannes Phocas, teſtatur. Itaque Albertus, antea Epiſcopus Vercellenſis, ad Sedem Patriarchalem Hieroſolymitanam, ut memoravimus, evectus, circa annum milleſimum ducenteſimum nonum, quamdam Regulam his Eremicolis, quorum Præpoſitus tunc erat aliquis nomine Brochardus, dedit. Illa ſexdecim complectitur Capitula, ex quibus diſpicimus, ſingulos in ſingulis cellulis ſeparatos manſiſſe, cellulam Prioris ad portam Clauſtri fuiſſe, & Eccleſiam in medio. Aliquos ex Fratribus literas neſciviſſe, quibus certo numero *Pater Noſter* pro qualibet *Sup. n. 6. ap. Boll. 8. April. to. 9. p. 778. 786.*

Sæcul. XIII. A. C. 1210.

Hora Canonica recitare injunctum fuerit. Quotidie Missæ Sacrificio interesse, si possent, tenebantur. Nunquam vescebantur carnibus, & a Festo Exaltationis S. Crucis usque ad Pascha jejunabant. Præterea Albertus eis continuum manuum laborem imperat & silentium. Hæc fuere exordia Carmelitarum, qui deinde in totam Ecclesiam Latinam sparsi sunt.

§. LVI.

Regnum Hierosolymitanum.

Guil. Nang. an. 1209.

Epistola, cui Carmelitarum Regula inserta legitur, data est Acriæ, ubi tam Patriarcha residebat, quam Rex Hierosolymæ, tunc temporis Joannes Brien-

Sanut. p. 205

nius. Nam Regina Isabella fatis functa erat, relicto Regni Jure Mariæ filiæ suæ natu maximæ, ex Conrado, Marchione Montisferratensi, secundo suo marito, genitæ. Porro Barones Regni Hierosolymitani, Legatis anno millesimo ducentesimo octavo ad Philippum Regem Franciæ missis, dari sibi petierant ex Francia Principem, qui filiam Isabellæ Regni Hæredem duceret, & Rempubli-

Chro. Antis. an. 1209.

cam vacillantem sustineret. Misit Philippus Rex Joannem Comitem Brienium, qui multis comitantibus navigio se commisit, ac in Vigilia Exaltationis S. Crucis anno millesimo ducentesimo nono

nono in portum Acrienſem invectus, altera die, celebratis nuptiis, Mariam Principem, tori conſortem, accepit. Tumque in Dominica poſt Feſtum S. Michaelis Tyri ſolemni ritu coronatur. Exinde Aimericus Luſignanus, quem Iſabella Regina quartis nuptiis maritum habuerat, titulam Regis Hieroſolymæ dimiſit, & Joannes Briennius Rex Acriæ dictus eſt, quod Regni ejus fines haud multum ultra urbis muros eſſent prolatæ. Præterea Res Chriſtiana affligebatur, necdum ſopitis jurgiis inter Leonem Armeniæ Regem & Bœmundum Comitem Tripolitanum, de Principatu Antiocheno litigantes, quod ex duabus Innocentii Papæ Epiſtolis diſpicimus. In prima, die quarta Junii anno milleſimo ducenteſimo nono, ad Regem Armeniæ data, hortatur Principem; inducias Comiti daret, dum cauſa definiretur, quem in finem ſine mora Legatum ſe miſſurum promittit. Tum etiam ad pacem, cum Templariis reducendam, excitat, conſervandæ Terræ ſanctæ maxime neceſſariam.

Sæcul. XIII. A. C. 1210.

Sup. n. 18.

12. *ep.* 45.

13. *ep.* 128.

In Epiſtola altera, die vigeſima Auguſti, anno milleſimo ducenteſimo vigeſimo, data, leguntur Pontificis mandata ad Epiſcopum Cremonenſem directa, cum eum in Terram ſanctam miſit, ut memoratas rixas, ſive, cum duobus

Sæcul. XIII. A. C. 1210.

Arbitris, quos ipse deligeret, sive cum Patriarchis Hierosolymitano & Antiocheno, componeret.

§. LVII.

Ecclesia Latina in Romania.*

* *Ager Thracius vel Byzantinus.*

Du Cange hist. Const. l. II. n. 15.

A biennio ad Papam deferebantur querelæ Episcoporum Latinorum in Romania, quod Henricus Imperator Constantinopolitanus, publicato Edicto subditis suis potestatem ademisset bona sua Ecclesiis vel pacto inter vivos vel testamento donandi. Crediderat enim Imperator hanc Legem esse necessariam, quia vires Regni in eo potissimum sitæ erant, quod Vasalli sui, acceptis Feudis, pro temporum illorum more, obsequia in bello præstare tenerentur; at fundis suis alienatis, militare non poterant. Alii in patriam suam redire cogitantes, cum, novo Imperio & necdum stabilito, patrimonium venumdaturis deessent emtores, honori sibi ducebant, illud Ecclesiis conferre, a quibus etiam non nihil mercedis accipiebant.

II. ep. 12.

Verum Papa, rejectis his argumentis, Juri communi inhærendum esse ratus & Imperatorum Constitutionibus, per quas omnis conditionis hominibus bona sua Ecclesiis aut causis piis scribere liceret, literis die decima Martii anno millesimo ducentesimo octavo datis, Henri-

Henricum Imperatorem monuit; ne hujusmodi Donationibus adverſaretur. Tum Archiepiſcopo Variſienſi & Epiſcopo Panideno in mandatis dedit; Cenſuris Eccleſiaſticis eos coercerent, quicunque res ſuas Deo dicaturis obſtaculum ponerent. In eundem ſenſum ſcripſit Innocentius Venetis, Conſtantinopoli degentibus, eorumque Magiſtratui, addito mandato, ad Decanum, Cantorem, & Theſauro S. Sophiæ Præfectum directo; contra reos Cenſuras adhiberent. Elapſo biennio Papa, data die decima Julii anno 1210. ad Imperatorem Epiſtola, de hac re iterum conqueritur. Atque alia, eadem die data, eumdem rogat, ut Romaniæ Optimates ad reſtituenda Monaſteria, Decimas, aliaque bona Eccleſiaſtica, a ſe uſurpata, compellat.

Sæcul. XIII. A. C. 1210.

ep. 13.

ep. 14.

8. *ep.* 98.

ep. 110.

ep. 99.

Non nulli Procerum in Græcia multo pejora tentarunt, qui, inita armorum cum Græco rebelli Michaelicio ſocietate, ab Henrico Imperatore defecerunt. Is nomine proprio Michael Angelus Comnenus vocabatur, ex Joanne Angelo *Sebaſtocratore* & ejus pellice natus. Capta Conſtantinopoli, Latinis addictum ſe ſimulans, captata occaſione, Theſſaliam, Epirum, ac Regionem, quæ antiquis Ætholia dicebatur, cum Dyrrachio & Naupacto urbibus, in ſuam poteſta-

Du Cange famil. Byz. p. 208.

Sæcul. XIII. A. C. 1210.

tem redegit. Quin etiam Veterator fidem jurejurando promiserat Henrico Imperatori, & Eustachio ejus fratri Comiti Bononiensi, cui filiam suam natu majorem nuptui dederat; sed ruptis omnibus humanitatis vinculis, quamvis bellum Latinis publice non dixisset, supremum belli in Imperio præfectum, centumque alios Ordinis equestris viros, turpi proditione captos, virgis non nullos cæcidit, alios detrusit in carcerem, alios interfecit, ac ipsum Bellioducem ejusque Capellanum suspensos laqueo peremit. Exinde, perfidis quibusdam Latinis auxilium præbentibus, Henrici Imperatoris arces obsedit, vicos incendit, Presbyteris Latinis, quotquot comprehendere potuit, omnibus, ac etiam cuidam Episcopo electo cervices amputavit. Alii ex Latinis sub Theodoro Lascari, Imperatore Græcorum, Niceæ residente, stipendia merebantur, quod pinguiora, quam Henricus Imperator posset, militibus suis largiretur. Id enim Innocentius Papa, Patriarchæ Constantinopolitano scribens, queritur, & subjungit: *Porro si ad Græcos Romaniæ rediret Imperium, auxilia in Terram sanctam mitti prohiberent, timentes, ne iterum regno exuerentur. Cum etiam priusquam Latini, ipsis pulsis, verum Constantinopoli potirentur, nullis*

Villehard. n. 160.

Innoc. lib. 13. *ep.* 184.

nullis noſtris precibus permoveri potuerint, ut Terræ ſanctæ opem ferrent. Sæcul. XIII. A. C. 1210. *Contra autem Iſaacius Imperator Mahometis fanum, ut Saladino adularetur, Conſtantinopoli ædificari juſſit. Denique nullus eſt dubitandi locus, quin, ſi Latinos ex Græcia poſſent ejicere, majore quam olim contumacia in ſchismate ſint perſeveraturi. Quare volumus, & diſtricte vobis præcipimus: Latinos Excommunicationis pœna cohibete, ne Græcis, præſertim Michaelicio, adverſus Imperatorem vel ejus ſubditos, ullum ſubſidii genus ſuppeditent. Monete, excitate Henricum Imperatorem, ut militibus ſtipendia liberaliter numeret, ne deficere ad Græcos egeſtas compellat.* Hæc Epiſtola die decima Decembris anno milleſimo ducenteſimo decimo data.

Ex multis Epiſtolis, hoc anno datis, cognoſcimus, quanto ſtudio Papa curaverit, ut Eccleſiæ Metropoliticæ in Romania Latinis conferrentur, & quantum negotii faceſſiverint ei Præſules neoelecti, cum alter in alterius jura involaret, & ſibi ſubditos, maxime Græcos, præter fas vexarent. 13. *ep.* 6. 15. 15. 26. *&c.*

§. LVIII.

Res Albigenſium.

Sub finem anni ſuperioris Raimundus Comes Toloſanus, ad Regem Franciæ *Hiſt. Albig. c.* 33.

Sæcul. XIII. A.C. 1210.

profectus, rogavit, ut vectigalia, a se instituta confirmaret, atque repulsam passus, Papam adiit, nihil non moturus, quo arces urbesque sibi restitui efficeret, in fidei suæ pignus Legatis Sacræ Sedis traditas. Ubi Romam pervenit, ut erat versutissimus, in Papam obedientiam, submissionem, humilitatem profiteri videbatur; sed non fefellit prudentiam Pontificis, qui ei perverse facta vehementissime exprobrans, virum Infidelem, Crucis Adversarium, Fidei hostem, appellavit. Jamque ille, pudorem non ferens, pæne animum despondebat, quo se verteret nescius. At Papa nolens Principem in desperationem agere, ne exinde multo pejus Ecclesiam in provincia Narbonensi persequeretur, purgationem Canonicam ei injunxit, qua duo inprimis crimina, nempe Petri de Castro novo necem, & Hæresim, si posset, amoliretur, ac propterea Episcopum Rejensem in Provincia, & Magistrum Theodisium Mandatarios constituit, qui Comitem causam dicentem audirent.

Sup. n. 40.

c. 34.

Cum Roma rediret Comes Tolosanus in itinere ad Ottonem Imperatorem se contulit, militare subsidium contra Comitem Montfortium petiturus. Tum secundo Regis Franciæ quoque animum emollire solertissime conatus est; sed Rex fallacem, ut merebatur, rejecit.

Simo-

Simone Comite Montfortio, sub finem mensis Junii anno milleſimo ducenteſimo decimo Arcem *Minerbe*, in Diœceſi Carcaſſonenſi, obſidente, cum omnia obſeſſis fierent arctiora & dedituros ſe affirmarent, ſi quædam conditiones concederentur, præter omnium expectationem Abbas Ciſtercienſis & Magiſter Theodiſius adſunt. Comes Montfortius ergo dicebat, Abbatis Ciſtercienſis, utpote totius expeditionis Auctoris & Ducis, eſſe, deditionis leges præſcribere; quod Abbati minime probabatur, nam nullis initis pactis Hæreticos necari cupiebat, quamvis ipſe, & Monachus & Sacerdos, mortis ſententiam ferre non auderet. Quare incepta fœdera abrumpere conatus, cum non potuiſſet, juſſit, Arcis Dominum, omnes præſidiarios, quin etiam magno numero Hæreticos, ſi reconciliari Eccleſiæ vellent, gratia ſolius vitæ facta, exire. Repugnabat vero Robertus *de Mauvoiſin*, vir ſincere Catholicus, ne Hæretici, cum ſe in Catholicorum poteſtate cernerent, quidquid exigeretur, ſimulate promitterent, cui Abbas: *Nihil eſt, quod timeas, paucos ſe converſuros, puto.* Arce dedita, cum Abbas Vallium-Cernaji quasdam ædes intraſſet, in quibus haud paucos Hæreticos Conventum celebrare noverat, & ut eos converteret, ora-

Sæcul. XIII. A C. 1210.

c. 37.

Sæcul. XIII. A. C. 1210.

tionem exorsus esset, illi, turbato ipsius sermone, una voce exclamarunt: *Cur verba perdis? fidem vestram non recipimus, Ecclesiam Romanam rejicimus. Actum agis, Doctrinam nostram nec mortis metu, nec longioris vitæ desiderio dimittemus* (*). Abbas, relicta hac domo,

(*) Wir verwerfen die römische Kirche, schryen diese Albigenser. Allein sie konnten so wenig als unsere Protestanten eine andere entgegen setzen, in welcher die Einigkeit in der Glaubenslehre, und das Alterthum, als untrügliche Zeichen der wahren Kirche zu finden wären. Der Herr Windheim, in dem allgemeinen Kirchenrecht der Protestanten, will ein geistliches Recht der Kirche erweisen, in so weit solches aus der Vernunft kann erwiesen werden. Und wenn man alles mit Bedacht gelesen hat, so folget endlich, daß alle Gattungen der Secten, auch mit Einschluß der Gotteslängner, von einem Fürsten in seinem Staate sollen gedultet werden. Nur die römische Religion wird als eine solche abgeschildert, welche dem Staate höchst gefährlich ist, und ohne Schranken nicht kann aufgenommen werden.

Wir wollen ihn selbst reden hören auf der 436. Seite, in der Anmerkung: Die Widertäufer und Mennoniten lehren zwar, daß man mit gutem Gewissen kein obrigkeitliches Amt verwalten, keine Todesstrafe zuerkennen, keine Kriege führen, nicht schwören könne: aber sie lehren doch einen vollkomme-

mo, ad aliam divertit, ubi collectæ erant feminæ, quas viris multo contumaciores habuit. Sæcul. XIII. A. C. 1210.

Ipse

---

kommenen Gehorsam, selbst gegen eine tyrannische Obrigkeit. Man duldet sie daher in Hollstein, Hamburg, Danzig, in der Pfalz, in Holland, und sie haben das Zeugniß, daß sie gute Bürger sind. Die Socinianer nehmen eben diese Grundsätze an. Sie haben gleichfalls das Lob, daß sie in dem Staate keine Unruhen anrichten. Die römische Kirche lehret, daß die weltlichen Herren über die Kirche nichts zu sagen haben; sondern allein die Geistlichkeit. Sie masset sich eine geistliche und eine weltliche Gerichtbarkeit an, und der Pabst soll die Macht haben weltliche König ein und abzusetzen. Sie ertheilet ihren Kirchen das Freystattsrecht, und hindert also den weltlichen Arm, die Gerechtigkeit handzuhaben. Sie lehret man solle den Ketzern keine Zusage halten, und hebet das Band der menschlichen Gesellschaft auf. Sie übet tausend Kunststücke aus, die Beutel der Unterthanen zu leeren. Diese Religion ist also dem Staate höchst gefährlich.

Antwort: Wenn man den einzigen Satz von dem Freystattsrecht ausnimmet, welcher doch wider den Willen eines katholischen Fürstens niemal ausgeübet wird, so haben die andern Vorwürfe

Sæcul. XIII. A.C. 1210.

Ipse deinde Comes Montfortius in illam domum, in qua congregati perseverabant Hæretici, se contulit, ac ad con-

würfe alle keinen Grund. Sondern es sind Verleumdungen und erdichtete Sätze; da Windheim Schulfragen, von welchen unter privat Scheinstellern ehemal gestritten worden, als richtige und in der ganzen römischen Kirche angenommene Lehren vorstellet. Keine Kirchenversammlung, ja auch kein Pabst hat iemal einen aus diesen Sätzen als eine Lehre entschieden, welche nothwendig von allen Christen müßte angenommen werden. Wer lehret doch in der römischen Kirche, was Windheim schlechterdinges daher schreibet, man solle den Ketzern keine Zusage halten.

Die Atheisten aber nimmet Herr Windheim aus folgenden Gründen in seinen Schutz auf der 438. Seite: Ein Atheist, saget er, kann GOtt läugnen, und dabey doch behaupten, daß man Wort und Vertrag halten, und der Obrigkeit gehorchen müsse. Und so lang demnach ein Atheist keinesweges die bürgerlichen Obliegenheiten schmälert: sondern sich als einen stillen und ruhigen Burger erweiset, so lang ist die Obrigkeit als Obrigkeit betrachtet, auch verbunden den Atheisten zu dulten. Alsdenn setzet er hinzu; die Obrigkeit müßte nur sorgen, daß der Atheismus in dem Staate nicht überhand nehme. Da sind nur die armen Katholicken vom Herrn Windheim bis unter die Atheisten herab gesetzet. Endlich heißet

conversionem hortatus est. Ubi vero intellexit, nihil se efficere, plus quam centum quadraginta ex ordine illorum, quos Perfectos suos jactabant, ex munitione produci jubet. Accenditur ingens rogus, in quem ipsi, non expectata ministrorum vi, irruunt. Solumque tres mulieres se se flammis eripuerunt. His autem Perfectis igne consumtis, ceteri omnes Hæresim ejurarunt. Sæcul. XIII. A.C. 1210.

Antequam obsidio Castri Minerbiensis fuisset soluta, Magister Theodisius Tolosam petiit, Abbatem Cistercienſem de purgatione Canonica Comitis Raimundi, jam ad sua reversi, consulturus, putabatque hunc Ritum, ut Papa jusserat, esse peragendum. At Theodisius animo c. 39. to. 11. Conc. p. 54.

heisset es: Die Römischkatholischen machen uns zu Rebellen. Allein ihre Vorwürfe sind tausendmal beantwortet, und sie sind zum Stillschweigen gebracht. Welche Prahlerey! Risum teneatis amici! Mit besserem Recht glaube ich, in dieser und vielen andern Anmerkungen über diese Kirchengeschichte erwiesen zu haben, daß, wenn Windheim und der deutsche Uebersetzer des Herrn Fleury wider die Katholicken schreiben, sie ihren Schülern oder Glaubensbrüdern von der römischen Lehre nur einen Theil, und insgemein fälschlich vortragen. So, daß es ja nicht nöthig ist, sich über die Widerlegung den Kopf zu zerbrechen.

Sæcul. XIII. A.C. 1210.

animo constituerat, omnibus viribus prohibere, ne ista purgatio locum haberet, quod cerneret, mentem Comitis neutiquam esse sinceram, & si succederet dolus, post ejus absolutionem, veram Religionem in illa Provincia extirpatum iri. Omisso ergo purgationis negotio, Theodisius Papæ Epistolas protulit, in quibus multa, qualia erant, ut Hæreticos expelleret, & nova vectigalia promeret, præcipiebat, & quæ Comes nunquam executus fuerat. Ne tamen qualiscunque conquerendi causa Comiti superesset, Theodisius & Hugo Episcopus Rejensis, ipsius in illa Legatione socius, Archiepiscopos, Episcopos, complures alios Præsules, Barones, aliosque, quorum præsentiam ad finem negotii conducere credebant, in urbem S. Ægydii convocarunt. Inprimis vero Tolosano Comiti præceperant; Hæreticos, & Latrunculos ex suis ditionibus ejiceret, & cetera omnia, quæ se impleturum sæpius jurejurando promiserat, tandem perficeret. Vocatur deinde ad Concilium, quo cum venisset, ex actis manifeste patuit, ipsum nihil eorum, quæ injuncta fuerant, executum esse. Quare omnibus visum, neutiquam, nisi resipiscceret, ad purgationem Canonicam admittendum esse. Quo enim argumento sperari potuisset, hunc Principem Religioni

Raimundi Comitis obstinatio.

ap. In. XVI. ep. 30.

ni sibi ducturum esse, pejerare, ut suspicionem cædis, in Petrum de Castro novo peractæ, & Hæresis, a se removeret, postquam in causis minoris momenti editum publice & sæpius juramentum violare non pertimuisset? Concilium itaque Comiti injunxit; primum Hæreticos & Sicarios e terris suis expelleret, tum etiam alia a se promissa impleret, quæ si perfeciisset, Legatos Sacræ Sedis, quæ sibi in ejus causa mandata essent, executioni daturos. Tunc vero Comes Tolosanus etiam lacrymas fundere cœpit; quas cum Theodisius magis acerrima indignatione quam pœnitentia exprimi crederet, communi omnium Præsulum consensu, cum Fautoribus suis secundo excommunicatur. Ipse recedens pejora prioribus facinora admisit. Sæcul. XIII. A. C. 1210.

Haud multo post tempore, Narbonæ Conventus celebratus, cui Rex Aragoniæ, Comes Montfortius, Comes Tolosanus, Raimundus Episcopus Uticensis, & Abbas Cistercienſis, ambo Sacræ Sedis Legati, & Magister Theodisius interfuerunt. Ubi Abbas Cistercienſis, ut Comiti Tolosano faveret, in medium attulit; si modo Hæreticos e suis Ditionibus amandaret, Crucigeros hostes a toto suo Principatu esse remoturum, & tertiam partem censuum in oppida & munitiones, quas alii Hæretici, ejus *Hist. Albig. c. 43.*

Vasalli

Sæcul. XIII. A.C. 1210.

Vasalli tenerent, & ipse numero circiter quinquaginta esse affirmaret, consentiente Pontifice recepturum. Sed Comes, rejectis his conditionibus, a duobus Legatis, Episcopo Uticensi & Abbate Cistercienſi, iterum excommunicationis fulmine feritur. Quod ex Epistola Papæ, hanc sententiam effectui dari præcipientis, cognoscimus. Ea ad Archiepiscopum Arelatensem ejusque Suffraganeos directa, atque die decima quinta Aprilis, anno Domini millesimo ducentesimo undecimo, data.

14. *epist.* 36.

§. LIX.

Hæretici Parisiis.

Dum Catholici in Occitania Manichæos persequuntur, eodem anno ducentesimo decimo, alii Hæretici Parisiis deprehensi. Florebant ibi literarum studia; undique maxima frequentia Scholasticorum confluebat, quos non solum civitatis & viciniæ amœnitas, ac rerum omnium ad vitam jucunde agendam abundantia, invitabant, sed etiam alliciebat præsidium potentissimi Regis Philippi, Ludovici parentis sui exemplum sequentis. Non solum Artes Liberales juventuti tradebantur, sed etiam Jus Canonicum & Leges Civiles, Medicina, & inprimis Theologia. Ceterum annis abhinc aliquot Parisiis versa-

Rigord. p. 50 *to.* 11. *Conc. p.* 49. *Du Beulai Hist. uni. to.* 3. *p.* 25.

versabatur quidam Clericus, nomine Amalricus, natus in oppido, vulgo *Bene*, in Territorio Carnotensi, qui postquam diu Logicam, ceterasque Artes liberales docuisset, Sacræ Scripturæ operam dare cœpit. Sed methodum & opiniones quasdam singulares nunquam dimisit. Affirmabat, quemlibet Christianum credere teneri, se membrum JEsu Christi esse, & neminem, nisi hoc crederet, posse salvari; idque necessariis Fidei Articulis accensebat. Catholicis omnibus hanc Doctrinam indignantibus, Partes ad Judicium Summi Pontificis convertuntur, qui ejus Propositione, & quæ contra objiciebat Universitas Parisiensis, auditis, lata sententia, Amalricum damnavit. Ergo Parisios reversum Universitas ad retractandam suam opinionem compulit, quam ille ore quidem, sed nunquam mente, rejecit. Nec multo post, dolore animi & iracundia etiam corpus male afficientibus, extinctus, ac prope Ecclesiam S. Martini de pratis tumulo illatus est. Sæcul. XIII. A. C. 1210.

Amalrico defuncto, ejus Discipuli errores longe pejores docuerunt. Affirmabant, Potestatem Patris tamdiu duraſſe, quam Lex Mosaica viguisset, postquam vero JEsus Christus Legem veterem abrogasset, Legem novam usque in illam diem, nempe per annos mille du-

Sæcul. XIII. A.C. 1210.

centos, valuisse; at sua ætate exoriri periodum Spiritus Sancti, in qua Confessioni, Baptismo, Evchariſtiæ, ceterisque Sacramentis, non amplius esset locus, sed quilibet per infusionem occultam Gratiæ Spiritus Sancti sine ullo actu exteriore salvari posset. (*). Virtutem Caritatis usque adeo late explicabant, ut dicerent, quædam si sine Caritate fierent, peccata esse, ex Caritate autem facta peccati naturam exuere. Atque ex hac doctrina talia eruebant, quæ omnes probi abominantur; adulteria enim, omnisque generis lasciviam sub Caritatis nomine admittebant, impunitatem feminis, quibuscum libidinabantur, aliisque hominibus simplicibus, spondebant, Dei

(*) Ein aufmerksamer Leser wird leicht beobachten, daß die Lehre dieser Manichäer oder Albigenser den Sätzen der Herren Protestanten immer näher kommen, da diese Parisische Ketzer die Beicht und die äusserlichen Werke verworfen. Weil sie aber auch lehreten, daß die Taufe und alle andere Sacramente aufgehöret hätten nothwendig und nutzlich zu seyn, und wegen dieser Lehre, welche der Lehre der römischen Kirche widersprach, auch durch das Geständniß der Protestanten Ketzer gewesen sind, wer solte glauben können, daß sie in den Sätzen von der Beicht und von den Werken, ohne Richtschnur, ohne Regel, sollten die wahre Lehre Christi errathen haben?

Dei Bonitatem, preſſa Juſtitia, dilaudabant. Sæcul. XIII. A.C. 1210.

Fœdi errores ſecreto delati ſunt ad aures Petri, Epiſcopi Pariſienſis, & Fratris Guarini, in Ordine S. Joannis de Hieroſolyma profeſſi, Regi Cari, ac arcanorum omnium conſcii, qui aliquamdiu Cancellarii munere in aula functus, poſtea Cathedram Epiſcopalem Silvanectenſem obtinuit. Epiſcopus ergo Pariſienſis & Cancellarius Magiſtrum Rudolphum Nemauſenſem clam omnibus miſerunt, qui iſtorum hominum Sectam accurate exploraret. Ille, ejusdem Fidei ſocium ſe ſimulans, arcana omnia ab incautis eliciebat. Atque his dolis complures Presbyteri, Clerici, Laicique utriusque ſexus, qui diu latuerant, deprehenſi ſunt. Capti deinde & Lutetiam, viri numero quatuordecim, deducti, videlicet Guilielmus Pictavienſis Subdiaconus, qui Arres Pariſiis docuerat, & triennio Theologiæ incubuerat. Bernardus Subdiaconus, Guilielmus, aurarius artifex, eorum Propheta, Stephanus Parochus veteris Corbeliæ, Dudo, olim Almarici Clericus, Theologiæ annos propemodum decem Studioſus, Elymandus Acolythus, Odo Diaconus, Guarinus Presbyter, olim Artium Doctor Pariſiis, &, Stephano Langtonio Magiſtro, Theologiæ Studioſus, cum aliquot aliis.

Rigord. p. 55

Gall. Chro. tr. 3. p. 1019.

Hæretici ſub Innocentio III.

Sæcul. XIII. A.C. 1210.

Præter errores, a nobis paulo ante memoratos, dicebant, JEſu Chriſti Corpus non alio modo in Pane Altaris, quam in alio pane, aut in quacunque alia re exiſtere, atque Deum æque ex Ovidio ac ex S. Auguſtino fuiſſe locutum. Reſurrectionem negabant, ac affirmabant, Paradiſum & Infernum nihil eſſe; illos vero, quicunque ea ratione, qua ipſi, Dei cogitatione occuparentur, Cœlum in ſe includere, & quicunque peccati mortalis ſibi conſcius eſſet, eum intra ſe Infernum circumferre. Dicebant, Idololatriæ peccatum eſſe, Altaria ſub invocatione Sanctorum erigere, eorumve imaginibus incenſum adolere. Ridebant eos, qui Sanctorum Reliquias oſculabantur. Docebant præterea, Papam Antichriſtum, & Romam Babylonem eſſe. Eorum Propheta vero Guilielmus, auri faber, vaticinabatur; intra annos quinque plagas quatuor ſuperventuras, famem, qua homines plebeji perirent, gladium, quo ſe Principes invicem perderent, terræ motus & hiatus, quibus cives abſorberentur, & ignem, qui deſcendens Prælatos, Antichriſti membra, devoraturus eſſet. Cæſarius Heiſterbacenſis Monachus, qui hoc Vaticinium refert, ſubdit: *Effluxerunt exinde jam anni tredecim, nec quidquam ex his omnibus evenit.*

Ut

Ut hos Hæreticos detegerent, Rudolphus Nemauſenſis, & quidam Presbyter, ei ſocius datus, Diœceſes Pariſienſem, Lingonenſem, Trecenſem, & Senonenſem peragrarunt, & poſtquam, quæ cognoverant, Epiſcopo Pariſienſi retuliſſent, Hæretici adduci & in Epiſcopi carcerem mitti juſſi ſunt. Tumque Epiſcopi propinqui & Magiſtri Theologiæ ad quæſtionem habendam convocantur. In eo Concilio, cum eorum errores, ipſis audientibus, recitarentur, non nulli Hæreſim palam profeſſi ſunt, alii tricantes & negaturi errorem, ſi potuiſſent, quia convictos ſe intelligebant, eum cum fratribus temere & obſtinate defenderunt. Ergo damnantur, populo ſpectante, ab Ordinibus ſuis degradantur, & Curiæ Regis, tunc abſentis, traduntur. Ubi rediit, ad locum, de Campellis dictum, extra portam Urbis, hodie *aux Halles* cunctos duci, & concremari juſſit. Triſte ſpectaculum datum eſt in Vigilia S. Thomæ, die vigeſima Decembris, anno milleſimo ducenteſimo decimo. Quatuor non plures ex reis æterno carcere damnati. Mulieribus, aliisque ſimplicis ingenii hominibus, venia conceſſa. At Amalrici, claris argumentis convicti, quod teterrimæ Sectæ auctor fuiſſet, memoriæ perpetua infamiæ nota inuſta, ipſe a toto Concilio excommunicatus, oſſa

Sæcul. XIII. A. C. 1210.

Hæretici combuſti.

Godefr. annal.

Sæcul. XIII. A.C. 1210.

sepulti ex Cœmeterio effossa, & in sterquilinium projecta.

Ceterum illa tempestate Parisiis Libri Metaphysicorum Aristotelis, haud diu ante Constantinopoli allati, & ex Græco in Latinum versi, publice prælegebantur. Quia vero Quæstiones, quas complectuntur, subtilissimæ occasio fuerant memoratæ Hæresis, ac inposterum etiam esse possent, jubente Concilio omnes flammis consumti sunt, & sub excommunicationis pœna vetitum, ne cuiquam hos libros describere, legere aut retinere liceret. Quod autem spectat ad Libros Physicæ Generalis Aristotelis, qui etiam Parisiis ab aliquot annis tradebantur, eorum lectio solum ad annos tres prohibita.

At Libri cujusdam Doctoris, nomine *David*, atque Libri Theologiæ, Francorum lingua scripti, in perpetuum prohibiti, & combusti fuerunt.

§. LX.

Scholasticorum mores.

Perversis Hæreticorum istorum principiis adscribi merito potest morum corruptio, quæ in Universitate Parisiensi grassabatur; id enim Jacobus Vitriacus, illius ævi Scriptor & Parochus Argenteliæ, testatum facit: *Nullum peccatum*, inquit, *simplici fornicationi inesse contendebant. Mulieres vulgati pudoris in publico foro pra-*

Hist. Occ. c. 7

prætereuntes Clericos impudenter detinebant, atque in ædes suas, quasi vi adhibita, pertrahebant. Constanter reluctantes, libidinis, fornicatione deterioris, accusabant. Haud exiguo honori ducebant plerique, complures pellices stipendiis alere. In iisdem ædibus superius Schola studiosorum, inferius lupanar visebatur. Clerici, qui majores quam ceteri sumtus faciebant in convivia & meretrices, plurimi æstimabantur. Qui mensam parce instruebant, & pietatem amabant, avari, hypocritæ, superstitioni addicti, habebantur. Plerique literis operam dabant, ut inutilem sciendi cupiditatem, superbiam, avaritiam, satiarent, non autem ut proximo prodessent, non solum scholarum Sectis, sed etiam nationum diversitate divisi, quippe Franci, Angli, Germani, Normanni, Pictavienses, Burgundiones, Britones, Longobardi, Siculi, Brabantini, Flandri aderant. Cumque, ut fit, unaquæque gens alteri vitium populare objiceret, sæpe a jurgiis ad verbera ventum est. Sæcul. XIII. A.C. 1210.

Cum vero plerique Scholastici Clericali Ordine essent initiati, in illis rixis Censura excommunicationis involvebantur, contra omnes lata, qui Clericis violentas manus injicerent; nec eam alius Judex, sed solus Papa, solvere poterat. Quare Summo Pontifici exponunt, haud posse se Romam pergere, ad petendam ab- Conc. Rom. 1131. Sup. Lib. LVIII. §. 9.

Sæcul. XIII. A.C. 1211.

solutionem, sine magna pecuniæ, & temporis, quod literis impendendum esset, jactura. Papa, re pensata, Abbati S. Victoris potestatem contulit, qua Scholasticos ab ista Excommunicatione absolveret, nisi forte enormiter fuisset peccatum. Quia deinde Abbas S. Victoris, sequens regulam; favores, a Principibus concessos, esse ampliandos, absolvebat Scholasticos, Clericorum percussores, in quocunque loco id accidisset, re comperta, Pontifex, id in posterum fieri prohibuit, & datum absolvendi privilegium explicavit, quod ad illos, qui extra Parisios urbem Clericum verberassent, non esset extendendum. Hæc Epistola die vigesima tertia Januarii anno millesimo ducentesimo undecimo data est.

§. LXI.

Episcoporum Aurelianensis & Antisiodorensis Causa.

Sub idem tempus Philippo Augusto Regi, & Episcopis Antisiodorensi ac Aurelianensi lis orta est, quæ per complures annos componi non potuit. Erant vero hi Præsules Guilielmus & Manasses, de familia *Seignelai*, fratres. Guilielmus, etsi esset natu minor, prælatus est fratri suo, atque in Sedem Antisiodorensem, defuncto Episcopo Hugone Nucerienſi, vacantem, evectus. Nam die Veneris post Purificationem, nempe, die nona Februarii,

Hist. Ep. Ant. to. 1. Bibl. Lab. p. 483.

rii, anno milleſimo ducenteſimo ſeptimo, electus, ab Archiepiſcopo Senonenſi confirmatus & conſecratus eſt. Sæcul.XIII. A.C.1211.

Ab obitu vero Hugonis Epiſcopi, qui ante menſes quatuor deceſſerat, Præfecti Regii, pro more, Jura Regalia, id eſt Feuda a Regno pendentia, occupaverant; ſed præterea ab Epiſcopi ſubditis quædam, vi adhibita, exegerant, ſaltus & nemora peſſumdederant, & bona Epiſcopatus diripuerant, quin etiam ea, quæ Hugo Eccleſiis in ſuo teſtamento legaverat, ad Regis ærarium traxerant. Ut primum Guilielmus electus fuit, miſſis nunciis, in poſſeſſionem Regalium reſtitui petiit, quod cum non obtinuiſſet, accepta Ordinatione, nulla mora interjecta, ad Regem ſe contulit, ubi haud ſane facili negotio, & data magna pecuniæ ſumma, non ſolum illa, quæ Anteceſſor ſuus legaverat, ſed etiam Regalia impetravit, cum Diplomate, in quo Rex dicit; quod pro ſalute animæ ſuæ & parentum ſuorum, in perpetuum Eccleſiæ Antiſiodorenſi condonet omnia jura in Regalia, quæ ſibi Sede vacante competerent, ita ut illa, atque Præbendas defunctorum forte eo intervallo Canonicorum Decanus & Capitulum futuro Epiſcopo conſervare poſſint. Hanc Donationem, anno milleſimo ducenteſimo ſexto, nempe ſeptimo ante Paſcha, datam, Papa, ab Epiſcopo & Capitulo rogatus, *Chr. S. Mar. Antiſi. p. 102*

Sæcul. XIII. A.C. 1211.

tus, confirmavit. Manasses vero *de Seignelai*, postquam antea oblatum sibi Archiepiscopatum Senonensem recipere recusasset, Episcopus Aurelianensis eodem anno millesimo ducentesimo septimo electus & consecratus est.

10 *ep.* 195. *Gall. Chr. to.* 2. *p.* 251.

Rigord. an. 1209. *p.* 49.

Biennio exinde consumto, Philippus Rex, in Britanniam moturus, omnes Barones Regni & Episcopos ad exercitum suum, Meduntæ collectum, proficisci jussit. Adfuere Episcopi Aurelianensis & Antisiodorensis cum Vasallis suis, ut debebant; sed quia aberat Rex, suos domum reduxerunt, quod dicerent, haud teneri se ipsos castra sequi, vel milites mittere, nisi Rex præsens exercitui imperaret. Cum nullo essent privilegio muniti, quo exemtionem probarent, Rex consuetudinem universalem servans, denunciari jussit; erratum emendarent, ipsisque id detrectantibus, eis Regalia, nempe solum bona sæcularia, quæ a Rege in Feudum acceperant, subtraxit, possessione quieta Decimarum, aliorumque bonorum Ecclesiasticorum, intacta. Quippe Philippus, Rex vere Christianissimus, Ecclesiam ejusve Ministros lædere exhorrebat. Ambo Episcopi, Regis Ditionibus, quæ in ipsorum Diœcesi sitæ erant, Interdicto adstrictis, querelas Romam ad Innocentium Papam detulerunt, factum paulo aliter, ac ego modo, exponentes, si Re-

Regalia.

13. *ep.* 190.

si Rigordo monacho illius ævi Scriptori fides. Quare Papa ad Regem Philippum Epistolam dedit, hoc exordio: *Cum alii Principes libertatem Ecclesiæ violant, errantibus ob oculos ponere solemus tuum exemplum, tuamque Pietatem, qua Matris immunitatem salvam præstas. Unde Dominus huc usque Regnum tuum non solum conservavit, sed etiam multum auxit; nec unquam vos Beneficiis cumulare cessabit, quamdiu tu & successores tui vestros, id est integerrimos mores, servabitis.* Rogat deinde Regem, ut duobus Episcopis ablata restitui juberet, & si culpam admisissent suis precibus daret, ut ignosceret, ne inde scandalum, Regno & Sacerdotio invicem adversantibus, nasceretur. Tum etiam, data Epistola, Archiepiscopum Senonensem ejusque Suffraganeos causam duorum Episcoporum conquerentium, qui tunc ambo unius erant provinciæ, apud Regem tueri jussit. Epistolæ istæ decima sexta Decembris anno millesimo ducentesimo decimo datæ. Anno sequente scripsit Papa iisdem Præsulibus & Regi, eum permoturus, ut causam amica transactione finiri sineret, nec Episcopos in Curiæ suæ judicio stare compelleret, unde & Papa Interdicti sententiam honeste dissimulare posset. Istud tamen negotium anno millesimo ducentesimo duodecimo necdum erat perfectum,

Sæcul. XIII. A.C 1211.

ep. 191.

14 *ep.* 52. 163

Sæcul. XIII. A. C. 1211.

ctum, quod ex Epistolis Papæ ad Episcopos & ad Regem datis dispicimus, cui scribit: *In nostri gratiam fac, ut pax Ecclesiæ in Regno tuo conservetur, isto præsertim tempore, quo in multis aliis turbatur. Episcopos in bona sua restitue, sicque ipsi Interdictum tollant. Si deinde totam causam nostro arbitrio committere nolis, ejusdem summa secundum morem legitimum in Curia tua tractetur, ut, bis finitis, majora ad Regni tui emolumentum & nominis tui gloriam perficere queas.*

15. ep. 39. 40. 108. &c.

In istarum Epistolarum altera Papa ad Regem inquit: *Ideo excusari debere te putas, quod sola Regalia occupaveris, & dicas, quod ut primum tibi competant, domos & reliqua omnia vindices. Ad quod respondemus, id forte tunc locum habere, cum Sedes Episcopalis vacat; & tunc quidem non solum domos; sed etiam Decimas, Oblationes & cetera omnia tibi adscribis. Quin etiam in quibusdam Ecclesiis prabendas vacantes clientibus confers. Atqui exploratum est, non omnia hæc Regalium nomine comprehendi.*

ep. 40.

Ex his cognoscimus, qualia Jura Regalia illa ætate Reges Franciæ percepérint. Tandem duobus Episcopis ad multam damnatis, cum eam præstitissent, Rex quæcunque occupaverat, restituit.

HISTO-

HISTORIA ECCLESIASTICA.

LIBER LXXVII.

INNOCENTIUS III. PAPA.
OTTO IV. IMP. OCC. HENRICUS IMP.
CONSTANT.

§. I.

Quæ in Bello contra Albigenſes ſecuta ſint.

Sæcul. XIII. A.C. 1211.

Complures Franciæ Epiſcopi, ſocios ſe aliis Crucigeris dantes, contra Albigenſes militabant. Anno milleſimo ducenteſimo decimo, obſidentibus

Sæcul. XIII. A. C. 1211.

bus Caſtrum Thermarum in Diœceſi Carcaſſonenſi ſe ſe junxerunt Renaldus Barienſis Epiſcopus Carnotenſis, Philippus Drocenſis Epiſcopus Belvacenſis, cum Guilielmo Archidiacono Pariſienſi, militarium operum Architecto peritiſſimo, qui brevi temporis ſpatio propugnatores ad deditionem compulit. Ad medium Quadrageſimæ anno ſequente milleſimo ducenteſimo undecimo, cum in Francia adhuc annus milleſimus ducenteſimus decimus numeraretur, Epiſcopus Pariſienſis, compluribus aliis Crucigeris cinctus, Carcaſſonam venit, quem paulo poſt ſecuti ſunt Epiſcopi Lexovienſis, & Bajocenſis, cum obſideretur Vaurum urbs, quæ, incurrentibus militibus, in Feſto Inventionis S. Crucis die tertia Maji anno milleſimo ducenteſimo undecimo, expugnata. Captis mœnibus Aimericus de Monte regio, & complures alii Ordinis Equeſtris viri, numero octoginta, producuntur, quos omnes Comes Montfortius ſuſpendio necari præcepit. Jamque Aimerico hoc mortis genere extincto, patibula corruerunt, utpote opere tumultuario erecta, & Comes, cui longum videbatur alias furcas ſtatui, ceteros ferro interfici juſſit, quod ſacri peregrinantes promtiſſime executi ſunt. Præterea trecentos circiter Hæreticos flammis peremerunt, ac,

Petr. Hiſt. Albig. c. 41.

c. 48.

c. 49.

c. 32.

ac, jubente Comite, Matrona Vaurensis, Aimerici soror, Hæretica contumacissima, in puteum conjecta & lapidibus obruta est. Tum Episcopi Castrum, quod *Casser* dicebatur, a Crucigeris in potestatem redactum, intrantes exhortari ad conversionem Hæreticos cœperunt. Cumque nec unum quidem ad damnandum errorem permovere potuissent, ipsis exeuntibus, pii Peregrini correptos Hæreticos, homines numero ferme sexaginta, magna animi alacritate in ignem præcipitant. Sæcul. XIII. A.C. 1211. *Guil. de Pod. Laur. c. 17.*

Obsidione Vauri * urbis adhuc tenente, Fulco Episcopus Tolosanus ad Comitem Montfortium venit, hanc ob causam. Sabbato ante Dominicam Passionis Episcopus pro more Ecclesiarum Cathedralium Ordinationem Clericorum peragere constituerat; sed tunc in urbe versabatur Comes Tolosanus, nominatim excommunicatus, quo præsente divina Mysteria celebrare non licebat. Ergo Episcopus, missis nunciis, humilibus precibus Principem rogat; ut e civitate excederet, & ambulatum iret, saltem tanto temporis spatio, usque dum ordinati fuissent Clerici. Sed Comes ira accensus, Equestris ordinis viro ad Episcopum misso, protinus ex urbe & ex omnibus suis Ditionibus migrare, si vitam amaret, jussit. Episcopus intrepide respon- * Lavaur *Petr. c. 53. c. 31.*

Sæcul. XIII. A.C. 1211.

respondit: *Neutiquam Comes Toloſanus me creavit Epiſcopum, ſed Eccleſia elegit. Ipſo jubente non abibo. Veniat ipſe, ſi armatus me aggredi non exhorreat, ſolum & inermem habebit. Percuſſorem & Martyrii Palmam expecto.* Tum Epiſcopus in dies ominabatur, fore, ut vis ſibi inferretur, ſed elapſo trium ſeptimanarum ſpatio ex urbe diſcedere ſtatuit, atque egreſſus intra Octavam Paſchæ Comitem Montfortium, cum ille obſidionem Vauri moliretur, adiit. c. 54. Urbe illa capta, datis literis, Præpoſitum Eccleſiæ ſuæ Cathedralis ceterosque Clericos Toloſa excedere juſſit. Obſecuti ſunt illi Epiſcopo præcipienti, ac nudis pedibus incedentes & Corpus Domini noſtri portantes ex urbe migrarunt.

Guil. de Pod. Laur. c. 15.

Fulconi Epiſcopo viſum eſt, Toloſanis quoque illam Indulgentiam eſſe concedendam, qua Crucigeri advenæ gaudebant. Quare, operam conferente Legato, Toloſæ magnam ſocietatem inſtituit, cui omnes propemodum urbis & non nulli Arcis incolæ nomen dederunt. Quippe civitas & caſtrum quaſi duæ urbes ſeparatæ habebantur, ac in illa Eccleſia Cathedralis S. Stephani erat, in Caſtro autem Abbatia S. Sernini, plerorumque nobilium Laicorum ſedes.

Catel. Langued. lib. 2. p. 120. &c.

Fratres Toloſani.

Epiſco-

Episcopus, Crucem omnibus porrigens Fratribus, juramentum exegit, quod contra Hæreticos & Usurarios militare vellent; eisque præfecit Prætores quatuor, ex quibus duo, nempe Aimericus de Castro novo & Arnaldus ejus frater, Equestris Ordinis viri erant. Tanta vero eorum fuit auctoritas, ut accusatum Usurarium ad sustinendam in Judicio rei personam, & satisfaciendum Actori, compellerent. Ubi vocati imperata facere detrectabant, Fœderati, captis armis, in rebelles movebant, eorumque domos diripiebant, aut destruebant. Quare non nulli turres suas more militari muniebant, quas multi in ædibus suis habebant, & hodieque Tolosæ visuntur. Ceterum ex hac societate inter incolas urbis & castri funestæ rixæ natæ sunt, postquam & isti fœdera inierunt, & pacta jurejurando firmarunt. Comilitones Urbani societas candida, & Castrenses nigra dicebantur, nec raro, fulgentibus utrinque signis militaribus, adversa agmina equestri prœlio collidebantur. Dominus enim inter eos, per Episcopum, servum suum, non malam pacem, sed bonum gladium miserat. *Matt.* 10. 34. Sunt verba Guilielmi *de Puilaurent*, illius ævi Scriptoris. Societas candida, a Legato Sacræ Sedis & Episcopo advocata, Crucigeris, Vaurum obsidentibus, *Guil.* c. 17.

Sæcul. XIII. A.C. 1211.

Sæcul. XIII. A.C. 1211.

auxilia attulit, frustra repugnante Comite Tolosano, qui abitum ex urbe nolebat concedere. Vauro urbe capta, Socii Candidi ad sua dimittuntur, quos Comes Raimundus, difficili licet negotio, in suas partes pertraxit. Is igitur, in utramque societatem concordia invecta, animos ad communiendam Tolosam urbem & contra Simonis Montfortii exercitum defendendam permovit. Quare simul omnes a Legato Pontificis excommunicantur.

Petr. c. 55.

Comes Montfortius, multis arcibus captis, Tolosam obsidere statuit, nam Comitem Raimundum pro manifesto Religionis hoste habebat, & sub idem tempus haud exiguum militum supplementum acceperat, Comite Barronis Ducum ex Lotharingia adveniente, quem cum valido agmine sequebantur Viri ex Germania Nobiles, bellum illaturi *Beguinis;* hoc enim nomen Albigensibus dabant. Itaque his auctus copiis Comes Montfortius exercitum ad Tolosam admovet, mense Julio, anno millesimo ducentesimo undecimo, castrumque oppugnat, cum non satis militum ad totam urbem includendam haberet, nam pauci erant, cum ingenti multitudine obsessorum comparati. Post paucos dies commeatus defecerunt, unde intelligens, se nihil

Chr. Godef. 1211. *Guil. c. 18. Chr. Simon. com. p. 766.*

hil agere, obsidionem solvere coactus est. Sæcul. XIII. A.C. 1211.

Exinde Episcopus Cadurcensis ad Montfortium venit, a viris præcipuis illius Regionis missus; rogabant vero, ut urbem suam, hucusque Domino suo Comiti Tolosano subjectam, occuparet. Montfortius igitur Cadurcum intrans honorifice exceptus est; sed aliæ urbes, ab eo ad deditionem antea compulsæ, deficiebant, & Crucigeri, post præstitutum dierum numerum, domum concedebant, nam editum militandi votum ad sex hebdomadarum spatium restringebatur. Quæ duo mala toto hujus belli tempore Ducem expeditionis sæpe vexarunt. Sequente hyeme Guilielmus, *Petr. c. 38.* Archidiaconus Parisiensis, & Jacobus Vitriacus Parochus Argenteliæ, jubente Episcopo Uticensi, Summi Pontificis Legato, Fideles ad suscipiendam contra Hæreticos Crucem suis concionibus excitarunt, ac Franciam & Germaniam peragrantes, tantæ hominum multitudini Crucem militiæ sacræ præbuerunt, ut pœne fidem superet.

§. II.

Causæ aliæ in Occitania pertractatæ.

Eidem Episcopo Uticensi, Sacræ Sedis

Sæcul. XIII. A.C. 1211. Legato, intra hunc annum diversa mandata, ad res Occitaniæ spectantia, Papa perficienda commisit. Anno autem su-
lib. 13. ep. 88. periore Innocentius Papa jusserat Legatos suos querelas discutere, adversus Archiepiscopos Narbonensem & Augustæ Auscíorum motas, atque, quod Canones præcipere viderentur, decernere. Sedem Archiepiscopalem Narbonensem tenebat Berengarius, olim Episcopus Ilerdensis, annis abhinc aliquot avaritiæ, & in officio sacerdotali teporis, coram Pontifice accusatus. Hoc autem anno millesimo ducentesimo undecimo, literis ad Archiepiscopum Auscíensem, nomine Bernardum, datis, Papa hortatus est; sponte Episcopatum abdicaret, tum quod implendo muneri Pastorali idoneus non esset, tum quod Ecclesiæ suæ, sive sæcularia sive spiritualia spectarentur,
16. ep. 3. plurimum nocuisset. Quippe publice accusabatur, quod Hæreticis faveret, lusu tempus perderet, res Ecclesiæ prodigeret, Simoniacus quoque esset, ac perjurus, & usque adeo incontinens, ut incestam quoque Venerem admittere non perhorresceret. Simul Papa Episcopo Uticensi & Abbati Cistercíensi, Legatis suis, scripsit; suaderent huic Archiepi-
ep. 33. scopo, ut loco & Dignitate cederet. Isdem per Epistolam aliam præcepit; adhibitis censuris Ecclesiasticis Episcopum

Rute-

Rutenensem ad dimittendam Dignitatem compellerent, quod ut liceret sibi, ipse petitam a Sacra Sede potestatem obtinuisset. Præterea, datis literis, Papa Episcopo Uticensi præcepit; abdicationem Episcopi Carcassonensis reciperet, eique virum maxime idoneum, præsertim iniquo hoc tempore, subrogari curaret. Sæcul. XIII. A. C. 1211. *ep.* 34.

Episcopus Carcassonensis, de quo hic mentio, erat Bernardus de Rupe forti, frater Guilielmi, quo nullus Optimatum in illa regione ferocius Albigenses tuebatur, contra Bernardo Episcopo Crucigeris favente. Cessit Episcopus, atque, ipso Ecclesiam suam dimittente, Guido Abbas Vallium Sernacensium electus est, amicus in paucis, & arcanorum omnium conscius Comitis Simonis Monfortii, qui a tempore primæ expeditionis, anno millesimo ducentesimo duodecimo, ejus consilia secutus fuerat. Consecratus est ergo Episcopus Carcassonensis Narbonæ anno millesimo ducentesimo secundo, cum Arnaldo Abbate Cistercienſi, Sacræ Sedis Legato, qui Archiepiscopus Narbonensis, Berengario eodem anno millesimo ducentesimo duodecimo vita functo, electus erat. Arnaldus, hujus nominis secundus, Ecclesiæ Narbonensi annis tredecim præfuit. *Petr. c. 42.* *c.* 60. *c.* 19. *Sup. Lib. LXXV.* §. 46. *c.* 62. *Gall. Chro. to.* 1. *Marca Hisp. p.* 516.

Sæcul. XIII. A.C. 1211.

Ronquelinus Monachus S. Victoris Massiliæ, abjecta veste Religiosa, Apostata, juncta sibi amica, muliere illius Regionis nobili, cum & ipse ex illustri & potenti familia ortus esset, urbem Massiliam in suam potestatem redegerat, multorum aliorum criminum reus. Unde excommunicatus fuerat, atque hæc censura in Concilio Avenionensi, a Legato Sacræ Sedis Milone, anno millesimo ducentesimo nono, celebrato, confirmata Massilia quoque & tota Regio, quæ Ronquelino parebat, Interdicto subjecta. Tandem vero ad mentem rediens, dimissa concubina, & resumto habitu Monastico, Episcopum Uticensem, Sedis Apostolicæ Legatum humiliter rogavit, ut vinculum Excommunicationis & Interdicti solveret. Legatus, postquam Ronquelini sinceritatem satis explorasset, Massilienses ab Interdicti Censura liberavit, eum vero Romam proficisci, ac absolutionem a Papa petere jussit. Ille iter in Italiam ingressus, Pisis hæsit, quod tum ob pericula latronum, vias obsidentium, tum ob male affectam valetudinem ultra pergere non posset. Ergo viros Ecclesiasticos tres cum mandatis Romam misit, qui eum absolvi rogarunt, atque etiam eidem concedi licentiam, de patrimonio suo, ut videretur, disponendi. Cur vero id expediret argumenta

Lib. 12. ep. 106. &c.

Sup. Lib. LXXVI. §. 49.

menta addebant; quod Roquelinum Dominum suum Vasalli unice amarent, quod ipse Ecclesias fortiter defenderet, eique multo ære opus esset ad expungenda debita, licentiose vivendo contracta. Hæ preces literis commendatitiis Abbatis sui, complurium Præsulum, quin etiam Episcopi Uticensis fulciebantur. Quibus omnibus pensatis Papa Archiepiscopo Pisano in mandatis dedit; Ronquelinum absolveret, cui etiam potestatem fecit; cum consortibus suis fundos Dominii & patrimonii partiretur, ea conditione, ut non nihil partis sibi competentis Monasterio S. Victoris conferret, & reliqua ad liberandum se ab ære alieno impenderet. Hæc Epistola die quarta Augusti anno millesimo ducentesimo undecimo data est. Sæcul. XIII. A.C. 1211.

§. III.

Beata Maria Ogniacensis.

Fulco Episcopus Tolosanus ex urbe sua ab Hæreticis pulsus, in Franciam se recepit, ac usque ad Diœcesim Leodiensem pervenit, ubi Jacobo Vitriacensi in prædicatione piæ expeditionis operam junxit. Jacobus vero, Argenteliæ in Diœcesi Parisiensi natus, ibidem Theologiæ ardenti studio vacabat, cum fama Mariæ Ogniacensis, mulieris singulari *Vit. ap. Boll. 23. Jun. to. 22. p. 639.*

Sæcul. XIII. A.C. 1211.

virtute claræ, ad ejus aures perveniens, impulit, ut relicta schola & patria ad eam in Brabantiam se conferret. Illa Nivigellæ, quæ urbs tunc Diœcesis Leodiensis, hodie Namurcensis est, anno circiter 1177. in lucem edita, ac anno Domini millesimo centesimo nonagesimo primo, cum ad annum ætatis suæ decimum quartum perveniisset, juveni in matrimonium tradita, jam tunc orationi assidue vacabat, tanto vitæ rigore se se exercens, ut eam admirari omnes deberent, imitari nemo posset. Haud diu post maritum, etsi juvenem, docuit, suo exemplo ad perfectionem Christianam tendere, & continentiam servare. Quin etiam aliquamdiu in quodam loco prope Nivigellam, vulgo *Villembroc*, morbo elephantiaco laborantibus inservierunt, quo vitæ genere viles se se omnibus propinquis effecerunt. Maria, perpetuum prope servans jejunium, aliquando decem dies a Festo Ascensionis Domini usque ad Pentecosten nullo omnino cibo refecta transegit, quin tamen ideo ad manuum laborem, a quo nunquam cessabat, inepta fieret, non ignara, hanc pœnam primis parentibus nostris fuisse injunctam, quam etiam Apostolus 2. *Thess.* 3. 10 memorat: *Quoniam si quis non vult operari, non manducet.* Ergo, relictis omnibus bonis suis, laborabat, ut corpus

p. 643. n. 38.

suum

suum pœnitentia maceraret, ut sibi ipsi alimenta & vestitum pararet, & eleemosynam aliis largiretur. Sæcul.XIII. A.C.1211.

Tandem frequentia illorum, qui Nivigella Villembrocium ad eam invisendam veniebant, fatigata, inde Ogniacum ad Sabrim amnem divertit, ubi erat Monasterium Canonicorum Regularium, circa annum millesimum centesimum nonagesimum secundum conditum, adhuc paucis notum. Ibi necdum multo tempore commorata erat Maria, cum Jacobus Vitriacensis ad eam venit, cui ipsa persuasit, Canonicis Regularibus Ogniacensibus se jungere, & Prædicationi Verbi divini vacare. Ille suscepto munere, intra breve temporis spatium ita excelluit, ut in explananda S. Scriptura & vitiis expugnandis ceteros omnes superavit. Verumtamen, ut omne initium grave est, cum timeret, ne sibi publice dicenti materia orationis deesset, nimis amplam comparabat, nec eam, antequam exordiretur, satis diggerebat. Pudebat quidem virum imperitiæ, sed laudes hominum solatium afferebant, quamvis eas immerito tribui sciret. Intellexit Maria, quid angeret, & Jacobi animum ab utroque vitio, tum quod suo ipsius judicio non satis apte diceret, tum quod aliorum assentatione delectaretur, liberavit. Exinde virorum illorum Religio-

Sæcul. XIII. A. C. 1211.

forum & potiſſimum Mariæ precibus Jacobus dedit, ut, Pariſios reverſus, Ordine Presbyteratus inſigniri ſe pateretur. Ubi Ogniacum rediit, Maria, ipſum in Terra ſancta Epiſcopum futurum, prædixit.

p. 636. *n.* 2.

Inter hæc Fulco Epiſcopus Toloſanus in Diœceſim Leodienſem advenit, attractus fama virorum mulierumque, Deo ibi ſervientium, ac virtutum exemplis, quæ in Crucigeris, ex illa regione advenis, & in Occitania militantibus, viderat. Mirabatur inprimis ſanctarum feminarum pietatem & devotionem, qua in Eccleſiam & Sacramenta ferebantur, quæ ſpernebantur in patria ſua. Ex Ægypto fugiſſe, & in Terram promiſſam perveniſſe, ſibi videbatur. In variis locis cernebat congregatas virgines, quas pudicitia & humilitatis virtus commendabat, de labore manuum ſuarum manducantes, quamvis ex opulenta familia natæ eſſent. Cernebat matronas Deo ſacras, quæ has puellas magno fervore inſtituebant ad pietatem, & in ſancto propoſito confirmabant. Cernebat viduas magis Deo, quam antea maritis, placere cupientes, jejunio, vigiliis, orationi, labori, & operibus Caritatis intentas. Tandem cernebat feminas, matrimonio ligatas, quæ filios ſuos in timore Dei educabant, quæ ſæpius præſtituto tempore

Eccleſia Leodienſis.

pore continentiam ſervabant, ut interea liberius ſe totas orationi dederent, non nullas etiam, quæ, conſentientibus viris, omni tempore a conſortio conjugali abſtinebant. Sæcul. XIII. A.C. 1211.

Hæ ſanctæ mulieres patientiſſime ferebant cavillationes & calumnias improborum ac corruptorum hominum, qui cum alio modo nocere non poſſent, eas ridebant & contumeliose appellabant. At illæ illuſtre virtutis ſuæ documentum dederunt, cum urbs Leodienſis anno milleſimo ducenteſimo duodecimo, imperante Duce Brabantiæ, a militibus direpta eſt; quippe quæ ad Eccleſias confugere non potuerunt, vel in amnem vel in latrinas ſe præcipites dederunt, ut pudicitiæ conſulerent. Quamvis vero haud exiguo eſſent numero, nulla tamen, Deo famulas ſuas cuſtodiente, interiit. Præter virtutes acquiſitas, cuncti in piiſſimis mulieribus etiam dona divinitus data mirabantur; nam aliquæ peccata aliorum ſecreto commiſſa cognoſcebant, & peccatores ad confitendum excitabant. Aliæ præ amoris in Deum ardore languebant, aliæ viſionibus cœleſtibus recreabantur, aliæ rapiebantur in extaſim. Jacobus Vitriacenſis hujusmodi prodigiorum exempla refert, atque Epiſcopum Toloſanum teſtem adducit. Ab hoc enim Præſule roga-

Sæcul. XIII. A. C. 1211.

rogatus Jacobus vitam Mariæ Ogniacenſis, qua feminarum iſtarum nulla alia clarior, ſcripſit, atque etiam adjuncta beatæ ejus mortis, qua anno ſalutis humanæ milleſimo ducenteſimo decimo tertio, die Dominica, vigeſima tertia Junii, in Vigilia S. Joannis, anno ætatis ſuæ circiter trigeſimo ſexto, defuncta eſt. Multa ei miracula in vita & poſt obitum edita tribuuntur, ipſiusque memoria, tanquam Beatæ in cœlo mulieris, in illa Regione pluribus jam ſæculis colitur.

c. 666.

p. 630.

§. IV.

Otto Imperator excommunicatus.

Innocentius Papa Ottonem Imperatorem excommunicaverat, quod juramentum, cum conſecraretur, editum violaſſet, & Ditiones Eccleſiæ, Regisque Siciliæ in Italia, Principis Sacræ Sedis Vaſalli, ejusdemque præſidio ſecuri, invaſiſſet. Ergo literis ad Patriarchas Aquilejenſem & Gradenſem, ad Archiepiſcopos Ravennatem & Genuenſem, eorumque Suffraganeos, nec non ad Suffraganeos Sedis Mediolanenſis, tunc, per obitum Huberti Pirovanenſis, vacantis, datis, Papa omnibus præcepit, ut latam excommunicationis ſententiam contra Ottonem, ejusque Fautores, ſecundo confirmarent, & Epiſcopo Albanenſi injunxit;

Ital. Sacr. to. 4. *p.* 247.

junxit; si quis istorum Præsulum mandata sua exequi neglexisset, eum pœnis Canonicis coerceret. Hæc Epistola die septima Junii anno millesimo ducentesimo undecimo data est. Simul Pontifex eidem Legato præcepit; Prætorem & populum Bononiensem excommunicaret, nisi Ottoni ejusque fœderatis auxilia præstare desinerent. Minabatur etiam Pontifex, se ab eorum urbe Scholas & Magistros, quibus præ ceteris aliis celebrabatur, ablaturum esse. Cum Otto Imperator, multis urbibus in Apulia & Calabria captis, Capuæ hyemaret, Papa legatum ad eum misit Abbatem *de Morimond*, qui a Festo S. Michaelis, anno millesimo ducentesimo undecimo, usque ad Quadragesimam sequentem, iter Roma Capuam quinquies suscepit, ut pacem reduceret. Sed non valuit animum expugnare Ottonis Imperatoris, Fridericum Regem expellere conantis, quod speraret, se eum etiam Siciliæ Regno posse exuere, id enim effecturum se promiserat Optimatum aliquis, qui in montibus arces munitissimas, Saracenis præsidiariis, tenebat. Præterea vindictæ cupiditate flagrabat Otto in Philippum, Franciæ Regem, qui non nullas urbes Regi Angliæ, Avunculo suo, illatis armis, eripuerat. Papa, amore pacis, eo usque se demisit, ut damna Ecclesiæ supe-

Sæcul. XIII. A.C. 1211.

14. *ep.* 78.

ep. 79.

Sæcul. XIII. A. C. 1211.

superioris temporis, aut etiam futura, quorum causa Imperator esset, dissimulaturum se polliceretur. At, Ottone has conditiones repellente, Innocentius, ad eum ab Imperio deponendum, animum adjecit. Sub idem tempus duo maximi momenti negotia, nempe supplementa in Terram sanctam mittere, & Concilium generale convocare, constituit.

In Germania Sigefridus Archiepiscopus Moguntinus, Pontificis Legatus, Colloquium Bambergæ cum Landgravio Hermentio, Rege Bohemiæ, & quibusdam aliis illius Provinciæ Optimatibus, celebravit. In eo Conventu Episcopum Bambergensem, post cædem Regis Philippi Suevi ejectum, restituerunt; sed præcipuum negotium, cujus causa venerant, fuit, Principes Germaniæ eo adducere, ut, deserto Ottone, Fridericum Regem Siciliæ, ut Papa optabat, Imperatorem eligerent. Quod cum multis non probaretur, re infecta discessum. Eodem anno, Sigefridus Legatus, Ottone Imperatore excommunicato, ad omnes Episcopos literas misit, quibus nomine Pontificis eadem censura Principem ferire jubebantur. Eam vero contumeliam ulturi Henricus Comes Palatinus, Ottonis frater, Dux Brabantiæ, ceterique Lotharingiæ Proceres, incendiis

cendiis & rapinis omnes Diœceſis Moguntinæ agros depopulati ſunt. Sæcul. XIII. A. C. 1211.

Dux Brabantiæ, Epiſcopo Leodienſi aliunde infenſus, eodem prætextu ad prædas ex urbe agendas uſus eſt. Nam, conſcio Imperatore, copias Leodium duxit, civibusque denunciari juſſit, poteſtatem diripiendi urbem ſe facturum militibus, niſi juramento fidem Ottoni præſtarent. Leodienſes rem ad Hugonem *de Pierre-pont*, Epiſcopum ſuum deferunt, qui tunc Hoji verſabatur. Ille Leodium rediit, ſed cum ſatis virium ad urbem defendendam non eſſet, Brabantinos arcere non potuit, die tertia Maji, anno milleſimo ducenteſimo duodecimo, in Feſto Aſcenſionis, irruentes. Hi Eccleſiæ Cathedralis theſauro violentas manus injiciunt, Vaſa ſacra auferunt, Hoſtias & ſacra Olea projiciunt, ſpoliant Sacerdotes, feminas, parvulos confugientes ad Eccleſiam, quæ deinde uno plus anno Interdicto ſubjacuit. Flammis delere urbem Duci animus erat; ſed poſtea mitigato ſatis fuit, a Canonicis & civibus ſacramentum fidei, qua ſe Ottoni Imperatori obſtringerent, exigere. *Ægyd. de Aur. Valle.* c. 100.

Exinde Epiſcopus, Synodo Hoji celebrata, Ducem Brabantiæ cum omnibus conſciis excommunicavit, cui Abbates quinque, Ducis ſubditi, ad expugnandam c. 103.

Sæcul. XIII. A. C. 1211.

dam ejus contumaciam aliis armis quam accensis & rite extinctis cereis opus esse, dixerunt. Horum ergo amplexus consilium Episcopus, collectis copiis, tandem die Dominica, decima tertia Octobris, anno Domini millesimo ducentesimo decimo tertio, Ducem Brabantiæ prælio vicit, coegitque Leodium venire, ad pedes suos prostratum absolutionem rogare, & propriis manibus Reliquias, tempore Interdictæ Ecclesiæ in terra positas, elevare.

§. 111.

§. 115.

§. V.

Joannes Rex Angliæ deponitur.

Matth. Par. an. 1211.

In Anglia Joannes Rex, ex Wallia redux, in medio mensis Augusti, Northamptonii duos Papæ Legatos habuit, Pandolphum Subdiaconum, in quo Innocentius maximam posuerat fiduciam, & Durandum Templi Equitem, qui ad pacem inter Regem & Ecclesiam reducendam advenerant. Rex, ipsis hortantibus, haud ægre concessit, ut Archiepiscopus Cantuariensis Stephanus Langtonius, ceterique Episcopi & Monachi relegati, ad sua redirent, sed promittere noluit, se de bonis eorum Fisco adscriptis, & damnis illatis satisfacturum esse. Quare Legati Pontificii, postquam nihil egissent, in Franciam revecti sunt.

Quo

Quo comperto Pontifex, Regis pervicaciam multum miratus, omnes ejus Vasallos & subditos a juramento fidelitatis absolutos denunciavit, districte & addita pœna excommunicationis prohibens, ne quis cum excommunicato sive ad mensam, sive suggerendo consilia, sive simpliciter colloquendo, communicaret. Erant vero Regi Joanni complures mali consiliarii, qui obstinatum confirmabant, & inprimis Episcopi tres, Curiam sequentes, Philippus Dunelmensis, Petrus Wintonienſis, Joannes Norwicensis, & Guilielmus Regis frater, ex impari matre, Comes Saresberiensis, Godefridus, supremus Regni Prætor, Richardus *du Marais*, Cancellarius, multique alii, qui Principi adulantes nihil aliud suadebant, quam quod placiturum noverant. Sæcul. XIII. A.C. 1211.

Anno sequente milleſimo ducenteſimo duodecimo Maugerius Episcopus Vigornienſis Pontiniaci, quo se se receperat, naturæ debitum solvit. Erat is ex illis Episcopis Angliæ quinque, qui ante annos quatuor, denunciata Regis Joannis excommunicatione, ut ejus furorem effugerent, in Franciam navigaverant. Duo alii ex eorumdem Episcoporum numero, nempe Guilielmus Londinensis & Eustachius Elisiensis Romam, cum Stephano Archiepiscopo Cantuariensi,

Sæcul. XIII. A.C. 1212.

profecti, Pontifici exposuerunt, quantis criminibus se Rex Joannes illigasset, ex quo Anglia interdicto subjaceret, & quam crudelem in modum Ecclesiam in suo Regno persequeretur. Tumque suppliciter rogarunt, ut Papa commiseratione Ecclesiæ Anglicanæ tangi se sineret. Ergo Papa ex consilio Cardinalium aliorumque virorum prudentum sententiam protulit; Joannem Regem de Solio Regio esse deponendum, &, Sacra Sede causam movente, digniorem ei successorem subrogandum. Ut vero, quod decretum erat, exequerentur, Papa, datis literis, Regi Franciæ injunxit; rem maximæ licet molis aggrederetur, Joannem Regem de throno pelleret, sicque ipse & ipsius successores Regno Angliæ jure perpetuo potirentur. Scripsit quoque Papa, Principibus, Viris Equestribus, aliisque Ducibus diversarum gentium; Crucis Militiæ nomen darent, Joannem Angliæ Regno exuerent, & sub Regis Franciæ vexillis Ecclesiæ universalis injurias ulciscerentur. Præterea denunciavit Pontifex; omnes, quicunque vel partem bonorum suorum, vel operam, ad Regem Rebellem perdendum, impenderent, illo Sacræ Sedis præsidio, quo ad S. Sepulchrum peregrinantes gauderent, tutos fore.

Tum

Tum Papa Pandolphum Subdiaconum, cum Stephano Archiepiscopo ceterisque Angliæ Episcopis in Franciam misit, curaturos, ut hæc mandata ipsis præsentibus executioni darentur. Pandolphus vero, jam jam a Papa abiturus, secreto interrogavit: *Si Regem Angliæ pœnitentem atque ad satisfaciendum Deo, Ecclesiæ Romanæ, omnibusque partibus, quas læsit, paratum habuero, quid vis, faciam?* Tunc ergo Pontifex Pandolpho conditiones aliquas tractandæ pacis tradidit, quas si Rex reciperet, veniam a Sacra Sede impetraturus esset. Sæcul. XIII. A. C. 1212.

Ceterum Regem Joannem non modo viris Regni sui Ecclesiasticis, sed etiam Nobilibus, populo, subditisque omnibus crudelitas, avaritia, & pudenda vitæ licentia invisum effecerant. Uxores, filiasque Procerum, structis insidiis interceptas omnibus viribus reluctantes, vitiaverat. Non nullos alios Optimatum, opes omnes extorquendo, in extremam conjecerat paupertatem, aliorum propinquos & amicos ex Anglia expulerat, bonis ærario suo addictis. Hi omnes magnam profitebantur lætitiam, cum eis denunciaretur, quod Summus Pontifex juramentum fidelitatis, quo Regi adstringebantur, solvisset. Quin etiam complures Angliæ Principes, missis nunciis, cum Epistolis sigillo munitis, Regem

Sæcul. XIII A. C. 1212. Franciæ invitasse ferebantur; trajiceret in Angliam, & coronam acciperet (*).

§. VI.

(*) Bey dem allen was in diesem Abschnitte vorkömmt, können zwar die Katholicken, welche die Gewalt über die Kronen und Länder der Königen den Päbsten absprechen, sagen, es wären Mißbräuche gewesen; die Protestanten aber handeln wider die Billigkeit, wenn sie gleichsam den Päbsten allein alle Schuld beylegen. Es waren ja Bischöffe, schier ganze Völker, Cardinäle, bisweilen Könige und Fürsten in diesem Vorurtheile, ob schon diese Lehre niemal allgemein gewesen ist; So kann es auch niemand Wunder nehmen, wenn in diesen Jahrhunderten einige Päbste gemeynet, sie könnten in gewissen Fällen diese Gewalt ausüben. Nun saget Windheim in der Materie von der Excommunication oder Ausschliessungsrechte aus der Kirche, im dritten Hauptstücke Mosheims, man hätte bey ihnen dieses Recht abgeschaffet, und ist der Meynung, die Mißbräuche hätten die Sache selbst nicht aufheben können. Allein es folget hieraus, daß die Herren Protestanten in ihrer Reformation auch nur die Mißbräuche der römischen Kirche hätten nach und nach aufheben sollen, nicht aber die Kirche selbst verwerfen, und ihre so wohl auf das Wort Gottes, als auf den Besitz aller Jahrhundert gegründete Rechte auf einmal zernichten.

Es

§. VI.

Sæcul.XIII. A.C.1212.

Concilium Parisiense.

Ut propositum de sancta expeditione contra Infideles suscipienda exequeretur Innocentius Papa, literas ad omnes Europæ populos præsertim ad Francos dedit, ad quos misit Legatum Robertum *de Corçon*, Cardinalem, Titulo S. Stephani in monte Cælio. Erat is vir nobilis ex Ordine Equestri, Gente Anglus, qui postquam primas literas Oxonii didicisset, & deinde anno millesimo centesimo octogesimo veniisset Parisios, Theologiæ Doctor creatus, atque Canonicus & Ecclesiæ Cathedralis Cancellarius receptus est. Innocentius Papa deinde Robertum, olim Parisiis, cum literis vacarent, amicum suum & socium, Romam vocatum, ac Cardinalis Dignitate auctum, in Franciam, ad prædicandum bellum sacrum, misit. Abituro autem Epistolas tradidit, illius Regni Episcopis & Clericis, Philippo Regi, Ludovico filio ejus natu majori, & Blancæ Reginæ, Philippi uxori, reddendas.

Hist. univ. Paris. to.3. p.798.

Innoc. XIV. ep. 126.

XIV. ep.31. 33.

Es ist auch hier zu merken, daß in diesem Abschnitte Herr Fleury nicht die Worte des Pabstes Innocentius, sondern des Matthæus Paris erzählet.

Sæcul. XIII. A.C. 1212.

Robertus Legatus, Concilio anno milleſimo ducenteſimo duodecimo Pariſiis celebrato, Pontificis & ſua auctoritate, conſentientibus Epiſcopis, complures Conſtitutiones ad reformandam Diſciplinam Eccleſiaſticam promulgavit, in quatuor partes diviſas, quæ ad Clericos Sæculares, Regulares, Moniales, & Prælatos ſpectant. Referam Capita præ ceteris notatu digna. Damnatur abuſus, qui in quasdam Eccleſias irrepſerat, ubi Canonici, cum principio & fini Horarum intereſſent, in medio autem ad alia digreſſi abeſſent, nihilominus Portionem recipiebant. Clerici Prælato ſuo, & non alii, niſi ipſo conſentiente, confiteantur. Soli Clerici Cauſidicorum munere tunc fungebantur; unde Concilium prohibet, ne illi, qui Beneficia tenent, cum clientibus ſuis de mercede paciſcantur, & illi, quibus nullum eſt Beneficium Eccleſiaſticum, ne ſtipendium nimium exigant. Damnatur juramentum Clericorum, de non commodando alteri libros aut res alias, aut de non fidejubendo pro altero, & ſi quis ob talem cauſam excommunicatus fuerit, cenſura nulla declaratur. Non admittantur Prædicatores quæſtuarii, ſive Reliquias quasdam, ſive nullas portent. Nullum pretium pro prædicatione in aliqua Provincia ad modum conducti & locati interce-

Tom. 11. *p.* 57.

Part. 1. *c.* 2.

c. 5.

c. 6.

c. 7.

c. 8.

tercedat. Parochi alias Parochias re- Sæcul. XIII.
gendas pro certo censu non suscipiant, A. C. 1212.
suas alteri non committant, aut in aliis Ecclesiis Capellani officium obeant.

Nullus Presbyter in quadam Paro- c. 12.
chia, sine mandato Parochi, aut ejus Superioris, Confitentes audiat. In hoc Canone Parochus, proprius Sacerdos, dicitur. Nemo compellatur ad Lega- c. 11.
tum Testamento suo inferendum, unde Missarum stipendia vel uno anno vel triennio vel septennio accipiantur. Nec Presbyteri tot se missis onerent, ut eas legendas aliis committere debeant, aut pro defunctis Missas *siccas* celebrare cogantur. Ex his dispicimus, consuetudinem stipendia Missarum dandi illa ætate fuisse stabilitam (*).

(*) *Missas siccas pro defunctis.* Sunt verba propria in Actis Conciliorum, quas Fleurius reddidit: *des Messes seches.* De his Missis sictis R. P. D. Cajetanus Maria Merati in novis Observationibus ad Gavanti Commentaria Tomi I. Parte I. dicit: *Missa sicca vocatur illa, quæ caret non solum Consecratione, sed etiam sumptione Corporis Christi Domini, unde non est nisi larva & simulatio quædam veræ Missæ... a privata quorumdam devotione introducta, in gratiam Infirmorum, eorumque, qui domo exire & Missæ publicæ interesse nequibant...*

Ceterum

Sæcul. XIII. A. C. 1212.

Canones Concilii Parisiensis.

Par. 2. *c.* 2. De Religiosis statuitur, ne aliquis recipiatur infra octavum decimum annum. Suspecta in monasteriis ostiola obstruantur. Religiosi non utantur chirotecis albis, pileolis ex gossipio, aliove vestitu pretioso. Ex monasterio ad frequentandum scholas non exeant. Quotiescunque Prælati Religiosis suis subditis iter faciendi licentiam concedent, ipsi sumtus suppeditent, ne in opprobrium Ordinis sui mendicare cogantur. Nempe necdum Ordines Mendicantium nati fuerant.

c. 3.

c. 9.

c. 11.

Ceterum de Ritibus & Antiquitate hujus Missæ . . . differit etiam Bocquillot lib. 2. c. 7. dicendo cum Martene, quod Cartusienses adhuc frequentant in Cellis sæpius Missas siccas, quarum unam de Beata Maria videre est in eorum Breviario, edito anno millesimo quingentesimo octogesimo septimo. . . . Hanc Missam tamen siccam in Concilio Parisiensi anno millesimo ducentesimo duodecimo cap. 12. prohibitam non nulli censent. . . . Mihi autem videtur prædictum Concilium non absolute prohibere hanc Missam, sed solum declarare, hujus Missæ recitatione non satisfieri oneribus celebrandi Missas. . . . Eam tamen Missam laudat & commendat Genebrardus in lib. de Liturgia Apostolica Gallice conscripto cap. 30. qui etiam testatur, se anno 1587. Taurini in Exequiis Viri cujusdam nobilis, qui vesperi sepeliebatur, hujusmodi Missæ cum sacris Ministris solemniter celebratæ interfuisse. &c.

fuerant. Abbates monachis ſuis Præpoſituras, conſtituto cenſu, ſibi reddendo, non concedant. Si enim tali monacho pars cenſus ſuperfuerit, tanquam rem propriam ſibi ſervabit. Si pretium Abbati reddendum nimium ſit, monachus nullam viam intentatam relinquet, qua Abbati ſuo ſatisfaciat. Nulli viro Religioſo duo Prioratus aut alia ſimilia munera conferantur. Sæcul. XIII. A. C. 1212. *Part* 3. *c.*20. *Part.*2. *c.*13. *c.*17.

Si vir Religioſus officium Cauſidici pro hominibus ſæcularibus, avaritiæ cauſa, obeat, perpetuum ei injungatur ſilentium. Sed ei cauſam dicere in foro pro viris Regularibus liceat. In nullo Prioratu numerus Monachorum minuatur, ubi priſtinæ facultates non deficiunt. *c.*19.

Quia Moniales necdum illa ætate in monaſteriis accurate clauſis degebant, Concilium prohibet, ne Clerici vel famuli, in quos ſiniſtra ſuſpicio cadere poſſit, apud eas tollerentur. Non liceat Monialibus clam & ſine teſtibus parentibus ſuis colloqui. Si, Præpoſita licentiam dante, ex monaſterio digrediantur, ad inviſendos propinquos ſuos, ſorores prudentes eas comitentur, & cito ad clauſtra redeant. Nunquam vel intra vel extra Clauſtra ſaltitent. Prohibetur abuſus, quo ſingulis dabatur pecunia, unde alimenta & veſtes pararent, *P.*3. *c.*1. *c.*3. *c.*4.

Sæcul. XIII. A. C. 1212.

sed tam modica, ut præterea etiam aliunde vitæ subsidium, ac non nunquam industria parum honesta, quærere compellerentur. Quare Episcopis injungitur, ut numerum Monialium pro facultatibus cujuscunque domus statuant.

c. 7. Abbatissa, & Monialium Capellani, præcipiebant, ne cuiquam alii quam ipsis confiterentur, timentes, ne earum peccata ad notitiam Presbyterorum piorum pervenirent, qui eas pro merito castigari

c. 9. curarent. Episcopis ergo injungitur, ut viros delectos & prudentes Monialibus Confessarios dent. Nosocomiis adhucdum viri Religiosi præfecti erant; quare jubet Concilium, ut illi, qui ad obsequium pauperibus exhibendum deligerentur, tria vota paupertatis, continentiæ, & obedientiæ ederent, & plures numero non essent, quam ægroti, quibus inservirent. Sæculares in has domos se non recipiant, pietatis specie, re vera autem, ut Judicum Sæcularium potestatem effugiant.

P. 4. c. 1. Prælatis commendatur modestia, & gravitas vestitus, totiusque corporis habitus. Verbis terribilibus & pudendis

c. 2. non jurent. Matutinos non audiant, in lecto decumbentes, valente corpore. Dum peragitur Officium divinum negotiis sæcularibus non vacent. Non ve-

c. 4. nentur, non ludant. Prælatorum familia

lia sit modestiæ studiosa, & non nimis ampla, illisque, qui eam sustentare non nunquam coguntur, ingenti oneri. Porro Præfecti Familiæ Episcopalis sequentes memorantur, Cubicularius, Pocillator, Pistoribus Præpositus, & Magister Palatii. Præfecti eorumque famuli subditos Diœcesanos exactionibus erubescendis non vexent. Prælati in sua familia non alant moriones, quorum non aliud est negotium, quam Dominos suos ad risum movere. Sæcul. XIII. A. C. 1212. c. 10. c. 13.

Pro labore sigillum literis suis imprimendi nihil accipiant. Nec ad redimendos sumtus visitationis localis, quando non visitant, quidquam exigant, nec pro licentia sepeliendi excommunicatos, nec pro dissimulatione, qua Presbyterorum concubinas tolerent, nec pro dispensatione, qua Beneficia possidentes susceptionem Ordinum sacrorum differant, nec pro illa dispensatione, qua Denunciationes nuptiarum omittantur. Cum Excommunicationis censuram tollunt, non eis satis sit mulctam pecuniariam ab absolutis exigere, sed etiam pœnam spiritualem injungant. Tandem Festum Fatuorum celebrari prohibetur; unde cognoscimus, illud necdum fuisse abolitum. Ex memoratis vero Constitutionibus dispicimus, quales abusus illud ævum infecerint. c. 16. *Sun. Lib. LXXV.* §. 10.

§. VII.

Sæcul. XIII. A.C. 1212.

§. VII.

Fridericus Rex Romanorum.

Chron. Foſſæ nov. 1211. 1212. *Abb. Urſp. p.* 319. *Chr. Godef.* 1211. 1212.

Inter hæc Ottoni Imperatori redduntur literæ, quibus nunciabatur; Germanos, a ſe deficientes, Fridericum Siciliæ Regem, Imperatorem elegiſſe, eique miſiſſe Legatos, qui coronam offerrent. Accepto triſti nuncio, Otto, relicta Italia, ante Quadrageſimam anno milleſimo ducenteſimo duodecimo in Germaniam remeavit. Fridericus quoque, ſuſcepto in Germaniam itinere, die decima ſeptima Martii, hoc anno in Sabbato Palmarum, Beneventum pervenit. Inde Romam petiit, ubi a Papa, qui eum eligendi Principibus auctor fuerat, magno gaudio, & liberali hoſpitio cum omnibus ſuis exceptus, deinde Genuam usque itinere maritimo deductus eſt. Ipſumque peragrata Longobardia, per vallem Tridentinam in Germaniam penetrantem Epiſcopus Curienſis, & S. Galli Abbas Conſtantiam comitati ſunt. Obvium ſe ſe intulit Otto cum exercitu; ſed viribus inferior in Saxoniam rediit. At Friderico, Moguntiæ ad Feſtum S. Andreæ Comitiis celebratis, multi Principes fidem jurando præſtiterunt.

Innocentius vero Papa, ut Ottonis deſertoribus animum adderet, datis literis, Archiepiſcopos Moguntinum & Magde-

Magdeburgenſem, Sacræ Sedis Legatos, per totam Germaniam diſtricte juſſit præcipere, ne quis ab Ottone, quem Tyrannum appellat, officiis vel beneficiis illorum, qui ab ipſo defeciſſent, inveſtiri ſe patiatur, niſi eodem excommunicationis vinculo involvi velit. Hæc Epiſtola die quarta Aprilis anno milleſimo ducenteſimo duodecimo data eſt. Altera die Papa, literis ad Epiſcopum Taurinenſem & Præpoſitum S. Gaudentii Novarræ datis, nullam declaravit ſententiam, ab Ottone latam in Epiſcopum Comenſem, qui in cauſa peculiari ad Curiam Imperatoris vocatus non venerat; *quia*, inquit Papa, *Excommunicatus nulla jurisdictione gaudet.* Sæcul. XIII. A.C. 1212. *ibid. ep.* 31.

§. VIII.

Vita S. Franciſci.

Sanctus Franciſcus, approbatione Inſtituti ſui ab Innocentio Papa impetrata, viam, quæ ad vallem Spoletanam ducebat, ingreſſus, magnam fiduciam, tanta munitus auctoritate, concepit. In itinere cum ſociis diſputabat; qua potiſſimum ratione Regulam ſuam fideliſſime ſervarent, in via ad perfectionem ſemper progrederentur, aliisque virtutum exempla præberent. Diu tenuit colloquium, & ipſi, hora prandendi præterlapſa, fatigati in deſerto ſubſtiterunt, peni- *Sup. Lib. LXXVI. §.* 55. *Bonav. c.* 4. *Vading.* 1210. *n.* 20.

Sæcul. XIII. A. C. 1212.

penitus ignari, unde quidquam cibi adveniret. Et ecce, conspicuus fit ipsis vir, manu tenens panem, quem cum eis dedisset, protinus videri desiit, ipsis unde venisset, vel quo abiisset, inscius. Quare in proposito confirmantur omnes, quod nunquam paupertati sacræ, quam servaturos se promiserant, renunciaturi essent, quæcunque demum calamitas vel necessitas superveniret. Ad vallem Spoletanam reversi, deliberare cœperunt, an cum hominibus conversari, vel solitudinem quærere præstaret. Cumque Franciscus ferventissime orasset, intellexit, a Deo se mitti, ut Cœlo aliorum animas lucraretur.

Ergo cum Sociis in quoddam desertum tugurium prope Assisium urbem se recepit, ubi continuo orationi vacabat, magis mentali quam vocali, necdum enim libros habebant, ex quibus Officium Canonicum recitarent; tanta eorum paupertas erat! Pro libro fuit Crux lignea, a Francisco in medio Casulæ erecta, ad quam collecti orabant. Ipse socios suos docebat, Deum in omnibus suis Creaturis laudare, Sacerdotes singulari veneratione prosequi, Fidei Ecclesiæ Romanæ constanter adhærere, eamque simpliciter confiteri (*). Tunc autem duodecim

Vading. n. 26.

(*) Ein heiliger Franciscus giebet gleich zu Anfang

decim Discipulos numerabat, cumque sciret, plures alios ejus societatem cupere, sed cellæ in quibus habitarent, deessent, Sæcul. XIII. A.C. 1212.

Anfang der Stiftung seines Ordens seinen Lehrjüngern den Grundsatz, daß sie der Lehre der römischen Kirche standhaft sollen zugethan bleiben. Ohne Zweifel um sie vor den Irrthümern der damaligen Albigenser und Waldenser, welche der heutigen Herren Protestanten Voreltern gewesen, zu bewahren. Und dieses zwar billig, dieweil es eine pure Unmöglichkeit ist, der Lehre einer andern Kirche mit einer wahren Standhaftigkeit beyzupflichten, da doch keiner andern Kirche Lehre, weder der alten Waldenser, noch der neuen Protestanten, selbst iemal einerley, unverändert, und beständig gewesen. Wir wollen den unvergleichlichen Bischoff zu Meaux den Herrn Bossuet in seiner Vorrede zu der Histoire des Variations des Eglises Protestantes oder von den Veränderungen in den protestantischen Kirchen, anhören. Seine Worte ins Deutsche übersetzet sind folgende. Wenn die Protestanten ausführlich wüßten, auf was für eine Art ihre Religion entstanden, und sich nach und nach gestaltet habe, mit wie vielen Veränderungen und mit was für einer Leichtfertigkeit ihre Glaubensbekänntnißen seyen entworfen und zusammen getragen worden, wie sie sich erstlich von uns, und alsdenn unter sich selbst getrennet haben, wie oft sie spitzfindige Ausflüchte, krumme Weege und zweydeutige

Sæcul. XIII. A.C. 1212.

deessent, Ecclesiam, dictam *Portiuncu-lam*, a se olim reparatam, in tota illa Regione pauperrimam, a viris Ordinis S. Be-

ge Worte zu Hülfe nehmen müssen, womit sie sich bemüheten ihre Spaltungen zu verbessern, und die zerstreueten Glieder ihrer uneinigen Reformation zu versammeln, so würde die so hoch gepriesene Reformation, mit welcher sie sich breit machen, sie selbst ganz und gar nicht vergnügen, sondern, damit ich frey heraus sage, was ich denke, so würde ihnen ihre eigene Religion nichts als Verachtung einflößen. Und nachdem Bossuet einige Sätze zum Grunde geleget, saget er auf der VIII. Seite: Aus diesen getraue ich mir den Protestanten die Falschheit ihrer Religion zu erweisen; weil sie immer von einem Vorwande zum andern abgesprungen, und weil sie auf eine so veränderliche und unbeständige Weise ihre Lehre ausgeleget, nicht etwann einzele Personen, sondern ganze Gemeinden, in den von ihnen sogenannten symbolischen Büchern, nämlich in solchen Büchern, in welchen sie die Einigkeit ihrer Gemeinden zu erweisen vermeyneten, ja in ihren Glaubensbekänntnißen, so sie anzunehmen beschlossen, unterschrieben, versiegelt, und ans Licht gegeben, als die Lehre, welche mit dem reinen Worte GOttes vollkommen übereins käme, die sie gleichwohl so oft verändert und in den wesentlichen Artickeln umgeschmolzen.

Was

S. Benedicti sibi dari petiit; quam post- Sæcul. XIII.
quam obtinuit, Sedem ibi fixit. Hæc A.C. 1212.
prima Familia, & Fratrum Minorum o-
rigo, fuit.

Exinde Franciscus per urbes & vicos, non præparatis & ornatis sermonibus, sed in unctione Spiritus Sancti pœnitentiam prædicabat. Omnibus eum conspicientibus ex alio orbe homo advenisse videbatur, elevatis semper in Cœlum oculis, quo cunctos auditores invehere conabatur. Quare post breve temporis spatium accesserunt & novi Discipuli duodecim, viri virtutibus inclyti, eosque aliis compluribus sequentibus, anno millesimo ducentesimo undecimo, non nullas Familias fundavit, quas inter magis spectabiles, Cortonensis, Pisana, & Bononiensis extiterunt. Peragrata Tuscia, initio Quadragesimæ, anno millesimo

Was nun Herr Bossuet verspricht, das bewirket er in seinem Buch unwiderleglich, aus welchem ich eines und anders in folgenden Anmerkungen zur Prüfung anführen werde; damit man sähe, wie Mitleydens würdig es klinget, wenn ein Herr Windheim in seinen Anmerkungen über ein sogenanntes allgemeines Kirchenrecht der Protestanten seinen einfältigen Schülern weis machen will, daß die Katholicken in Streitschriften zum Stillschweigen wären gebracht worden.

Sæcul. XIII. A.C. 1212.

lesimo ducentesimo duodecimo Assisium rediit Franciscus, cujus tanta ubique erat reverentia, ut quamcunque urbem intraret, pulsarentur campanæ, Clericique & populus, eum excepturi, cum arborum ramis, in Canticis lætitiæ, exirent. Alii vestimenta ejus devote tangebant, alii osculabantur vestigia. Felicissimi habebantur, quibus ipsas viri manus pedesve ore premere obtigisset. Socio suo miranti, quod talem honorem sibi exhiberi pateretur, & causam quærenti, Vir sanctus, *Scito, frater mi,* inquit, *quod cunctos hosce honores ad Deum remittam, nihil omnino mihi ipsi tribuens, non aliter ac imago Principis de exhibito sibi a subditis honore nihil capit. Alii autem bene merentur, cum Dei creaturam in me vilissimo homuncione honorant.* Itaque ista Quadragesima Assisii prædicans multos convertit, quos inter S. Clara nemo illustrior.

§. IX.

S. Claræ exordia.

Sancta Clara in ipsa urbe Assisio lucem primo aspexerat, stirpe nobili, patre Equestris Ordinis viro, propinquis omnibus tam ex paterno quam materno genere militiam sectantibus, atque ex domo, pro regionis illius conditione, satis opulenta. Matrem sortita erat Hortulanam,

lanam, feminam piiſſimam, bonis operibus intentam, quæ, ut vulgaris erat illa ætate devotio, in Terram ſanctam fuerat peregrinata. Doloribus proximum partum indicantibus, inſtantiſſime orabat, ut feliciter prolem eniteretur, cum vocem audivit, dicentem ſibi: *Noli timere, lumen effundes, quod mundum illuſtraturum eſt.* Quare natam filiam *Claram* appellavit. Ea ab unguiculis proniſſimo in pauperes animo, & orationi dedita, cum aliud ſubſidium, quo memoria retineret, quoties recitaſſet *Pater Noſter*, deeſſet, lapillos ſingulos reponebat, unde precum ſuarum numerum cognoſceret. Cilicio ſub pretioſis veſtibus cingebatur, & nuptias, alteri exoptatas, rejecit, virginitatem ſuam Deo conſecratura.

Sæcul. XIII. A C. 1212.

Vit. ap. Sur. 13. *Aug.*

Vading. an. 1212. *n.* 10. *c.* 3.

Cum fama S. Franciſci, perfectionem Chriſtianam, jam diu oblivione ſepultam, in orbem reducentis, ad Claræ aures perveniſſet, deſiderium eum videndi, & ſermonem conferendi ſubiit, cum viciſſim Franciſcus, ubi de Claræ eximiis virtutibus inaudiit, non minori ardore eam noviſſe, atque ad Deum perducere, cuperet. Non nunquam ſe ſe inviſebant, caute tamen, ne rei novitas multis confabulandi materiam præberet. Permovit ergo Vir ſanctus Virginem, ut ſe totam divino ſervitio manciparet;

Sæcul. XIII. A. C. 1212.

& ipsa se ejus Disciplinæ simpliciter tradidit. Quod statuerat, in Dominica Palmarum, die decima octava Martii, anno millesimo ducentesimo duodecimo, executa est, in hunc modum. Tempore matutino cum aliis nobilibus feminis, splendide vestitis, ad templum delata, ceteris ad Altare gradum præcipitantibus, ut ramos olivarum acciperent, modestissime in loco suo perstitit, & descendens Episcopus palmam ei detulit, in signum victoriæ, quam de mundo reportatura erat. Nocte sequente omnia ad fugam comparavit, ut suaserat Vir sanctus, delegitque socias, ne sinistre suspicandi locum daret. Clam ergo ex domo & urbe dilapsa ad Ecclesiam S. Mariæ *de Portiuncula* contendit, ubi a Fratribus, cum Matutinos cantarent, lucentibus cereis excepta, &, deposito molli cultu, eorumdem officio absciss capillis, tonsa est. Tum, cum ante Altare habitum pœnitentiæ accepisset, eam Franciscus interim ad Ecclesiam S. Pauli deduxit, donec aliam sedem fixam inveniret. Junctum erat Ecclesiæ S. Pauli Monasterium Virginum, Regulam S. Benedicti profitentium; Clara vero annum ætatis decimum octavum agebat.

c. 4.

S. Claræ fuga.

Vading. n. 21.

Ubi Claræ consanguineis & propinquis compertum fuit, cognatam suam ad S. Paulum se recepisse, furore accensi, tur-

vit. c. 5.

turmatim advolant, nunc blanditias, nunc vim ad eam ab isto loco abstrahendam adhibent, illud præcipue inclamantes; abjectissimum vitæ genus, cujus in hanc usque diem in patria sua nullum occurreret exemplum, clarissimæ familiæ ingenti probro futurum. At illa arrepto Altaris velamento, rasum caput ostendens, negabat, se ullis viribus humanis a JEsu Christi servitio avelli posse. Ac tandem, cum per aliquot dies vehementissimos insultus repulisset, cognatos ad acquiescendum coegit. Post breve temporis spatium ab Ecclesia S. Pauli ad aliam S. Angeli *de Pansa*, ejusdem Ordinis S. Benedicti, divertit, & quia nec ibi tantam, quantam cupiebat, quietem invenit, auctore S. Francisco, apud Ecclesiam S. Damiani perseveravit. Sæcul. XIII. A. C. 1212.

Cum adhuc ad S. Angelum moraretur, Agnetem sororem suam, natu minorem, ad se pertraxit. Suavissimi antea contubernii desiderium absentiam intolerabilem ambabus efficiebat; quare, Clara Deum ferventissime orante, ut sorori quoque suæ amorem solitudinis suggereret, Deoque famulæ suæ preces cito exaudiente, Agnes post sexdecim dierum lapsum eam secuta est. Tunc vero altera a propinquis excitatur tempestas; nam proxima post fugam die viri *c.* 16.

Sæcul. XIII. A.C. 1212. duodecim ad Monaſterium S. Angeli contendunt, ac ſtatim quidem lenitatem & manſuetudinem ſimulabant, ſed intra limina admiſſi, & converſi ad Agnetem (quippe Claram mutari poſſe deſperaverant) *quid tibi & Monaſterio*, inquiunt, *quid puellula hic loci facturae es? actutum ad domum paternam nobiscum remea.* Illa reſpondente, quod a ſorore dividi nollet, aliquis Equeſtris Ordinis in adoleſcentulam barbare irruit, pugnis pedibusque pulſat, capillos divellit, dum alii eam vi ablaturi ſuis brachiis extollunt. Miſella clamabat; *cariſſima ſoror, juva!* cumque a viris de monte deorſum raptatur, veſtes reluctantis lacerantibus & abruptos capillos in viam ſpargentibus, Clara ad cœlum ardentes pro ſorore preces mittebat. Et ecce prodigium! tam grave effectum eſt ſubito puellæ corpus, ut eam de terra levare, ne quidem accedente auxilio illorum, quos in agris & vineis operantes advocarunt, nequiverint. Tandem, ubi Clara ad locum perrexit, rogans propinquos; ab incepto abſiſterent, frendentes receſſerunt.

c. 5. Agnes humo ſurrexit lætiſſima, totam ſe Deo devovit, & capillos, ipſo S. Franciſco manus admovente, ſibi abſcindi ſuſtinuit. S. Clara exinde tranſiit ad S. Damiani Eccleſiam, omnium primam,

v. Mart. Ro. 12. Aug.

mam, a S. Franciſco reſtauratam, ubi per annos quadraginta duos verſata, complures converſionis ſuæ ſocias congregavit. Sæcul XIII. A.C. 1212.

Hoc Inſtituti pauperum mulierum, Italice *delle povere Donne*, quod nos Ordinem S. Claræ dicimus, exordium fuit.

§. X.

Preces ſolemnes Romæ.

Moniales aliæ, ut ſuperius memoravi, necdum penitus incluſæ erant; quod etiam ex illis Summi Pontificis mandatis diſpicimus, quibus hoc anno ſolemnes preces, ad implorandum adverſus Mauros in Hiſpania Dei auxilium, præcepit. Anno milleſimo ducenteſimo decimo Alphonſus IX. Rex Caſtiliæ inducias, cum *Abu-abdalla Mahomet, Emiralmumenin* quarto ex ſtirpe Almohadum, in Africa & Hiſpania dominantium, initas fregerat, tumque, bello invicem dicto, Mauri multas urbes in ſuam poteſtatem redegerant. Ergo Rex Alphonſus ab omnibus Principibus Chriſtianis, Roderico Archiepiſcopo Toletano aliisque Legatis in varias Provincias miſſis, opem rogavit. Papa quoque, edoctus periculum, Hiſpaniæ formidandum, datis ad Præſules illius Regni literis, monuit; ab omnibus Regibus Chriſtianis contra Infideles militum ſubſidia peterent. *Rodrig. 7. c. 34.* *idem 8. c. 1.*

Sæcul. XIII. A.C. 1212.

Cumque Rex Caſtiliæ, Epiſcopum Segobienſem electum Romam miſiſſet, ad acceleranda auxilia, Pontifex, datis ad Præſules Franciæ & Provinciæ, ac inprimis ad Archiepiſcopum Senonenſem literis, præcepit; omnes Diœceſanos ſuos hortarentur, ut ad pugnam adverſus Mauros, infra octavam Pentecoſtes anno milleſimo ducenteſimo undecimo obeundam, proficiſcerentur, eamdem promittens Indulgentiam, quæ Crucigeris concedebatur. Ita Rex Caſtiliæ valida agmina non ex Hiſpania modo ſed etiam ex Provinciis ultra montes poſitis accepit. Non nulli Præſules ad hoc ſacrum bellum profecti ſunt, ex quibus Archiepiſcopus Narbonenſis, Arnaldus olim Abbas Ciſtercienſis, Archiepiſcopus Burdegalenſis, & Epiſcopus Nannetenſis eminuerunt. Francorum duo millia virorum Equeſtrium cum ſuis armigeris, ac præterea decem millia equo, ac quinquaginta millia pedibus militantium adfuerunt. Tunc vulgo *Sergens* gregarii milites, Equeſtris Ordinis viris in prœlio parentes, ſeu ſervientes, dicebantur.

13. *ep.* 183.
14. *ep.* 3. 45.
14 *ep.* 154. 155.
Roderic. 8. *c.* 1. 2 *ex ap. Innoc. XV.* 182.
vid. Cang. Gloſſ. ſerviens.

Romæ vero Papa omni populo inter preces ſolemnes, Feria IV. Pentecoſtes, die decima ſeptima Maji, anno milleſimo ducenteſimo duodecimo, procedendum eſſe indixit, ritumque præſcripſit

15. *poſt epiſt.* 181.

in

in hunc modum: Summo mane mulieres ad S. Mariam Majorem, Clerici ad Basilicam duodecim Apostolorum, & Laici ad S. Anastasiam colligantur, ac exinde omnes ad Forum Lateranense procedant, hoc ordine. Mulieribus Crux S. Mariæ Majoris præferatur, Moniales primæ eant, tum aliæ, omni vestium cultu, in quo vel aurum vel sericum splendet, abjecto, & nudis, quotquot poterunt, pedibus. Clericos præcedant Monachi & Canonici Regulares, Laicos vero Hospitalarii. Congregatis in foro omnibus, Papa cum Episcopis & Cardinalibus intrabit Ecclesiam, quæ Sanctum Sanctorum dicitur, &, accepta vera Cruce, ad gradus in medio fori procedet, unde dicet ad populum. Tum mulieres ad Ecclesiam S. Crucis digrediantur, ubi Cardinalium alicujus Missæ intererunt. Papa Missam pro omnibus Clericis Laicisque in Basilica Lateranensi celebrabit, unde nudis pedibus ad S. Crucem transeant. Omnes jejunent, nec pisces, nec cibum coctum comedant, qui poterunt, in pane & aqua jejunent, & largissime eleemosynas dividant. Sæcul. XIII. A.C. 1212.

§. XI.

Alphonsi IX. de Mauris Victoria.

Haud diu post Pontifici redduntur literæ, a Rege Alphonso scriptæ, in *ap. Inn. XV. ep. 182.*

Sæcul. XIII. A. C. 1212.

quibus referebat victoriam suam de Saracenis in campo vulgo *Las-Navas* de Tolosa, prope *la Sierra Morena*, die Lunæ, decima sexta Julii anno salutis humanæ milleſimo ducenteſimo quinquageſimo, Hegiræ ſexcenteſimo nono, reportatam. Cæſa ſunt octoginta quinque equitum millia, peditum interfectorum numerus tantus fuit, ut iniri non potuerit, ſed illud exploratum, plus quam centum millia Saracenorum totis campis jacuiſſe. Chriſtiani haud plus quam circiter triginta poſt prœlium deſiderati, præda quoque ingens parta. Cum Chriſtianis dimicarunt Reges Arragoniæ & Navarræ, Arnaldus Archiepiſcopus Narbonenſis, Rodericus Archiepiſcopus Toletanus, jubens Crucem ſuam ſibi præferri, Telles Epiſcopus Palentinus, Rodericus Seguntinus, *Menendo* Orſonenſis, Dominicus Placentinus, & Petrus Abulenſis. Clerici deinde, multi numero, in ipſo campo, *Te Deum laudamus* decantantes, omnipotenti Deo pro conceſſa victoria gratias egerunt. Cum Epiſtola Rex Caſtiliæ Pontifici miſit ex ſpoliis inimicorum dona, Regia magnificentia digna, tabernaculum totum ex ſerico, ac Vexillum auro intexto fulgens, quod ſuſpenſum Eccleſiam S. Petri decoravit. Innocentius Papa, accepto beato nuncio, Clericis, populoque

Rod. 13. *c.* 6.

Rich. de S. Ger.

15. *ep.* 183.

que Romano convocatis, Deo gratias dixit, Regisque Castiliæ Epistolam recitari jussit, quam ore proprio ex Latino in Italicum sermonem vertens explicavit, tum orationem ad universos tantæ lætitiæ accommodavit. Id enim sua Epistola, die vigesima sexta Octobris anno millesimo ducentesimo duodecimo data, testatum facit. Sæcul. XIII. A. C. 1212.

§. XII.

Res Albigensium.

Belli contra Albigenses in Occitania necdum finis; sed diverso tempore multæ urbes obsidione premebantur. Guido Episcopus Carcassonensis, antea Abbas Vallium Sernacensium, suscepto post abitum Legati, Archiepiscopi Narbonensis, imperio militari, bellum labore incredibili urgebat, ita ut somni cibique capiendi obliviscceretur. Complures alii Præsules huic sacræ Expeditioni, quæ JEsu Christi causa dicebatur, intererant, atque præter alios Robertus Archiepiscopus Rotomagensis, Robertus Episcopus electus Laudunensis, Guilielmus Archiepiscopus Remensis, qui in obsidione Mossiaci oppidi militavit, Episcopi Tulensis & Albigensis, Guilielmus Archidiaconus Parisiensis, qui Episcopatum Bliterrensem recusaverat, ac complures Abbates. *Hist. Albig. c.* 63.

Mense

Sæcul. XIII. A. C. 1212.

Mense Novembri eodem anno millesimo ducentesimo duodecimo Simon Comes Montfortius, omnibus Episcopis ac viris nobilibus illius provinciæ ditionisque suæ Apamias convocatis, Comitia celebrare, & leges edere constituit, quibus consuleretur Religioni, pax reduceretur, & corrupti mores emendarentur. Quippe jam diu Regio illa latrociniis infestabatur, potentioribus inferiores opprimentibus. Cupiebat ergo Comes Optimatibus limites ponere, quibus eorum potestas coerceretur; Nobiles suis censibus contenti viverent, plebs sub eorum præsidio suis quiete frueretur, & exactionibus continuis ad extremam egestatem non redigeretur. Ad condendas has constitutiones Mandatarii duodecim delecti sunt, Episcopi duo, Tolosanus & Consuranensis, Templarius unus, unusque Hospitalarius, viri Equestris Ordinis Franci quatuor, indigenæ quatuor, nempe Equestres duo, ac duo cives. Quæ deinde Statuta seu Consuetudines conscriptas, & omnium Episcoporum præsentium annulo munitas, Comes cum omnibus Vasallis suis servaturum se, juravit.

to. 11. Conc. p. 50.

§. XIII.

Sedes Constantinopolitana vacans.

Innoc. XIV. ep. 97.

Thoma Morosino Patriarcha Latino Con-

Constantinopolitano, mense Junio, anno millesimo ducentesimo undecimo, Thessalonicæ fatis functo, præstituta ad eligendum successorem die, Veneti Archiepiscopalem Dignitatem in Gente sua in perpetuum conservaturi, haud sane pauci & armati Ecclesiam sanctæ Sophiæ intrant, Sedes Canonicorum prope Altare proterve occupant, magno clamore denunciantes, eos morte vel membrorum amissione pœnas daturos esse, qui Venetum eligi prohiberent. Tum Capitulares, utpote Veneti, Decanum suum eligunt; at aliarum Congregationum Constantinopoli Præpositi viros tres nominarunt, nempe Sicardum Episcopum Cremonensem, in Oriente tunc commorantem, Petrum Cardinalem S. Marcelli, & Magistrum Robertum *de Curson*, Canonicum Parisiensem, postea Cardinalem, atque a Papa petierunt; ipse ex tribus unum deligeret, Patriarcham Constantinopolitanum futurum. Sæcul. XIII. A.C. 1212.

Postquam utriusque Partis Mandatarii Romam pervenerunt, Papa, causa rite cognita, tam Electione Capituli quam aliorum Postulatione rejecta, jussit eos conjunctis suffragiis virum idoneum defuncto Patriarchæ Canonice subrogare, quod nisi facerent, se ipsum Ecclesiæ Constantinopolitanæ Patriarcham daturum esse. Hæc Epistola die quinta

Sæcul. XIII. A.C. 1212. quinta Augusti anno millesimo ducentesimo undecimo scripta.

15. ep. 156. Cum Canonici S. Sophiæ, & alii, qui aliquam juris partem in eligendo Patriarcha sibi esse affirmabant, ut Papæ mandatis obsequerentur, collecti fuissent, Præsulem electuri, iterum in partes itum, his Archiepiscopo Heracleensi, aliis Parocho S. Pauli Venetiis, faventibus. Archiepiscopum Henricus Imperator tuebatur, amicum defuncti Patriarchæ, qui Henricum Testamenti sui capita exequi rogaverat. At Archiepiscopum multi accusabant; necessaria scientia esse destitutum. Eum, cum adhuc esset Monachus, filium genuisse ex pellice, ac eumdem non alio consilio tunc Constantinopolim veniisse, quam ut Patriarchatum ambiret. Parocho S. Pauli suffragabatur Petrus Zani, Dux Venetorum, sed objiciebant aliqui; Subdiaconum tantum esse, & nuper ob hanc ipsam causam, ut ad Dignitatem Patriarchalem eligibilis fieret, ordinatum. Ceterum etiam hunc Parochum non extra urbem Constantinopolitanam modo, sed totum Imperium, degere. Præterea de numero Eligentium vehementer disputabatur. Ergo secundo Romam nuncii mittuntur, cumque Pars utraque Pontifici causæ suæ argumenta exposuisset, ille nec ista nec illa satis firma existimans, nego-

negotium dirimendum commisit Maximo, Notario suo, proxime Constantinopolim profecturo. Hæc ex Epistola Signii die decima octava Augusti anno millesimo ducentesimo duodecimo data cognoscimus. Quia vero nullus Sacræ Sedis, ab obitu Cardinalis S. Susannæ, Legatus in Romania versabatur, Papa potestatem illam interim Maximo demandavit, dum alium Legatum mitteret. Jussit quoque eum in itinere, Constantinopolim suscepto, Venetias divertere, ibique in merita utriusque electi inquirere; ambo enim in illa urbe nati, & longo tempore versati fuerant. Sed negotium istud ante elapsum triennium componi non potuit, & profecto, quis tam acerba inter Latinos jurgia, ad Græcos a Schismate revocandos, viam præclusisse non videat? Sæcul. XIII. A.C. 1212.

§. XIV.

Profectio infantum.

Sub idem tempus plurimi infantes ex tota Francia Germaniaque ex urbibus & pagis confluxerunt Crucigeri, magno impetu in Terram sanctam migraturi. Sed nec Ducem habebant, nec in re tanta consilium suppetebat. Interrogantibus, quo ruerent, respondebant; se Dei jussu monitos Hierosolymam peregrinari. Multi, a parentibus inclusi, inven- *Alber. Stad.* 1212. *Chron. Godefr. eod.*

Sæcul. XIII. A.C. 1212.

inventa evadendi via, iter ſuum proſecuti ſunt. Eorum exemplo excitati juvenes & feminæ, accepta Cruce, proficiſcentibus ſe junxerunt. Verum etiam viri improbi, pueris perfide mixti, annonam pecuniamve, quam iis Chriſtianorum pietas largiebatur, furati, clam deinde receſſerunt. Latrunculorum iſtorum aliquis, Coloniæ deprehenſus, furcæ affixus eſt. Miſelli autem parvuli, in ſilvas & deſerta ſparſi, haud pauci æſtu, fame, ſiti perierunt. Alios, ubi ſuperatis alpibus in Italiam penetrarunt, Longobardi rebus omnibus ſpoliatos, a finibus ſuis abegerunt. Redibant ergo pudore confuſi, & quærentibus, cur ex patria abiiſſent, reſpondebant, id ſe neſcire. Quibus ad Papam delatis, altum ducens ſuſpirium dixit: *Infantes ad auxilium Terræ ſanctæ properantes ſegnitiem noſtram nobis exprobrant.*

§. XV.

Concilium Generale convocatur.

16. *ep.* 30. *to.* 11. *Conc. p.* 123.

Ut igitur Innocentius Palæſtinæ pararet auxilia, id enim inter tria negotia, quæ perficienda ſibi conſtituerat, præcipuum erat, Concilium univerſale convocavit, promulgata Bulla, die decima nona Aprilis, anno milleſimo ducenteſimo decimo tertio, in qua dicit: *Teſtis eſt nobis Deus, nihil adeo ſuper terram*

terram nobis in votis esse, quam Terram sanctam vindicari, & universalem reformari Ecclesiam. Quare postquam cum Fratribus nostris, aliisque viris sapientibus, mature deliberavimus, statuimus, pro more antiquo Patrum nostrorum Concilium Universale convocare, in quo de omnibus, ut videbitur, decernatur, quæ ad correctionem morum, extirpationem Hæresum, Fidei confirmationem, ad invehendam concordiam & pacem, ad permovendos Principum populorumque animos, & præsidia Palæstinæ præstanda spectant. Quia vero hujusmodi Concilium ante biennium commode congregari non posset, visum est, interea in quamlibet provinciam viros prudentes mittere, qui nos abusus doceant, quos tolli oportet, & viros eligere idoneos, qui auxilia in Terram sanctam accelerent. Itaque districte vobis præcipimus: intra annos duos & medium, nempe ab hoc anno millesimo ducentesimo decimo tertio usque ad diem primam Novembris, ad Curiam nostram venite. Duo tamen tresve Episcopi Suffraganei vestri in vestra provincia remaneant, qui officia Religionis peragant. Ipsi vero, aliique, qui profectionem ad nos suscipere non potuerint, nuncios congruis mandatis instructos mittant. Vos vero præscriptas in Concilio Latera- Sæcul. XIII. A.C. 1213.

Sæcul. XIII. A. C. 1213.

nensi modestiæ leges servate, paucis contenti estote, ampla proficiscentibus non sit familia, non enim hic captandæ sunt hominum laudes, sed eorum salus quærenda. Omnia Capitula tam Cathedralium quam aliarum Ecclesiarum Legatos ad Concilium mittant, quia de rebus agendum est, quæ ad ipsos speciatim pertinent. Interea & propria vestra industria & opera aliorum inquirite in omnia, quæ remedio indigent, & præparatos Commentarios ad Synodum afferte.

Hæc Bulla ad totum orbem Christianum missa est. Ad Archiepiscopos cujuscunque Provinciæ Ecclesiasticæ, quin etiam ad Catholicum Armeniæ, & Archiepiscopum Maronitarum, tum ad Henricum Imperatorem Constantinopolitanum, ad Regem Franciæ, Reges Hispaniæ, omnes Reges Christianam Religionem profitentes directa, cunctos incitabat; Legatos cum mandatis ad Concilium mitterent. Tandem etiam ad Templarios & Hospitalarios, ad Abbatem & Ordinem Cistercienſem ac Præmonstratenſem data.

§. XVI.

Literæ Pontificis ad Patriarcham Alexandrinum.

16. *ep.* 34.

Scripsit quoque Innocentius Papa Patriar-

triarchæ Alexandrino, qui ad eum non nullas dederat Epistolas, devotionem in Ecclesiam Romanam professus. Consolatur afflictum Papa in ærumnis suis, utpote sub jugo Infidelium degentem, atque invitat; ipse ad Concilium veniret, vel saltem Nuncium mitteret. Patriarcha Alexandrinus, ad quem dirigitur hæc Epistola, Melchita fuerit, nam Jacobitæ Latinos pro Hæreticis habebant. Melchita vero iste, anno millesimo ducentesimo undecimo, Innocentio Papæ scripserat, ad impetrandum ejus præsidium captivis Christianis Alexandriæ & Cairi fatiscentibus. Rogaverat, ut eos libertati restitui curaret, atque hunc in finem ad Equites Templi & Hospitii, ad Reges Principesque Orientis literas daret. Laudavit Papa solicitudinem paternam, qua miseros captivos fovebat, monuit vero, non nullos eorum se se tam gravibus inquinare flagitiis, ut non modo Dei Misericordia indigni viderentur, sed etiam Christianorum Religionem oculis Infidelium efficerent horrendam. Literis deinde ad S. Albertum Patriarcham Hierosolymitanum, Legatum suum, datis Papa exposuit, in quanto periculo a fide deficiendi captivi illi versarentur, cum ad eos pervertendos Saraceni jam diu tormenta adhiberent, etsi jure merito postularent Christiani,

sæcul. XIII. A.C. 1213.

14. *ep.* 146.

14. *ep.* 147.

Sæcul. XIII. A.C 1213.

stiani, similia Dominis suis obsequia præstantes, eadem mansuetudine, qua Saraceni in captivitate Christianorum, haberi. Tum præcepit Papa Patriarchæ; omnibus viribus conaretur, Equites Templi & Hospitii, Reges Principesque permovere, ut tam pio operi incumberent, ac libertatem captis Christianis vel permutatione vel quacunque alia via impetrarent. Ambæ Epistolæ mense Januario anno millesimo ducentesimo duodecimo datæ sunt.

§. XVII.

Bulla de Bello sacro.

Innocentius Papa Roma digressus, mense Junio, anno millesimo ducentesimo decimo tertio, Viterbium petiit, ubi aliam Bullam generalem de Bello sacro promulgavit, in hunc ferme modum:

16. ep. 28. *Quandoquidem Christianos, in Terra sancta degentes, nunquam alias ac hodie graviores pressérunt angustiæ, nec unquam major spes victoriæ nobis affulsit, clamores nostros repetimus. Eja Christiani! accingimini ad sanctum hoc bellum, non solum JEsu Christi, sed etiam Fratrum vestrorum in captivitate & vinculis inter Infideles gementium amore. Speramus, Mahometis potentiam brevi esse conterendam, cum sit illa Bestia Apocalyptica, de qua legimus: & numerus ejus*

Apoc. 13. 18.

jus sexcenti sexaginta sex. Namque, ex quo grassatur, jam anni pæne sexcenti transacti sunt. Saraceni nuper in monte Thabor arcem extruxerunt munitissimam, unde Acriam urbem, non procul positam, ac brevi tempore ceteras omnes, quas in Terra sancta tenemus, expugnari posse existimant. Ergo, Fratres mei, discordiam & ambitionem fugite, unanimi consensu JEsu Christo servite. Quicunque pro hoc Nomine ipsi & suis sumtibus militabunt, plenam remissionem omnium peccatorum suorum, quæ conjuncta vera contritione confessi fuerint, obtinebunt. Qui militibus ex suis opibus stipendia numerabunt, aut, mercede conducti, ipsi militabunt, eamdem lucrabuntur Indulgentiam, & qui aliquid ex facultatibus suis contulerint, pro auxilii modo congruam Indulgentiæ partem accipiant. Personæ & Bona Crucigerorum tamdiu præsidio S. Sedis gaudeant, donec eos vel rediisse vel mortuos esse constet. Ab onere solvendi usuras, etiam juramento, etiam Judæis promissas, liberantur. Omnes Præsules & Viri Ecclesiastici, cives, & ruricolæ excitentur, ut tantum, quantum valent, sacrorum armatorum numerum mittant, ipsorum stipendiis triennio militaturos. Principes & Optimates, qui proficisci non poterunt, alios substituant. Urbes mari-

Sæcul. XIII. A.C. 1213.

Sæcul. XIII. A.C. 1213.

timæ naves migraturis dabunt. Quæ ab aliis exigimus, nos quoque pro viribus nostris facturi sumus.

Clericis, huic Expeditioni necessariis, licentiam damus, qua census Beneficiorum suorum ad triennium aliis locent. Quia vero incommodum valde accideret, illos ad examen vocare, qui votum conditum per se ipsos implere possunt, quibuscunque potestatem facimus, accepta Cruce, proficiscendi, solis Regularibus exceptis, ita tamen, ut Votum, si necessitas postulaverit, nostra auctoritate commutari, redimi, aut differri possit. Eadem de causa abrogamus Indulgentias, illis hucusque concessas, qui in Hispaniam contra Mauros, aut in Provinciam contra Hæreticos, movent, quod præcipue illis ad tempus, quod modo prætiit, his autem in causa, quæ maximam partem cessavit, fuerint collatæ. Sed ipsos Provinciales & Hispanos impositorum etiam hujus Indulgentiæ privilegio gaudere volumus. Prædones maritimos seu Piratas, quod expeditioni in Palæstinam plurimum noceant, euntes vel redeuntes capiant aut spolient, cum omnibus suis fautoribus excommunicamus, omnibus sub pœna ejusdem Censuræ prohibemus, ne eos quocunque demum commercii genere juvent, & urbium Magistratibus præcipimus, ut eos coerceant; nisi

nisi Censuris Ecclesiasticis contra ipsos ac ipsorum ditiones adhiberi velint. Sententiam excommunicationis quoque confirmamus, in Concilio Lateranensi contra illos denunciatam, qui ad Saracenos arma, ferrum, ligna triremibus construendis apta, deferunt, aut eis Navarchi operam præstant. Tandem Papa supplicationes solemnes singulis mensibus & preces singulis diebus pro felici sacræ expeditionis eventu fieri jubet, & in Ecclesiis arculas statui, in quas oblationes, piissimo operi promovendo destinatæ, immittantur. Sæcul. XIII. A.C. 1213.

Hæc Bulla in omnes provincias Ecclesiasticas Germaniæ, Sueciæ, Daniæ, Bohemiæ, & Hungariæ, Angliæ, Scotiæ, & Hiberniæ, Franciæ & Italiæ sparsa est. In quolibet Archiepiscopatu ad delectos a Papa Mandatarios directa est, qui eam per totam provinciam deferrent, ac bellum sacrum prædicarent, quibus a Pontifice vetitum, ne quidquam a Fidelibus præter necessaria vitæ subsidia acciperent, & nullus plus quam equos sex, totidemque viæ comites, circumduceret. Jubet Papa; ut ea modestia & pietate injuncta sibi mandata exequantur, qua pulcherrimum omnibus præbeant exemplum, oblata a Fidelibus, sacro bello impendenda, in aliqua Virorum Religiosorum domo deponant, & sibi sub finem 16. *ep.* 29.

Sæcul. XIII. A.C. 1213.

nem anni omnium illorum, quæ perfecissent, rationem reddant. In non nullis Provinciis Papa hanc curam ipsis Archiepiscopis, aut quibusdam Episcopis commisit, atque in Francia Cardinali Roberto Curzonensi, qui jam anno superiore, cum potestate Legati, ibi commorabatur. Ei licentia singularis data fuerat, qua se, ex Cathedra profectionem sacram prædicantem, auscultantibus quamdam Indulgentiam impertiretur, & de ludis Equestribus illud decerneret, quod expeditioni in Palæstinam utilissimum videretur. Nempe satis exploratum erat, ista Nobilium virorum oblectamenta simpliciter tolli non posse.

§. XVIII.

Epistolæ Pontificis in Orientem datæ.

16. *ep.* 36.

Papa de Bello sacro soli Alberto Patriarchæ Latino Hierosolymitano scribens, *eo majore lætitia ista percipiet*, inquit, *quo vehementiore desiderio, ut contingerent, exoptabas. Ne vero quorumdam Terræ sanctæ incolarum mores deterrimi piorum votis obstent, & Dei vindictam in omnes provocent, obtestamur te! nullam viam relinque intentatam, qua mortiferas eorum plagas sanes, & obstinatos ad veram pœnitentiam*

tiam adducas. Ceterum, quamquam Saracenorum ferocitas Chriſtianorum precibus flecti non ſoleat, nihilominus, viris exquiſitæ prudentiæ conſilium ſuggerentibus, e re nos facturos credidimus, ſi Soldano Damaſci & Babylonis, Hieroſolymæ Urbis Domino ſcriberemus. Forte comperto, quam graves immineant ſibi occidentalium populorum exercitus, perterritus ultro concedet, quod vi compulſum majore probro daturum ſe cognoſcet. Quare Legatos noſtros ad eum deduci cura. Interea Joannem Regem Hieroſolymæ, Templarios & Hoſpitalarios ad defendendam Terram ſanctam excita. Tandem, rogamus te Frater, ante præſtitutam Concilio diem ad nos veni, ſi ſine gravi Provinciæ tuæ periculo potes. Epiſtola vero Papæ Innocentii ad Soldanum Romæ, die vigeſima ſexta Aprilis, anno milleſimo ducenteſimo decimo tertio data eſt, & in ea Princeps ille *Sephadin* appellatur. Papa humilibus precibus ab eo petit, ut Hieroſolymam urbem, & adjacentes ditiones Chriſtianis reddat, ſicque parcatur ſanguini humano, captivi viciſſim remittantur, & Chriſtiani Muſulmannique ſe ſe hoſtiliter laceſſere deſinant. Hic Soldanus frater erat Saladini, *Melic-Adel Aboubecre* dicti, vocabulum vero *Sephadin* ſeu *Seifeldin* cognomentum eſt,

Sæcul. XIII. A. C. 1213.

Bibl. Orient.

Sæcul. XIII. A.C. 1213. quibusdam aliis etiam Principibus commune, atque *Religionis gladium* significat. *Melic-Adel* Ægypto & Syriæ dominabatur, Cairi residens. In Epistola ad Albertum Patriarcham Papa solius Regis Hierosolymæ Joannis Briennii mentionem facit, nempe Maria Regina Conjuge ejus defuncta, a qua Regnum acceperat. Id enim ex literis, quas Papa de hac re ad Patriarcham & Regem ante aliquot menses dederat, cognoscimus.

§. XIX.

Propagatio Fidei in Septentrione.

15. *ep.* 14. Inter hæc Religio Christiana in Livonia & Regionibus adjacentibus propagabatur. Anno superiore millesimo ducentesimo duodecimo, Innocentius Papa, comperto, quod Archiepiscopus Lundensis magno zelo ad convertendos illarum provinciarum Paganos operam dedisset, ei Legati sacræ Sedis potestatem contulit, & Archiepiscopo Upsaliensi, ipsius Suffraganeis, ceterisque Daniæ ac Sueciæ Prælatis, præcepit, ut ei

15. *ep.* 10. hac auctoritate munito parerent. Haud diu post Archiepiscopus Pontifici perscripsit, quod in vincula conjici jussisset quemdam Falsarium, qui, se Legatum

S. Se-

S. Sedis mentitus, sæpius munere Episcopali fungi ausus fuisset. Rogabat ergo Archiepiscopus Papam, ut quid de eo decerni vellet, indicaret. Sæcul. XIII. A. C. 1213.

Respondit Papa: *Nullius omnino roboris esse denunciabis, quæcunque ab hoc impostore acta sunt; ipsum vero carceri perpetuo mancipa, ubi solo pane & aqua vitam sustentet. In alios, quos crimine falsi suspectos dicis, diligentissime inquire, & quos convictos tenebis, secundum normam Constitutionis, quam de hac re edidimus, pœnas exige.* Hæc Epistola vigesima prima Martii anno millesimo ducentesimo decimo tertio data est.

Christianus & Philippus Monachi Ci- 13. *ep.* 128.
stercienses fidem in Borussia cum quibusdam aliis Fratribus suis, accepta a Pontifice licentia, prædicabant, & non nullos ex Optimatum præcipuis illius provinciæ fonte Baptismi abluerant. Quare Papa eos paternæ solicitudine Archiepiscopi Gnesnensis commendavit, præcepitque; Monachorum istorum & Neophytorum curam gereret, usque dum, crescente in illis partibus Fidelium numero, proprius Episcopus eis dari posset. Huic Epistolæ dies quarta Se- 15. *ep.* 147.
ptembris anno millesimo ducentesimo decimo apposita. Quamvis vero Christiani & Philippi prædicatio uberes fructus

Sæcul XIII. A.C. 1213.

ctus pareret, eos tamen Monachi Cisterciences, quorum Monasteria in illa regione erant, tanquam Acephalos spernebant, & hospitium ceteraque vitæ subsidia denegabant; quare non nulli ex his Operariis a proposito dimoti recesserant. Ergo Cistercienſium inhumanitate ad Papam delata, datis literis, Archiepiscopum Gnesnenſem, cujus perspecta sibi erat prudentia, Missionarios examinare jussit, eosque per Epistolas Abbatibus sui Ordinis ac Fidelibus Pomeraniæ & Poloniæ commendare, quos sinceræ caritatis motu fidem annunciare noviſſent.

Hæc menſe Auguſto anno milleſimo ducenteſimo duodecimo acta. Eodem tempore Papa Principibus Poloniæ & Pomeraniæ ſcripſit, conquerens, quod eorum aliqui, ut primum inaudirent, quosdam Paganos in Boruſſia fidem & Baptiſmum ſuſcepiſſe, converſis onera ſervilia injungerent, ipſorumque conditionem deteriorem, ac antea in Infidelitate fuiſſet, redderent; quæ res multos a conſilio Religionem Chriſtianam profitendi averteret. Hortatur Papa hos Principes, ut Neophytos in fide infirmos lenius habeant, & Archiepiſcopum Gnesnenſem hujusmodi vexationes,

nes, adhibitis Censuris Ecclesiasticis, re- Sæcul. XIII.
primere jubet (*). A. C. 1213.

In Livonia cum Neophytorum in dies augeretur numerus, Magister Militiæ Christi Rigæ, Equitum suorum aliquo Romam misso, anno millesimo ducentesimo undecimo, Papam rogavit; Episcopatum in ditionibus nuper in potestatem suam redactis conderet, quod tunc quidem concedi debere Innocentio Papæ non est visum. Sed, elapso exinde biennio, datis literis, Archiepiscopo Lundensi præcepit; cum Decano & Præposito Ecclesiæ suæ inquireret, an locorum spatium, aliave adjuncta, Episcopum postularent, & an suppeterent facultates, quibus sustentaretur. Tum si ita videretur expedire, novam Cathedram Episcopalem, auctoritate Sacræ Sedis, erigerent, videlicet convocatis

(*) Aus diesem Abschnitte erhellet wiederum, wie aus unzählichen andern, daß die zur Mitternacht gelegene, so wohl deutsche als andere Länder, der christlichen Liebe und väterlichen Sorgfalt der römischen Kirche die Erkänntniß JEsu Christi zu danken haben, und daß es eine unleidentliche Unart und Undankbarkeit einiger Protestanten sey, wenn sie so zaumlos und ohne alle Rücksicht wider die römische Päbste auch sehr oft wider die offenbare Billigkeit und Wahrheit daher schreiben.

Sæcul. XIII. A. C. 1213.

catis omnibus, quorum intereſſet, virum idoneum Epiſcopum eligi curarent. Hæc Epiſtola die undecima Octobris anno milleſimo ducenteſimo decimo tertio data. Simul his, Papa Equitibus Chriſti Conſervatores Apoſtolicos Privilegiorum ſuorum adverſus Epiſcopum Riganum, a quo ſæpe vexabantur, dedit, ne longo itinere Romam confugere tenerentur. Poſt paucos exinde dies Papa literas commendatitias conceſſit Epiſcopo Eſtonienſi, nuper ordinato ab Epiſcopis Paderbornenſi, Verdenſi, Raceburgenſi & Rigano, ex quibus duo, nempe Paderbornenſis & Verdenſis, cum Epiſcopo Monaſterienſi, eum in converſione Infidelium juncta opera adjuturi erant. Omnes Fideles Saxoniæ Papa hortatur, ut novo Epiſcopo ſuis facultatibus ſuccurrant; necdum enim maturum videbatur, hujusmodi oblationes bonorum temporalium a Neophytis exigere. Archidiaconos quoque aliosque Præpoſitos Eccleſiaſticos monet; ut prædicationis ſocios & pii operis adjutores ei non denegent. Quia vero Equites Chriſti, magis commodis propriis quam Fidei propagationi intenti, Epiſcopo Eſtoniæ ſubſidia ſubtrahebant, quin etiam in obeundo munere ponebant obſtacula, invitum compulſuri, ut aliqua illius provinciæ parte cederet, id eis Papa

ep. 122.

ep. 128.

pa acriter exprobrans, eosdem jubet Episcopo omne auxilii genus, quod possent, præstare, addita comminatione, se Ordinem ipsorum privilegiis, quibus audaciores efficerentur, exuturum esse. Tum, quia post hominum memoriam Provincia Estonienſis nunquam Episcopo Metropolitano cuicunque subjecta fuerat, Pontifex præcepit Episcopo; sine speciali S. Sedis mandato nulli se submitteret, ac similia de hac re mandata ad Episcopum Riganum misit; quod istud negotium in Concilio Generali esset pertractandum. Sæcul. XIII. A.C. 1213.

§. XX.

Rex Arragoniæ Pontificem fallit.

Petrum Regem Arragoniæ, post victoriam de Mauris reportatam, redeuntem, Raimundus Comes Tolosanus, Afinis ejus, adiit, & postquam retulisset, quanta passus esset a Crucigeris militibus, conqueri cœpit, nolle Ecclesiam satisfactionem ejus recipere, etsi omnia, quæcunque præciperet Papa, agere parati. Quare denunciavit, quod Regis solius misericordiæ & pietati Comitatum Tolosanum, subditos suos, Raimundum filium, & Eleonoram Conjugem, ejusdem Regis sororem, committat. Ipse carissimam sororem, & nepotem defenderet, si vellet, aut si ferreis esset viscerib*us*, *Sup. n.* 11. *Innoc. XV. ep.* 212.

Sæcul. XIII. A.C. 1213.

ribus, eos rebus omnibus spoliari & ad turpem egestatem redigi immoto animo intueretur. Comite Tolosano audito, Rex Arragoniæ ad Papam Legatos misit cum literis, in quibus dicebat: *Tunc cum, jubente Sanctitate tua, Crucigeri milites Vicecomitis Bliterrensis, Vasalli mei, ditiones invaserunt, auxilia a me flagitantem repuli, ne rebellis Ecclesiæ, matri meæ, haberer, & non nullos Catholicos deserere malui, quam Hæreticos, iis permixtos, protexisse videri. Unde secutum est, quod Vicecomes Bliterrensis principatu exutus, tandem interfectus misere perierit. Exinde Legatus Sacræ Sedis Arnaldus & Comes Montfortius, Crucigeris in terras Comitis Tolosæ immissis, non solum urbes ab Hæreticis incessas occuparunt, sed etiam illas, in quarum cives ne quidem suspicio hæresis cadebat. Namque ex eo satis insontes probantur, quod Comes Montfortius ipsos in urbe sua permanere sinat; id enim, si Hæretici essent, neutiquam pateretur. Jam vero, Legato & Montfortio omnia populantibus, Raimundo Comiti nihil præter urbes Montalbanum & Tolosam relictum est. Iidem ditiones Comitis Foxiensis, Convennensis, & Benearnensis, Vasallorum meorum, subegerunt, ac fidem jurejurando sibi dari hodieque exigunt. Hæc vero quo tempore? nempe illo, quo ego*

ego in bello contra Mauros pugnans pro fide meum & militum meorum sanguinem profundebam. In fine Epistolæ Rex Arragoniæ Papam rogabat, ut Comitatum Tolosanum Raimundi Comitis filio, quindecim annorum adolescenti, conservaret, subjungens: *Ejo juvenem fidei doctrinam accurate doceri curabo, eum & Comitatum paternum in mea potestate, quamdiu tibi, sancte Pater, expedire videbitur, tenebo, vadesque & pignora fidei meæ, quæ postulaveris, tradam. Comes quoque Tolosanus pœnitentiam, quamcunque præscripseris, peracturus est, sive eum contra Saracenos ultra mare movere, sive in Hispania militare jusseris.* Sæcul. XIII. A.C. 1213.

Epistola Regis Arragoniæ perlecta, Pontifex ad plures dedit literas, & inprimis ad Legatos suos Archiepiscopum Narbonensem, Episcopum Rejensem, & Magistrum Theodisium, quos Concilium Episcoporum, Optimatum, & Magistratuum convocare jubet, & addit: *Certiores nos deinde facietis eorum omnium, quæ de conditionibus, a Rege Arragoniæ oblatis, statuta fuerint, ut percepta vestra sententia, quæ necessaria fuerint, decernere, & Regimini illius provinciæ consulere possimus.* In alia Epistola, ad solum Archiepiscopum Narbonensem directa, dicit Papa, quod Rex Saracenorum (nempe *Almohadum*) post acceptam 15. *ep.* 212. 15. *ep.* 213.

Sæcul. XIII. A. C. 1213.

cladem, vires reparare conetur, in Oriente autem Terra sancta Christianorum ope indigeat. Quare jubet eum cum Rege Arragoniæ & Optimatibus de modo pacem vel inducias in provincia Legationis suæ firmandi deliberare, & nulla amplius Crucigerorum supplementa, oblata Indulgentia, quæ contra Hæreticos militantibus conceditur, nisi nova acceperit mandata, cogere. Comiti quoque Montfortio, datis literis, præcepit Innocentius; Regi Arragoniæ eadem obsequia, quæ Vicecomes Bliterrensis præstabat, exhiberet, ac eidem Principi ejusque Vasallis ditiones, quas sibi ereptas dicebat, restitueret.

15. *ep.* 213. 214.

§. XXI.

Concilium Vaurense.

Petr. Hist. Albig. c. 66.

Inter hæc Rex Arragoniæ Tolosam ad Festum trium Regum delatus, Equites ritu solemni creavit, cura vacuus, etsi ita cum Hæreticis communicaret. Tum Archiepiscopo Narbonensi, S. Sedis Legato & Comiti Montfortio significari jussit, cupere se cum eis Colloquium celebrare, & viam reducendi pacem tentare. Præstituitur dies, & assignatur communi consensu locus inter Tolosam & Vaurum. Ubi ergo convenerunt, rogavit Rex Archiepiscopum, ut Comitibus Tolosano, Foxiensi, & Convennensi,

to. 11. *Conc. p.* 81.

ac

ac etiam Vicecomiti Benearnenſi ablatas ditiones reſtitui curaret. Archiepiſcopus vero petiit; Rex quæ poſtularet, conſcripta ad Epiſcopos Vaurum mitteret. De induciis ad octiduum quoque condictum eſt, quas Albigenſes violarunt. Sæcul. XIII. A.C. 1213.

Poſtulata Regis Arragoniæ, Toloſæ die decima ſexta Januarii data, easdem conditiones repetebant, quæ Summo Pontifici oblatæ fuerant. De Comitibus Convennenſi & Foxienſi affirmabat Rex, Hæreticos non eſſe, & petebat, ut ditiones eorum reſtituerentur. Idem poſcebat pro Gaſtone Benearnenſi Vaſallo ſuo, cujus Hæreſim non inficiabatur, ſed dicebat, quod Eccleſiæ promtiſſime ſatisfacturus eſſet. Fatebatur, ſi hæc omnia concederentur, magis ſibi gratiam quam Juſtitiam exhiberi, rogabatque Epiſcopos, ne hos Principes diutius facultate & opibus privatos vellent, quibus deinde Religionem periclitantem in Hiſpania juvare poſſent. Reſponſi Concilii Vaurenſis, die decima octava ejusdem menſis dati, ſumma hæc fuit: *Tam cauſa Comitis Toloſani, quam filii, quæ pendet ex facto patris, a Jurisdictione noſtra eſt exemta, cum ipſe negotium ſuum Epiſcopo Rejenſi & Magiſtro Theodiſio a Papa committi rogaverit. Ceterum ex memoria veſtra nec-*

Sæcul. XIII. A.C. 1213.

dum exciderit, ut credimus, quanta beneficia Comes Toloſanus Papæ, & S. Sedis Legato, tunc Abbati Ciſtercii, nunc autem Archiepiſcopo Narbonenſi, in acceptis referre debeat, & quod ſpreta Apoſtolicæ Sedis gratia, ſuoque ſæpius juramento violato, ſecundo Eccleſiam oppugnaverit, ac pacem, inita cum Hæreticis & Ruptoribus ſocietate, turbaverit, proinde ſe omni venia indignum effecerit.

Si cauſam Comitis Convennenſis ſpectemus, quis Excommunicationis pœnam meritum eſſe dubitet, poſtquam Comes Toloſanus affirmare fertur, ſe, Comite Convennenſi præcipuo auctore, arma Eccleſiæ intuliſſe? Nihilominus ſi ſe Abſolutione dignum reddat, illa accepta, ipſius querelas Eccleſia audiet, & quod æquum fuerit decernere non recuſabit. Concilium eadem offert in cauſa Comitis Foxiæ, & Vicecomitis Benearniæ, poſtquam delicta, quibus excommunicationis Cenſuram & Eccleſiæ vindictam in ſe provocaſſent, retulit. Inter crimina Vicecomitis ſequens factum memoratur. *Anno ſuperiore in Eccleſiam Cathedralem Uliarenſem* graſſatores immiſit, qui cum funem, ex quo pyxis, corpus Domini Noſtri continens, pendebat, rupiſſent, illa decidit, & Corpus Chriſti, quod nefas eſt dicere, in terram effuſum.* In fine,

Acta Concilii.

* Oleron

sine, Episcopi Regem Arragoniæ memorem esse monent, honoris a Summo Pontifice sibi ipsi (scilicet cum eum corona Regia decoravit) & usque in illam diem Regi Siciliæ, ejus sororio, exhibiti. Nempe Friderico, quem ad Romani Imperii fastigium evehendi Innocentius Papa auctor fuerat. Sæcul. XIII. A.C. 1213. *Sup. Lib. LXXVI. §. 10.*

Rex Arragoniæ, Pontifici persuasurus, Comitem Tolosanum ceterosque arbitrio suo ita esse obnoxios, ut ad ea omnia, quæ Sacra Sedes præscriberet, implenda compellere posset invitos, complura Acta Tolosæ die vigesima septima Januarii anno millesimo ducentesimo duodecimo, nempe anno millesimo ducentesimo decimo tertio ante Pascha, conscribi jussit. In primus Raimundus Comes Tolosanus, & filius ipsius, ejusdem nominis, profitentur, quod se ipsos, Principatum & Vasallos suos, potestati Regis Arragoniæ eo pacto tradant, ut etiam nolentes ad exequendum Papæ mandata cogere possit. In secundo Scripto, Consules Tolosani, nomine totius civitatis, & a Comite suo jussi, eadem Regi promittunt. Rursusque in tribus aliis Raimundus Rogerius Comes Foxiensis, Rogerius ejus filius, & Gasto Vicecomes Benearnensis similia pollicentur. Cuncta hæc Acta Raimundus Archiepiscopus Tarraconensis *to. 11. Conc. p. 91. 16. ep. 4. 7.*

Sæcul. XIII. A.C. 1213.

die trigesima prima Martii anno millesimo ducentesimo decimo tertio, cum Perpiniani cum quibusdam Episcopis & Abbatibus commoraretur, Papæ transmisit.

Hist. Albig. c. 66.

Tunc vero Rex Arragoniæ, accepto Episcoporum, Vauri sedentium, responso, quod suis consiliis adversari sentiebat, nunciis ad eos missis, rogavit, ut Comitem Montfortium cum Comite Tolosano ejusque Fautoribus ad inducias ineundas, usque ad Pentecosten vel saltem usque ad Pascha permoverent. Sed & hanc conditionem Præsules rejecerunt, satis intelligentes, eam a Rege illa spe offerri, quod, sparsa per Franciam pacis fama, Cruce signatorum ardor remissurus esset. Itaque Rex Arragoniæ, cum cerneret, se nihil agere, excommunicatos eorumque ditiones iterum suo præsidio tueri cœpit, atque, ut saltem æquitatis speciem præberet, ad Papam appellavit.

Petrus Rex Arragoniæ.

16. ep. 43.

Verum, Episcopis appellationem non recipientibus, Archiepiscopus Narbonensis, data ad Regem Epistola, auctoritate Legati Sedis Apostolicæ eum vetuit, Tolosam, Montalbanum, ceterasque urbes, Interdicto Ecclesiastico subjacentes, defendere, addita comminatione, se eum tanquam Hæreticorum Fauto-

Fautorem Excommunicationis vinculo constricturum. Sæcul.XIII. A.C.1213.

Rege hanc Epistolam spernente, cum exploratum jam esset Præsulibus, se modo inanibus ejus Epistolis, nunc pactis oblatis aut appellatione frivola Vauri frustra detineri, Conventum solvere statuunt. At prius Episcopo Rejensi & Magistro Theodisio, in negotio Comitis Tolosani Pontificiis Mandatariis, consilium Episcoporum de Absolutione hujus Principis expetentibus, illi responderunt, Comitem Tolosanum a Mandatariis ad purgandum se admitti non debere, virum, qui fidem, jurejurando in manibus Legatorum S. Sedis sæpius datam, violare non exhorruisset. Qui, post reditum ex Roma urbe pejor effectus, Abbatem Montalbanensem annum prope integrum vi adhibita in vinculis detinuisset, Abbatem Mossiacensem cepisset, & Episcopum Agennensem de Sede sua & urbe expulisset. Tandem ea intercedere adjuncta, ut sine speciali Pontificis mandato absolvi non posset. Hoc consilium amplexi Mandatarii Comiti Tolosano per nuncios significant, sibi soli irasceretur, quod ejus negotium ad optatum finem perduci non potuisset. Tum Pontifex, datis literis, rationem omnium, quæ a primo acceptorum mandatorum tempore egissent, exponunt. 16. ep. 39. 16. ep. 46.

Sæcul. XIII. A. C. 1213.

Tandem Concilii Vaurensis Patres ad Papam dederunt prolixam Epistolam, in qua, postquam Comitis Tolosani scelera vehementi calamo perstrinxerunt, dicunt; quod auxilio Ottonis Imperatoris & Regis Angliæ frustra quæsito, a Rege Maroci quoque, communi Christiani nominis hoste (nempe a Principe *Almobadum*) opem emendicare non erubuerit. *Tandemque*, inquiunt, *ad Regem Arragoniæ conversus, nihil intentatum reliquit, quo paternum Sanctitatis tuæ animum falleret. Sed ignorare te haud oportet, Sancte Pater, quod si Tyrannis hisce, Comiti Tolosæ, conscius, sociisque ditiones, tam copioso Christianorum sanguine emtas, reddantur, Ecclesia & viri Ecclesiastici jacturam, nullo satis pretio æstimandam, facturi sint.* Hanc Epistolam ad Papam detulerunt Episcopus Convennensis, Abbas Clariacensis, Guilielmus Archidiaconus Parisiensis, Magister Theodisius, & quidam Clericus, nomine Petrus Marci, qui diu in Curia Romana Epistolarum Papæ Corrector fuerat. Iisdem Epistolas suas, Pontifici reddendas, commiserunt Michael Archiepiscopus Arelatensis, & decem Episcopi ex Provincia, die vigesima Februarii anno millesimo ducentesimo decimo tertio datas, nec non Guilielmus Archiepiscopus Burdegalensis,

16. *ep.* 41.

Epistola Synodalis.

ep. 40.

ep. 42.

sis, atque Episcopi Vasiatensis, & Petro- Sæcul. XIII.
coriensis, Beremundus Archiepiscopus A. C. 1213.
Aquensis, ac Bertaldus Episcopus Bliterrensis quorum omnium Præsulum literæ eo consilio scriptæ erant, ut Papæ exponerent; rem Catholicæ Religionis hucusque in illis regionibus strenue gestam, neutiquam esse deserendam.

Effecerunt vero Episcopi, quod optabant; quamvis enim Delegati Papam Regis Arragoniæ causæ faventem habuissent, postquam ei Actorum veritatem plenius explicarunt, intellexit, se fuisse deceptum, datisque ad Regem literis, fœdera cum Tolosanis abjicere jussit. *Si illi*, inquit, *ad Ecclesiæ sinum* 16. *ep.* 48.
redire cupiunt, ut Legati tui affirmant, Fulconi Episcopo Tolosano potestatem, eos reconciliandi, & alios, qui in errore perseverabunt, bonis eorum ærario publico adscriptis, ex urbe expellendi, facimus. Tum Papa concessum a se mandatum, Comitibus Foxiæ, Convennæ, ac Vicecomiti Benearniæ favens, tanquam supressa veritate obtentum, retractat, atque ad impetrandam absolutionem eos ad Archiepiscopum Narbonensem remittit. Dicit, se in illam Regionem Legatum missurum esse, & interim inducias inter Regem & Comitem Montfortium præcipit. Tandem Tolosanis, & quatuor Principibus denun-

Sæcul. XIII. A. C. 1213.

ciat, nisi abjectis erroribus resipiscant, se denuo bellum sacrum in eos prædicari jussurum. Nihili fecit has minas Rex Arragoniæ, sed Comiti Montfortio Fecialem misit, cumque illi vicissim bellum dixisset, arma tota æstate mota sunt.

Petr. c. 6. 7.

§. XXII.

Ludovicus Franciæ contra Albigenses Cruce signatus.

Mense Februario, eodem anno millesimo ducentesimo decimo tertio, Ludovicus, Regis Franciæ filius, ejusque exemplo ducti, Equites permulti Crucis signum contra Hæreticos acceperant; quod licet Philippo parenti non probaretur, ipse tamen in Comitiis, sub initium Quadragesimæ Lutetiæ celebratis, iter filii sui ordinavit, & suscipiendæ profectionis diem in Octava Paschæ præstituit. Sed, bello paulopost inter ipsum & Regem Angliæ ejusque fœderatos exorto, nec filium nec futuros illius expeditionis socios abire permisit. Ceterum quia etiam Bellum sacrum in Palæstinam contra Saracenos inferendum in Francia prædicabat S. Sedis Legatus Robertus Cursonius, & expeditioni in Albigenses maximopere nocebat, Comes Montfortius omnibus prope militi-

Petr. c. 68.

c. 70.

c. 69.

militibus destituebatur, cum duo fratres Manasses Episcopus Aurelianensis & Guilielmus Episcopus Antisiodorensis opportune supplementa adduxerunt. Nam quia non ignorabant, plerosque Crucigeros moras trahere, sicque audaciam creviſſe Hæreticis, edito sacræ militiæ voto, copiisque, quot poterant, contractis, iter ingressi Carcassonam pervenerunt. Hos igitur cum Comes Montfortius cum paucis suis commilitonibus ingenti lætitia excepisset, Amalricum filium suum, natu majorem, in Festo S. Joannis a duobus Episcopis Equitem, singulari pompa adhibita, creari voluit. Sæcul. XIII. A.C. 1213.

§. XXIII.

Philippus Augustus contra Joannem Regem arma parat.

Inter hæc Philippus, Rex Franciæ, bellum moliebatur in Joannem Angliæ Regem, jubente Papa, & jure ex lata in eum Principem excommunicationis Censura consequente. Quippe mense Januario hoc anno milleſimo ducenteſimo decimo tertio Stephanus Langtonius Archiepiscopus Cantuarienſis, Guilielmus Episcopus Londinensis, & Eustachius Episcopus Eliſienſis, ex Curia Romana reversi, postquam de re tanta in Francia deliberaſſent, sententiam excommuni- *Matth. Par. am.* 1213.

Sæcul. XIII. A.C. 1213.

municationis, qua Rex Angliæ damnatus fuerat, solemni ritu promulgaverant, eamque Philippi Regi, Franciæ Episcopis, Clericis, populoque indicaverant. Tum Regi ceterisque omnibus, nomine Pontificis, pro remissione peccatorum suorum injungunt; armati Angliam invaderent, Joannem Regem ex solio pellerent, & alium Regio fastigio dignum eveherent. Illico Philippus Rex, qui optatam occasionem jam diu ante captabat, bellum adornat, omnesque Vasallos suos cum armis & equis Rotomagi intra Octavam Paschæ præsto esse jubet, proditorum pœna eis denunciata, qui imperata non fecissent. Naves quoque, quotquot habebat, more militari instrui, & annonam comportari curat.

§. XXIV.

Philippus Ingeburgem ad suam revocat societatem.

Rigor. p. 53. G. Nang. 1213.

Expedita jam stabat in anchoris classis, cum Philippus Rex Ingeburgem Reginam, Principem Daniæ, ante annos sexdecim rejectam, in suam revocavit societatem. Rex dudum nullum non moverat lapidem, ut obtineret a Papa, matrimonium suum cum ista Principe nullius valoris & roboris declarari. Sed nihil egerat apud Pontificem, persuasum sibi

sibi habentem, initio has nuptias commercio maritali fuisse consummatas. Id enim profitetur Innocentius in ultima Epistola, quam hac in causa ad Regem dedit, additque verba sequentia, omnino memoratu digna: *Si quid decernere in re tanta tentaremus, priusquam in Concilio Universali fuerit deliberatum, ut nihil dicam de offensa Dei, certe famæ nostræ neutiquam consuleremus, & forte occasionem poneremus, Dignitatem, qua in orbe Christiano eminemus, amittendi.* Hæc Epistola die nona Junii anno millesimo ducentesimo duodecimo data est.

Sæcul.XIII. A.C.1213.

15. *ep.* 106.

15. *ep.* 107.

Simul etiam Papa, datis ad Guarinum Cancellarium Regis, & arcanorum omnium conscium, literis, hortatur; permoveret Regem, ut tandem in hoc negotio ad mentem rediret & rationi victas manus daret. Utque promtiorem haberet Cancellarium Papa, spem ingerit, eum posse splendidissimas in Ecclesia Dignitates consequi. Cessit monentibus Philippus Rex & Reginam Ingeburgem ex Castro Stampensi, in quo inclusam tenebat, ad se accersivit. Quod nuncium in vulgus sparsum ingenti omnium plausu & lætitia exceptum.

Eodem anno Godefridus Episcopus Silvanectensis, cum muneri Episcopali incumbere senili ætate & corporis gravitate

Rigord.p.55

Sæcul. XIII. A.C. 1213.

vitate prohiberetur, Sedi suæ renunciavit, quam annos triginta tenuerat, accepta prius Pontificis licentia, ut Canones statuunt. Sunt hæc verba Rigordi monachi illa ætate Historiæ Scriptoris. Itaque Godefridus Episcopus ad Abbatiam Challiacensem, in sua Diœcesi positam, se se recepit, eique Successor subrogatus est Frater Guarinus, Eques in Xenodochio Hierosolymitano professus, Cancellarius seu magis Sigilli Custos Regis Franciæ, qui tanta eum, ob exploratam viri prudentiam ceterasque virtutes, dignabatur fiducia, ut in toto Regno nemini prope nisi soli Regi secundus haberetur. Integerrima fide res gerebat, & quamvis esset Laicus, sollicite cavebat, ne Ecclesiarum jura læderentur. Sub idem tempus, Episcopus Meldensis, & ipse Godefridus nomine, munere Episcopali abdicato, ad S. Victorem Parisiis secessit, vir singularis abstinentiæ, quippe tempore Adventus & Quadragesimæ ter solum in hebdomada cibo reficiebatur, & nullo potu; reliquo autem anno non nisi raro escam & valde insipidam capiebat. In ejus Sede successit Guilielmus, Ecclesiæ Parisiensis Cantor, duos habens fratres, Episcopali Dignitate fulgentes, Stephanum Noviomi, & Petrum Parisiis, antea Turonensis Ecclesiæ Thesauro præfectum. Hi tres Episco-

Gall. Chro. to. I. p. 441.

Episcopi Gualterio Nemorosio, supremo Franciæ Cubiculario, parente geniti erant. Sæcul. XIII. A. C. 1213.

§. XXV.

Joannes Rex fit Papæ Vasallus.

Joannes Rex Angliæ publica fama monitus, quam gravis sibi Rex Franciæ immineret, terra marique vires collegit, quibus irruentem exciperet. Sexaginta millium virorum habebat exercitum, disciplinæ militari adsuetum, & classem comparaverat, quæ navium numero Gallicam superabat. Ecce vero, dum bello instanti unice intentus est, Dubrim appellunt Templarii duo, qui ejus conspectum subeuntes, *venimus*, inquiunt, *magne Rex, missi a Pandolpho, Subdiacono, ex Pontificis Romani Familia, qui sermonem tecum conferere cupit, & viam ostendere, qua Ecclesiæ reconciliari potes.* Rex, missis iisdem Templariis, admitti Pandolphum protinus jussit, qui Dubrim advectus, Joannem Regem affatus est in hunc modum: *En! Rex Franciæ cum classe ad Sequanæ ostia, id est, in Angliæ vestibulo, consistit, te ejecto, Regnum tuum auctoritate Papæ occupaturus. Cum eo adveniunt omnes Episcopi, ceterique tam Clerici quam Laici, quos ex Anglia expulisti, sperantque, se, Regis illius præsidio, in Ecclesias*

suas

Sæcul. XIII. A.C. 1213.

suas & bona, te invito, restitui posse. Ceterum jactat hostis tuus, se ab omnibus propemodum Angliæ Proceribus Epistolas accepisse, quibus ei fidem & obsequium pollicentur. Salutis tuæ curam saltem in his angustiis suscipe. Deum juste tibi irascentem placa, Ecclesiæ rigidas hucusque cervices submitte; sicque Papa, quod tibi abstulit, Regnum restituet (*).

Ad hæc verba Rex Joannes vehementi dolore obrui, ac trepidare, cum nihil propius adesse quam perniciem suam cerneret. Toto jam quinquennio, fulmine Vaticano ictus, a Communione Fidelium excluſus erat, tot scelerum sibi conscius, ut de salute æterna tantum non desperaret. Aderat Rex Franciæ in Regnum irrupturus, ut eum ejiceret, & si prœlio commisso fortunam experiri

(*) Ex hoc exemplo sicut ex aliis plurimis exploratum fit, Summos Pontifices, quando qualicunque potestate in temporalia Regum usi sunt, neutiquam ex principio certo, stabilito, & definito operatos fuisse. Nam hic profecto Innocentius III. in causa Joannis Regis Angliæ non Judicis sed Patris personam exhibet, nunc hortatur, nunc increpat, minatur, blanditur, ferit, parcit, pronunciat sententiam, retractat, denique nihil non agit, ut errantem ad viam salutis reducat.

riri ſtatueret, timendum erat, ne ab Optimatibus Angliæ deſereretur, aut vivus hoſtium manibus traderetur. Tandem, quod maxime angebat, Feſtum Aſcenſionis Domini imminebat, & formidabat Rex, ne vaticinium Petri Eremitæ de ſe impleretur. Erat is homo ex provincia Eboracenſi, qui dono Prophetiæ præditus ferebatur, & anno ſuperiore milleſimo ducenteſimo duodecimo, publice auditoribus ſuis prædixerat, Joannem in Feſto Aſcenſionis anno ſequente non amplius Regem futurum, ſed Regnum transferendum eſſe in alium. Tum deductus ad Regem, id ipſum præſenti affirmavit, temere ſubjiciens; *ſi mendacii convictus fuero, quod voles, de me decernes.* Rex conjectum in carcerem cuſtodiri juſſit; at vaticinium, in provincias ſparſum, a cœlo miſſum fuiſſe omnes crediderunt. Sæcul. XIII. A. C. 1213.

Ergo Rex Joannes in deſperationem actus, Pandolphi conſiliis acquievit. Tum die decima tertia Maji anno milleſimo ducenteſimo decimo tertio, nempe Feria II. ante Aſcenſionem Domini, cum eo ad colloquendum Dubri congreditur, quo complures Optimates & magna populi frequentia confluxerant. Inter utrumque conventum, recipiendam eſſe pacem, cujus formulam Papa miſerat, in hunc ferme modum, dicebat Rex;

Sæcul. XIII. A.C. 1213. *Promittimus, nos Papæ mandatis coram ejus Legato vel Nuncio in omnibus, quæ latæ in nos excommunicationis causæ fuere, obsecuturos esse. Plenam pacem Stephano Archiepiscopo Cantuariensi, & quinque Episcopis Guilielmo Londinensi, Eustachio Elisiensi, Ægydio Herfordiensi, Jocelino Batbonensi, & Huberto Lincolniensi, aliisque tam Clericis quam Laicis, quorum interest, concedemus; quod nisi servaverimus, jure Custodiæ Ecclesiis vacantibus, & jure nostro Patronatus privari volumus. Omnia ablata eis restituemus, omnia damna resarciemus, quem in finem, ut primum aliquis cum potestate nos absolvendi advenerit, octies mille libras Sterlingorum in restitutionis partem trademus. Si quæ difficultas de alio quocunque capite nascatur, id Pontificis arbitrio committemus.* Hæc promissa non nullorum Procerum juramento confirmata.

Biduo exinde consumto, nempe die decima quinta Maji in Vigilia Ascensionis, Rex Joannes editis Literis autenticis professus est; quod pro remissione peccatorum suorum, liberrime, & Baronibus Regni sui ad consilium adhibitis, Ecclesiæ Romanæ, Innocentio Papæ, ejusque Successoribus, donet Regna Angliæ & Hiberniæ, cum omni jure & facultate, quæ inposterum non alio titulo,

16. ep. 77.

tulo, quam ut Papæ Vaſallus teneret, eique ſtrictiſſimum præſtaret Homagium. Quod in ſignum obſequii debiti, præter S. Petri Denarium, in ſingulos annos Papæ mille marcas Sterlingorum, nempe ſeptingentas nomine Angliæ, & trecentas nomine Hiberniæ, pendere vellet. Quod etiam Succeſſores ſui hanc Donationem, niſi Jus ad Regnum perditum mallent, confirmaturi eſſent. In fine Donationis, Archiepiſcopi Dublinienſis, Epiſcopi Norwicenſis & ſeptem aliorum Optimatum, tanquam teſtium, nomina apponuntur. Rex vero hanc Chartam Pandolpho, Romam deferendam, tradidit, atque illico, coram ipſo & ceteris omnibus præſentibus, Papæ homagium, adjecto fidelitatis juramento, dixit. Pandolphus pecuniam, quam in argumentum ſubmiſſionis dederat Rex, in pavimentum projectam calcavit, fruſtra repugnante Archiepiſcopo Dublinienſi, cui hæc cæremonia non probabatur. Ceterum, cum Feſtum Aſcenſionis Domini præteriiſſet, nec aliud malum accidiſſet Regi Joanni, credidit, Petri Eremitæ mendacium ſatis eſſe exploratum. Ergo miſerum, e carcere protractum, & equorum caudis illigatum, raptari, tum unacum filio ſuo affigi patibulo jubet. Indignantibus multis, quod exiſtimarent, veritatem vaticinii

Sæcul. XIII. A. C. 1213.

16. *ep.* 78.

Math. p. 199.

Sæcul. XIII. A. C. 1213.

ab eventu satis fuisse comprobatam, cum Joannes Regnum suum Romano Pontifici subjeciſſet.

§. XXVI.

Joannes Rex absolvitur.

His actis Pandolphus in Franciam navigat, cum literis & octies mille libris Sterlingorum, nempe aliqua parte illius pecuniæ, quæ restituebatur Præsulibus; iisque suadet ut in Angliam trajicerent, reliquam partem accepturi. Ipse ad Regem Franciæ delatus, vehementer hortatur, ut a proposito Angliæ arma inferendi desisteret, quod Regnum istud invadere non posset, quin Papam offenderet, postquam Rex Joannes Deo & Ecclesiæ satisfacere, & quæ Papa præcipiebat, exequi cœpisset. Cui Philippus Rex, acriter commotus, *jubente Papa*, inquit, *hoc bellum suscepi. Quis sumtus, quos in classem, in stipendiis militum, in commeatu feci, jamque sexaginta librarum millia excedunt, mihi reddet?* Sexaginta millia librarum illa ætate triginta millia marcarum argenti exæquabant, quæ hodie decies centum millia librarum conficerent, si pretium unius marcæ in triginta quinque libris statuatur. Sine dubio autem in Angliam armatus petiisset Philippus Rex, nisi Comitis Flandriæ, Vasalli sui, perfidia obstitis-

Le Blanc. mon. p. 173.

stitisset. Erat is Ferrandus seu Ferdi- Sæcul. XIII.
nandus Portugalliæ, Joannam Balduini A.C.1213.
Imperatoris Constantinopolitani filiam primo genitam conjugem habens, qui belli societatem cum Rege Angliæ inierat. Ergo Philippus arma in Ferrandum vertit, quibus hoc anno parum effectum.

Tunc vero Rex Joannes, redeunte animo, Regi Philippo bellum inferre, arma cum Flandriæ Comite jungere, & ipse in provinciam Pictavienſem se conferre statuit. At Principes Angliæ ad castra proficiscentem sequi detrectarunt, priusquam ab Excommunicatione fuisset absolutus. Quare ad Archiepiscopum Cantuarienſem, ceterosque Episcopos, exilii socios, viginti quatuor Optimatum literas misit, in quibus significabant, eos tutissimo in Angliam revehi posse. Tum Pandolpho profectionem urgente, Archiepiscopus, Episcopi quatuor Londinenſis, Elisienſis, Lincolnienſis & Herfordienſis, ceterique exules navigiis se committunt, & Dubrim appulsi Joannem Regem, in Festo S. Margaretæ, die vigesima Julii, Wintoniæ commorantem adeunt. Obvium se se Præsulibus intulit Rex, ac ad eorum pedes prostratus, calidis profusis lacrymis precabatur; sui & Regni Angliæ misererentur. Episcopi jacentem erigunt, & ipsi lacrymas

Sæcul. XIII. A.C. 1213.

non tenentes, tumque, in medium cœtum admissum, ad portam Ecclesiæ Cathedralis deducunt, ibidem Psalmum *Miserere mei Deus* recitant, ac deinde in Capitulo a Censura absolvunt. Juravit vero Rex, quod vellet Ecclesiam defendere & Clericos, vigorem optimis legibus, ab Antecessoribus suis editis, reddere, & omnia, quæ promiserat, ante Festum Paschæ, restituere. Inde Archiepiscopus, Rege, ipso invitante, Ecclesiam ingresso, Missam celebravit, qua finita Episcopi ac Optimates ad Regium convivium admissi sunt. Absolutionem hanc Regi conferendi licentiam acceperant Archiepiscopus & Pandolphus, ut ea, si necessitas postularet, uterentur. Quod ex Epistola Pontificis haud diu ante ad Archiepiscopum data cognoscimus.

Cum hæc ita essent, Joanne Rege iterum bellum & navigationem in Territorium Pictaviense cogitante, tunc quoque Principes obsequia militaria præstare recusarunt. Cumque tanquam rebelles vi & armis ad officium compellere pararet, objecit Archiepiscopus, id juramento, quod Rex paulo ante, cum absolveretur, edidisset, adversari, quia Leges præciperent, in Curia Regis prius de causa Procerum istorum judicandum esse, antequam arma adhiberentur. Excanduit

16 *ep.* 89.

canduit Rex, exclamans, se negotia Regni sui in longum differre non posse, in gratiam Archiepiscopi, ad quem causæ sæculares non spectarent. Verum Archiepiscopus denunciavit, Excommunicationis vinculo adstricturum se omnes illos, qui exercitui se jungerent, militaturi, priusquam Interdictum Ecclesiasticum tolleretur. Hac comminatione terruit Regem, coegitque, Proceribus diem dicere, qua in Curia sua ad objecta responderent. Vigesima quinta die Augusti, eodem anno millesimo ducentesimo decimo tertio Archiepiscopus, Episcopi, Priores, Decani, & Regni Barones ad S. Paulum Londini Conventum celebrarunt, in quo Archiepiscopus, non obstante Interdicto, Congregationibus Regularium, & Presbyteris Curatis, præsentibus eorum Parochianis, licentiam recitandi Officium divinum submissa voce in Ecclesiis suis dedit. Sæcul.XIII. A.C.1213.

Ibidem etiam Archiepiscopus quibusdam Optimatibus, secreto ad se vocatis, Henrici primi Regis Diploma prælegit, quod cum complures abusus prohiberet, gratissimum iis obtigit, ac præsente Archiepiscopo conjurarunt, se pro libertate sibi in his legibus asserta, si opus esset, ultima esse passuros, fidemque suam adjecit Archiepiscopus, quod

Sæcul. XIII. A C. 1213.

omnibus viribus eorum consilia sua opera fulcire vellet.

§. XXVII.

Legatio a Rege Joanne ad Regem Marochii adornata.

Math. Par. an. 1213. p. 204.

Sub idem tempus, quo Rex Joannes Papam egregiis promissis demulcebat, clandestinos Legatos mandatis instruebat, quæ promtissime ad Miramolinum, id est Regem Marochii *Abuabdalla*, Mahomet quartum, ex Almohadum genere deferrent. Ad arcanam autem Legationem adhibuerat Rex Angliæ Equestris Ordinis viros duos, Thomam *Herdinton*, Rudolphum Nicolai filium, & quemdam Clericum Robertum *de Londino* dictum. Hi in conspectum Miramolini admissi, quod jussi erant exponunt, redduntque Joannis Regis Epistolam, in qua significabat; quod, si Rex Maurus exercitum subsidiarium mitteret, ipse Defensori suo regnum Angliæ jure clientelari esset subjecturus, tributum & vectigalia imperata daturus, quin etiam Religione Christiana, quam falsam esse crederet, abjecta, Mahometis Doctrinam amplexurus. Ubi interpres hujus Epistolæ sensum Miramolino explicavit, ille librum, quem in pulpito ante oculos habebat, clausit, & aliquantum

tum moratus, *legebam*, inquit, *librum sapientis Christiani, qui Paulus vocatur, cujusque tam facta quam verba mihi summopere probantur. Illud vero in isto homine mihi displicet, quod Religionem, in qua natus erat, reliquerit. Eadem mihi sententia est de Rege vestro, qui Legem Christianam sanctissimam & purissimam abjecturus est. Deus, qui omnia novit, & quem nihil sub sole latet, non ignorat, me, si nulla Religio unquam animum meum occupasset, Christianam præ omnibus aliis electurum esse.* Sæcul. XIII. A. C. 1213.

Tum interroganti, an valeret Rex Angliæ, & quæ illius regni facies esset, respondit Thomas: *Rex noster ex nobilissima stirpe atque atavis Regibus editus est. Fertilis & opulenta Regio, cui licet vineæ & oliveta desint, commercio tamen maritimo huic inopiæ satis consulitur. Indigenis natura spectabilem formam dedit & singularem industriam, quam præterea omnes artes excolunt. Duas præter Anglicanam, quæ patria est, linguas callent, Francicam & Latinam. Anglia Insularum Regina appellatur, Regio omni ætate libera, sub imperio Regis, neminem superiorem se, nisi solum Deum, agnoscentis. Religio in nulla orbis terrarum parte magis quam inter nos floret.* Tunc vero Miramolinus, ducto ex imo pectore suspirio, *nunquam me legisse*

Sæcul. XIII. A. C. 1213.

gisse memini, ait, *quin res est omnino inaudita, quod Principi beatissimi Regni, sibique penitus obnoxii, Domino in mentem venerit, illud Regi extero & remoto vectigale efficere. Excors est, & miserrimus hominum Rex vester.* Cumque dixissent, eum ad annum vitæ quinquagesimum perveniisse, adjecit Miramolinus: *nempe ad ætatem senectuti propinquam; hinc est, quod delirare incipiat. Suadeo, ut pacem quærat & quietem.* Tum postquam vocem aliquamdiu tenuisset, colligens omnia Legatorum responsa, *Dominum vestrum*, ait, *ex Regum censu delendum arbitror, nihili æstimandum, & quocum fœdera ineam, indignum.* Tandem ad Thomam & Rudolphum conversus, eos unquam posthac conspectum suum subire vetuit.

Dum illi, rubore pudorem consequente, discedunt, Miramolinus Robertum Londinensem Legatorum tertium, qui paulo remotius steterat, intuebatur, vidensque hominem pusillum, nigri & temnendi vultus, conjecit, solertissimum esse, quod ad maximi momenti Legationem fuisset adhibitus. Hunc ergo solum affatus, complura de Rege suo quæsivit, cui perquam gratum se effecit Robertus, cum candide fateretur; Tyrannum esse Regem Angliæ, intolerabilis inter suos superbiæ, & pudendæ, ubi cum exteris

exteris agendum esset, ignaviæ, qui post- Sæcul.XIII.
quam in pœnam suæ imprudentiæ Du- A.C.1213.
catum Normanniæ pluresque alias ditiones amisisset, totum Regnum perdere, lymphato similis, cuperet, denique ob exactiones, rapinas, adulteria, & luxuriam subditis suis invisum. His perceptis Miramolinus, cui hactenus satis fuerat Regem Joannem spernere, maledictis oneratum abominari cœpit, & damnare Anglorum patientiam. Sæpius deinde Maurus cum Roberto sermonem per interpretem conseruit, & Regiis muneribus, quippe aurum, argentum, gemmas, vestesque ex serico pretiosas congessit, cumulatum dimisit. Ille domum reversus amicis omnia hujus Legationis adjuncta arcana narravit. Mathæus autem Parisiensis Historiæ Scriptor dicit, se multa ex ipsius ore accepisse, & addit; Regem Joannem non, ut vere Orthodoxum decet, de Resurrectione mortuorum, aliisque non nullis Fidei articulis sensisse, ac non nunquam a sana ratione usque adeo aliena effutiisse, ut ea referre verecundia non sineret. Quadam die cum venatoribus cervi pinguissimi, a canibus capti, tergum diripientibus adstaret, ridendo dicere auditus est: *Quam optata corporis sanitate gaudebat hoc animal, licet* p. 206.

Sæcul. XIII. A. C. 1213.

cet nunquam Sacerdoti Missam celebranti adfuerit (*)!

§. XXVIII.

Pugna ad Muretum.

Simon Montfortius Comes vero, & Episcopi Occitaniæ, auxilio Cruce signatorum ex Francia destituti, ad Regem Arragoniæ Abbates miserunt, qui ei Papæ literas redderent, & precarentur, ut consiliis Summi Pontificis obsequens, Hæreticos tueri desineret. Respondit Rex; se Pontificis mandata promtissime executurum esse. Sed facta dictis contraria secuta sunt; nam non solum Equestris Ordinis milites, quos Tolosam miserat, non revocavit, sed etiam supplementa addidit, ex suo quoque Regno copias contraxit, quas ut stipendiis datis alere posset, accepta pecunia mutua, partem ditionum suarum creditoribus pignori obtulit. Die decima Septembris,

(*) De Rege Angliæ isto, Joanne *sine terra*, dicit ad hunc locum Natalis Alexander pag. 625. *Ipsum certe de Resurrectione corporum, ac de aliis Christianæ fidei capitibus male sensisse, & quædam impia & blasphema sæpe evomuisse, refert Mathæus Paris.*

Ceterum non in omnibus Mathæus Parisiensis omni exceptione major testis esse videtur.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

bris, Feria III. post Nativitatem Beatæ Virginis, valido cinctus exercitu, cum Comitibus Tolosano, Convennensi & Foxiensi venit ad obsidendam arcem Muretum, ad Garumnam amnem duabus Leucis infra Tolosam positam, dum Comes Monfortius, qui in oppido *Fanjaux* substiterat, Saverodunum se contulit, cum Episcopis septem, & Abbatibus tribus, quos Archiepiscopus Narbonensis, Sacræ Sedis Legatus, ad deliberandum de pace, cum Rege Arragoniæ reducenda, convenire jusserat. Sæcul. XIII. A.C. 1213. c. 71.

Altera die, Feria IV. summo mane Comes Montfortius, Capellano suo accersito, confessus est, condiditque Testamentum, quod Abbati propinqui Monasterii Bulbonensis, Ordinis Cisterciensis, custodiendum misit, cum mandato; si in acie caderet, illud Romam mitteretur a Pontifice confirmandum. Præstituta die, ubi omnes Episcopi in Ecclesia præsto fuere, uno eorum, vestibus sacerdotalibus induto, Missam celebrante, ceteri Comitem Tolosanum ejusque filium, Comitem Foxiensem cum filio suo, Comitem Convennensem, omnesque eorum Fautores, quibus Rex Arragoniæ sine dubio accensebatur, excommunicarunt, sed Episcopi de industria nomen Regis dissimularunt. Die Jovis, duodecima Septembris, Crucigeris ad prœlium c. 72.

se

Sæcul. XIII. A. C. 1213.

se se accingentibus, Episcopus Tolosanus, mitra ornatus, & veram Crucem in manibus gerens ad eos, processit. Ergo Crucigeri de equis descendere, & singuli ad adorandam Crucem accedere. At Episcopus Convennensis ratus longum fore, si singuli adorarent, Cruce de manu Episcopi Tolosani accepta, & loco editiore conscenso, Benedictionem omnibus impertiens, *ite*, ajebat, *ite in nomine JEsu Christi. Spondeo, meque vadem habebitis in die Judicii, omnes, quicunque in hoc prælio cæsi fuerint, mercedem æternam & gloriam Martyrii, nullas expertos Purgatorii pœnas, recepturos esse, si modo contrito corde confessi fuerint, aut saltem animo firmo constituerint, post pugnam illico Presbyterum adire, & peccata, necdum Judicio Ecclesiæ subjecta, confiteri.*

Cum Episcopus Convennensis, a Crucigeris rogatus, hoc promissum sæpius repetiisset, idque ceteri Episcopi confirmassent, haud mora, sacri milites, agmine ad honorem S. Trinitatis tripartito, in hostem procedunt. Interim Episcopi Clericique, Ecclesiam ingressi, elata voce ac inter crebros gemitus Deum pro dimicantibus precantur. Crucigeri vero in Albigenses invehuntur, perrumpunt ordines, & Rege Arragoniæ cæso,

§. 73. insigni victoria potiuntur. Sequente die

die Episcopi, qui adfuerant, directa ad omnes Fideles Epistola, hujus pugnæ fortunam, & quidquid ipsi prius ad pacem a Rege Arragoniæ ac Tolosanis impetrandam moviſſent, retulerunt. Epistolam claudunt in hæc verba: *Cæsorum in prælio hostium numerum quis ineat? ex nostris autem unicus Eques & admodum pauci gregarii occisi. Nos Episcopi, Tolosanus, Nemausensis, Uticensis, Lutevensis, Bliterrensis, Agathensis, Convennensis, & Abbates Clariacensis, Vallismagnæ, ac S. Tiberii, qui ex mandato Archiepiscopi Narbonensis, Sacræ Sedis Legati, ad pacem revebendam nulli labori pepercimus, omnia, quæ supra memorantur, veritati esse maxime consentanea, testatum facimus. Datum Mureti, altera post victoriam die, nempe Feria VI. infra octavam Nativitatis Beatæ Virginis, anno salutis milleſimo ducenteſimo decimo tertio.* Corpus Regis Arragoniæ, nudum in loco pugnæ inventum, Equites Hospitalarii S. Joannis, quibus olim multa contulerat beneficia, sepelierunt.

Sæcul. XIII. A. C. 1213.

to. II. Conc. p. 99.

Guil. de Pod. Laur. c. 22.

§. XXIX.

Quæ, Joanne Rege absoluto, secuta sint.

Innocentius Papa, acceptis Regis Angliæ literis, a Pandolpho sibi missis, Respon-

Sæcul. XIII. A. C. 1213.

Responsorias dedit, quarum hoc est exordium: *Gratias agimus illi, qui ex malo bonum novit eruere, & quo adspirante non solum satisfactionis formulam, re mature pensata, a nobis concinnatam, recepisti, sed etiam te ipsum & Angliam tuam Ecclesiæ Romanæ subjecisti. Quis enim hanc mentem tibi indidit, nisi Spiritus ille, qui ubi vult spirat? jam ratione sublimiore & solidiore quam antea Regnum tuum tenes, cum, ut loquitur S. Scriptura, Regnum * Sacerdotale effectum sit. Mittimus tibi ergo, ut petiisti, Legatum a latere, Episcopum Tusculanum, cui, cum perspecta sint ipsi consilia nostra, plenam auctoritatem commisimus.* Hæc Epistola die sexta Julii anno millesimo ducentesimo decimo tertio data est. Simul Papa, datis ad Archiepiscopum Cantuariensem, alios Præsules, Principesque Angliæ literis, Legatum suum commendavit. Regi Franciæ quoque scribens hortatus est; bene suadenti sibi obtemperaret, & ad pacis consilia cum Rege Angliæ animum adjiceret.

16 ep. 79.

* Regale Sacerdotium.

1. Petr. 2. 9.

16. ep. 80. 81. & 6.

Nicolaum Episcopum Tusculanum, Papæ Legatum, exeunte mense Septembri, ad Festum S. Michaelis, Angliam delatum, etsi adhucdum teneret Interdictum, omnes tamen Ecclesiæ inter supplicationes & cantus publicos magna pompa

Math. Par. 1213. p. 207.

pompa exceperunt. Weſtmonaſterii deinde commoratus, Abbatem Guiliel- Sæcul. XIII. A.C. 1213.
mum, quod Venerem furtivam agitaret, & peſſumdaret Monaſterii bona, a Monachis ſuis accuſatum, depoſuit. Ceterum hic Legatus, qui cum ſeptem equis in Angliam appulſus fuerat, intra breve temporis ſpatium cum equis quinquaginta, & maxima famulorum frequentia, iter fecit. Conventus autem Londini in Eccleſia Cathedrali S. Pauli celebratus, cui Rex Joannes cum duobus Cardinalibus, S. Sedis Legatus, Archiepiſcopus Cantuarienſis, Epiſcopi & Regni Optimates interfuerunt, atque in eo per triduum deliberatum, quantum Præſulibus, ad reſarciendum damnum illatum, Regem dare oporteret. Promittebat vero, ſe centies mille argenti marcas paratas traditurum eſſe, & plura etiam usque ad futurum tempus Paſchale, ſi damnum, quod paſſi eſſent, pluris æſtimaretur. Tam rationi & æquitati conſentaneum id videbatur Legato, ut Epiſcopis ſuccenſeret, quod non protinus conſentirent. Unde eum partium ſtudii ſuſpectum habuerunt; urgebant enim, in modum totius damni accurate inquiri, ut ſimul omnia recuperarent; Regi autem gratiſſimum accidit, rem differri.

Sæcul. XIII. A.C. 1213.

Altera die, postquam diu de tollendo Interdicto deliberatum, Rex ante majus Altare illud promissum, quo Angliam & Hiberniam Papæ vectigales reddiderat, confirmavit, & loco Chartæ, cera signatæ, quam Pandolpho commiserat, aliam, die tertia Octobris anno millesimo ducentesimo decimo tertio datam, & auro signatam, Legato tradidit, ad Pontificem deferendam. Negotium de cautione damni ad Colloquium Redingæ tertia Novembris celebrandum dilatum, & postquam novæ morarum causæ natæ fuissent, res hæc iterum, suadente Legato, ad aliud tempus ablegata.

to. 5 *Spicil.* p. 576.

Joannes Rex Romam miserat Episcopum Norwicensem, Abbatem Bellilocensem, cum tribus aliis Nunciis, ad deferendas literas, in quibus affirmabat, se mandata Pontificis submisso animo perfecturum, atque etiam Regnum suum Pontifici donabat. Hos Nuncios Papa remisit, cum compluribus Epistolis, sub finem Octobris & initium Novembris datis. In prima hortatur Regem; animos Episcoporum in Regno suo, præsertim si causæ spirituales sint, leniter tractet. Ex eadem Epistola cognoscimus, Joannem Regem privilegium a Papa petiisse, ne ipse excommunicari, aut ejus Oratorium, nisi id Summus Pontifex speciatim præcepisset, Interdicto subji-

16. *ep.* 130.

ci

ci posset. Secunda Epistola Bulla est, qua Donatio Regnorum Angliæ & Hiberniæ solemnibus formulis acceptatur. In aliis literis Papa Nicolao Legato in mandatis dat; soluto Interdicto, diligenter curet, ut premantur & comburantur omnes Epistolæ Papales, quæ adversus Joannem Regem fuerant scriptæ, ut in Franciam, Angliam, & alias Regiones spargerentur, nisi de pace ineunda consentiret. Hinc etiam sine dubio hæ literæ in collectione Epistolarum Innocentii III. non occurrunt. Sæcul XIII. A. C. 1213. ep. 131. 133.

§. XXX.

Nicolai Legati molimina.

Inter Epistolas, a Legatis Joannis Regis Nicolao, Sacræ Sedis Legato, redditas, invenitur aliqua, qua Ecclesiis Cathedralibus, & Abbatiis, tunc in Anglia vacantibus, providere a Pontifice jubebatur, videlicet curare, ut Clerici Episcopatu digni, viris prudentibus ad consilium adhibitis, & consentiente Rege, eligerentur. Potestatem etiam tribuebat Papa, eos, qui obsisterent, Censuris Ecclesiasticis reprimendi. Itaque Nicolaus, his mandatis munitus, contemta Archiepiscopi & aliorum Episcoporum admonitione, cum Clericis & præfectis Regiis ad Ecclesias vacantes se contulit, virosque, quibus ferendo one-

Sæcul. XIII. A.C. 1214.

ri sacerdotali impares humeri erant, pro veteri in Anglia abusu, ordinavit. Cumque aliqui, se manifeste læsos conquesti, ad Papam appellarent, hos ille, ab officiis suis suspensos, & ademta potestate vel obolum ex suis reditibus ad sumtus, longæ profectioni necessarios, impendendi, Romam misit. Præterea Clericis suis, sine Patronorum consensu, Beneficia, quibus animarum cura annexa, contulit; quamobrem multi in hunc Legatum maledice invehebantur.

Math. Par. 1214. *to.* 11. *Conc. p.* 402.

Cardinali quoque, Stephano Langtonio Archiepiscopo Cantuariensi, ista æquo animo ferenda non videbantur. Unde post octavam Epiphaniæ, anno Christi millesimo ducentesimo decimo quarto, cum suis Suffraganeis, in loco qui *Dunestaplia* dicebatur, celebrato Concilio, postquam mature deliberatum, ad Legatum duos misit Clericos, qui, interposita Appellatione, suo nomine prohiberent, ne læsa Dignitate Archiepiscopi, ad quem dispositio Ecclesiarum in sua Diœcesi de Jure spectaret, Prælatos in Ecclesiis vacantibus instituere præsumeret. Legatus autem Appellationi non acquiescens, consentiente Rege, Pandolphum ad Curiam Romanam misit, ut consiliis Archiepiscopi adversaretur. Quo cum ille perveniisset, famam Archiepiscopi Cantuariensis in conspe-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ctu Summi Pontificis non mediocriter denigravit, objiciens Archiepiscopo & Episcopis Angliæ, quod in exactione & restitutione sibi ablatorum, tempore Interdicti, nimio rigore & avaritia laborarent, quodque ipsum Regem & Regni libertatem plus æquo deprimerent. Contra summis præconiis Joannem Regem extulit, asserens, se Regem tam humilem tamquam modestum eatenus nunquam vidisse. His laudibus ei Pontificis gratiam conciliavit. Cumque Magister Simon Langtonius, Archiepiscopi frater, Pandolpho, de Rege tam magnifice coram Papa loquenti, obstreperet, rejectus est. Usque adeo nempe Rex Angliæ Regnum suum Sacræ Sedi donans & subjiciens Papæ animum demulserat. Sæcul. XIII. A. C. 1214.

§. XXXI.

Pelagius, Legatus in Romania.

Ab obitu Cardinalis S. Susannæ, nullus Sacræ Sedis Legatus in Romania versabatur. Nam Maximus Notarius, quem Papa illuc destinaverat, interim sua mandata executurum, Venetiis hæserat. Quare anno millesimo ducentesimo decimo tertio Innocentius Papa, Pelagium Cardinalem, Episcopum Albanensem, auctoritate Legati præditum, Constantinopolim misit, cum literis, quibus eum

Sæcul. XIII. A.C. 1214.

Henrico Imperatori, Godefrido Achajæ Principi, aliisque in Græcia Principibus, Episcopis, Abbatibus, ceterisque virorum Ecclesiasticorum Præpositis, commendabat. Hæ Epistolæ Signii duobus ultimis diebus mensis Augusti anno millesimo ducentesimo decimo tertio datæ sunt. Pelagius Legatus, ut nemo non sciret, quod Romani Pontificis personam referret, totus purpuratus, calceamentis etiam, ac equi sui freno, stragulisque rubris, incedebat, idque in hunc Præsulem Græcorum omnium oculos rapiebat, coloris istius splendorem in solo Imperatore suo conspicere adsuetos. Præterea potestate sua superbe utebatur, Græcos universos Romæ subjecturus, Monachos, Presbyterosque refractarios, in carceres detrudebat, jubebatque claudi eorum Ecclesias. Pœna mortis iis denunciabatur, qui Papam ut Episcoporum primum non reciperent, ejusque mentionem in sancto Sacrificio non facerent. Tantus rigor ingentem terrorem Constantinopolitanis ingessit, atque eorum præcipui, ad Henricum Imperatorem conversi, *quamquam ex diversa gente nati simus*, ajebant, *aliumque habeamus Pontificem, tibi alienigenæ sponte corpora nostra, non autem animas & Religionem tradidimus. In bello pro te pugnabimus, at fidem nostram defe-*

16. ep. 104 &c.

Georg. Acropol. n. 17

deſerere non poſſumus. Ergo a malis imminentibus nos vindica, vel patere, ut liberi ad Populares noſtros tranſeamus. Sæcul. XIII. A.C. 1214.

Noluit Imperator tot fortium virorum opera carere, ſed, invito Legato, Græcorum Eccleſias aperiri, eorumque Monachos ac Presbyteros libertati reſtitui præcepit. Ita tempeſtatem in Urbe Conſtantinopoli motam compoſuit. Complures tamen Monachi diſcedentes Imperatorem Lascarem adierunt, qui Monaſteria, in quibus degerent, conceſſit, & non nulli Presbyteri Niceam migrarunt, ubi Michael Autorianus Patriarcha quosdam Clericorum ſuorum numero adſcripſit, aliisque Eccleſias contulit. Sicque optata libertate potiebantur (*).

(*) Cum Pelagius S. Sedis Legatus petiit, Papam ut primum Epiſcoporum recipi, ejusque mentionem in Sacro Sacrificio fieri, juſta petiit, imo etiam ad conſervandam unitatem Hierarchicam & Communionem Eccleſiaſticam, ſine quibus vera Chriſti Eccleſia non eſt, neceſſaria, ſed præfervide & intempeſtive. Expectandum fuiſſet, donec Latinorum Imperium Conſtantinopoli ſtabiliretur; unde exoptata occaſio nata fuiſſet, Græcos Romanis uniendi. Ceterum fundamento non caret Fleurii Reflexio; ante captam a Latinis Conſtantinopolim nunquam tam certa Schismatis argumenta fuiſſe deprehenſa.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sæcul. XIII. A C. 1214.

§. XXXII.

Res Albigenſium.

Ineunte anno milleſimo ducenteſimo decimo quarto Papa in Provinciam alium Legatum, ſcilicet Petrum Beneventanum Cardinalem, Diaconum Titulo Sanctæ Mariæ in *Aquire*, miſit, cum Epiſtolis, die decima ſeptima Januarii & ſequentibus datis. In prima, ad Archiepiſcopos Embrodunenſem, Arelatenſem, Aquenſem, Narbonenſem, eorumque Suffraganeos, ad Abbates & alios Præpoſitos Eccleſiaſticos directa, præcipit; ſubmiſſo animo Legatum ſuum recipiant, & quæcunque decerneret, ſancte ſervent. In alia Epiſtola Papa Simoni Comiti Montfortio in mandatis dat; filium Regis Arragoniæ, quem poſt pugnam Muretanam captivum tenebat, in manus Legati ſui tradat. Petro Legato mandata etiam commiſſa erant, quibus inſtructus Comitem Convennenſem, Vicecomitem Benearnienſem & Toloſanos abſolveret, ſi cautionem de futura ſatisfactione præſtitiſſent. Ceterum in Territorium Albigenſe medio ferme menſe Aprili pervenit, cum eodem tempore Epiſcopus Carcaſſonenſis Crucigerorum militum ſupplementa ex Francia adduxiſſet.

16. *ep.* 167.

16. *ep.* 171. 171.

Petr Hiſt. Albig. c. 77. 78.

Hic

Hic Præsul totum annum superiorem, bellum in Francia contra Hæreticos prædicans, consumserat, non nullis aliis, maxime autem Magistro Jacobo Vitriaco, operam jungentibus. Cardinalis quoque Legatus Robertus Cursonius, & Guilielmus Archidiaconus Parisiensis sacrorum militum cohortes adduxerant; quamvis enim Cardinali incumberet, præcipue sacram expeditionem in Terram sanctam prædicare, in illis tamen adjunctis consensit, ut etiam contra Albigenses moventibus denunciaretur Indulgentia. Quin & ipse Crucem pectori affixam, contra Hæreticos militantium Insigne, gerere cœpit. Crucigeris omnibus vero indictum, ut Bliteris, die decima quarta post Pascha, seu decima tertia Aprilis, ad castra confluerent. Præterea Odo III. Dux Burgundiæ, ab Archiepiscopo Narbonensi excitatus, Archiepiscopis Lugdunensi & Viennensi comitantibus, Comiti Montfortio auxilia attulit. Sæcul XIII. A C. 1214. c. 75.

In Quadragesima hujus anni millesimi ducentesimi decimi quarti Balduinus Comes, Tolosani Comitis frater, noctu in lecto suo dormiens, Olmiæ in Territorio Cadurcensi, a proditoribus per insidias captus est, & in aliam Arcem, a subditis quidem suis insessam, translatus. Quia deinde turrim dedi vetabat,

Sæcul. XIII. A.C. 1214

raptores incluſum inedia per biduum cruciarunt; quo transacto, ille Presbyterum vocari jubet, confitetur, & Communionem petit. At poſtea, Presbytero cum S. Sacramento intrante, ſupervenit graſſatorum aliquis, terribili juramento affirmans, non paſſurum ſe, ut Comes Balduinus ullo cibo potuve refocillaretur, priusquam quemdam graſſatorum illorum, commilitonem ſuum, quem in vinculis cuſtodiri juſſerat, liberum dimiſiſſet. Cui Comes: *Crudelis! non alimentum corporis, ſed divinum Myſterium, eſcam animæ meæ, peto.* Tum, latronibus Sacerdotem prohibentibus, ait: *Saltem oſtendatur mihi Sacramentum,* idque, a Miniſtro ſibi exhibitum, devote adoravit. Inde Montemalbanum deducitur, quo ubi etiam Comes Toloſanus advenit, ipſo jubente protrahitur Balduinus, & illico fauces Principis laqueo innectuntur, quo necaretur. Iterum peccata confitendi ſpatium, & Viaticum, roganti, utrumque denegatur; ſed Deum teſtem invocantem, quod pro defenſione Religionis moreretur, Comes Foxiæ, ejus filius, & quidam ex Arragonia Eques, e terra cum funę, quem injecerant, elevatum, ac e nuce arbore ſuſpenſum, ſtrangulant. Ita Comes Toloſæ fratrem ſuum miſerandum in modum peremit.

Balduinus peremtus.

Petrus

Petrus Beneventanus Legatus, poſt quam cum Simone Comite Montfortio ad colloquium coiviſſet, Narbonam perrexit, ad quem mox Comes Convenenſis, Comes Foxienſis, & complures alii, ditionibus ſuis ob Hæreſim privati, conveniunt, rogantes, ut eas ſibi reddi juberet. Ipſe omnes reconciliavit, non ſolum recepto eorum juramento, quod Eccleſiæ præcipienti morem gerere vellent, ſed etiam munitis caſtris, quæ in ipſorum adhuc erant poteſtate, ſibi traditis. Reliquo æſtatis tempore Comes Montfortius complures Arces in Territoriis Cadurcenſi, & Agennenſi ad deditionem compulit, atque præter alias Mauriacum, in qua Hæretici ſeptem de Secta Waldenſium deprehenſi ſunt. Hi ad Legatum Robertum Curſonium, caſtra tunc ſequentem, adducuntur, & cum ſimpliciter errorem faterentur, a Crucigeris, magnam lætitiam profitentibus, igni traduntur.

Sæcul. XIII. A. C. 1214.

Petr. c. 77.

c. 79.

Inde Comes Montfortius oppidum *Chaſſeneuil* in Territorio Agennenſi admoto exercitu obſeſſum cepit. Robertus Legatus quoque, obſidioni interfuturus, advenerat, ſed exitum ibi non expectavit, urgentibus Legationis ſuæ negotiis in Franciam revocatus. Ceterum Comes Montfortius compluribus munimentis & oppidis Hæreticorum, Tyran-

c. 80.

Sæcul. XIII. A.C. 1214. Tyrannorum seu latrunculorum, provinciæ Petrocorienſis, Lemovicenſis, & Rutenenſis, in poteſtatem ſuam redactis, pacem in illis regionibus reſtituit.

§. XXXIII.

Pugna ad Boviniacum.

Rigor. p. 52. Inter hæc Philippus Rex Franciæ in Flandria Ferrando Comiti, Ottoni Imperatori & Comiti Saresberienſi, Regis Angliæ fratri, ex patris amica nato, Ferrandi fœderatis, arma inferebat, atque cum adverſi exercitus ad pontem Boviniacenſem prope Tornacum in mutuo conſpectu ſtarent, Philippus Rex, milites ſuos ad ſtrenue rem gerendam excitaturus, *tota ſpes noſtra, Comilitones in Deo ſita eſt*, inquit, *Rex Otto, ejuſque ſatellites a Papa excommunicati, Eccleſiæ inimici ſunt & everſores. Stipendia, quibus ſuſtentantur, ex pauperum lacrymis, Eccleſiarum Clericorumque ſpoliis impii extorſerunt. Nos vero Chriſtiani ſumus, Communione & ſancta Eccleſiæ pace gaudentes. Ut ut peccatores, cum Eccleſia tamen ſentimus, & credimus, ac pro viribus noſtris Clericorum libertatem defendimus. Quare magna fiducia a Dei miſericordia victoriam de inimicis noſtris ſperemus.* Regi, ita proximos quosque alloquenti, acclamarunt, ut ſibi benediceret, moxque pugnæ

pugnæ ſignum tuba datum. Haud procul poſt Regem ſtabat Capellanus, Hiſtoriæ hujus Scriptor, nempe Rigordus monachus, & cum eo alius Clericus, qui, audito æris militaris ſono, Pſalmos centeſimum quadrageſimum tertium, ſexageſimum ſeptimum, & vigeſimum, victoriam rogantibus congruos, erumpentibus lacrymis, decantarunt. Inita vero eſt hæc pugna die Dominica, vigeſima ſeptima Julii, anno milleſimo ducenteſimo decimo quarto, atque victoria nullatenus ambigua ex parte Regis Philippi ſtetit. Ottonem Imperatorem fuga abſtulit, Comites Flandriæ & Saresberienſis capti. Eodem tempore Joannem Regem Angliæ, exercitu in Territorium Pictavienſe expoſito, Arcem *Rupem Monachorum* dictam in ditione Andegavenſi obſidentem, Ludovicus, Regis Franciæ filius, depulit. Ut hujus diei lætitia ad poſterorum memoriam transmitteretur, Rex Philippus prope Silvanectum Abbatiam *de Victoria* condidit, in quam Canonicos Regulares Congregationis Pariſienſis S. Victoris invexit. Sæcul. XIII. A.C. 1214. *Rigor. p. 66.*

§. XXXIV.

Interdictum in Anglia tollitur.

Ad Feſtum Purificationis Joannes Rex Romam miſerat Joannem Epiſcopum Nor-

Sæcul. XIII. A.C. 1214.

Math. Par. p. 208. 209.

Norwicenſem, Richardum *du Marais* Archidiaconum Nordhumbrenſem, duosque Viros Nobiles, qui Interdictum, quo tamdiu Anglia conſtricta fuerat, ſolvi peterent. Illi deinde, Joanne Rege ultra mare agente, reverſi, Papæ Epiſtolam attulerunt, qua Nicolao Epiſcopo Tuſculanenſi imperabat; Interdictum tolleret, ea conditione, ſi Rex cautionem præſtaret Archiepiſcopo Cantuarienſi, Epiſcopis Londinenſi, Eliſienſi, aliisque, quod illata damna reſarcire vellet. Nicolaus Legatus, acceptis his Papæ literis, ampliſſimum Concilium Londini in Eccleſia S. Pauli indixit, cui tam Epiſcopi quam Optimates Sæculares interfuerunt. Poſtquam pecuniæ ſumma, quam Rex conquerentibus Epiſcopis reſtituerat, fuit æſtimata, apparuit, tredecim millia marcarum argenti ſupereſſe ſolvenda, qua de re duo Epiſcopi Wintonienſis & Norwicenſis Fideijuſſores ſe ſe obtulerunt. Tunc autem in Feſto S. Petri, die vigeſima nona Junii anno milleſimo ducenteſimo decimo quarto, in eadem Eccleſia S. Pauli, Londinenſis urbis Cathedrali, Legatus ſolemni ritu abſolutionem ab Interdicto denunciavit. Cantatus eſt Hymnus, *Te Deum Laudamus*, pulſatæ campanæ, maximo totius Regni gaudio. Ceterum Interdictum iſtud in Anglia annis ſex, menſibus

bus tribus, & diebus quatuordecim, damno Ecclesiæ, sive temporalia, sive spiritualia spectentur, irreparabili, tenuit. Sæcul.XIII. A.C.1214.

Tunc vero complures, quibus Interdictum nocuerat, Abbates, Priores, Templarii, Hospitalarii, Abbatissæ, Moniales aliique tum Clerici tum Laici, Legatum adeuntes, conquerebantur; se, quamvis equidem ex Anglia non fugissent, nihilominus a Rege ejusque præfectis miserum in modum fuisse vexatos, ac proinde jure petere, ut in integrum restituerentur. Respondit Legatus; in mandatis suis nullam de ipsis mentionem fieri, nec licere sibi positos limites transgredi. Suasit autem, ut ad Papam se converterent, & sibi satisfieri postularent. Sed omnes, spe abjecta, ad sua redierunt.

§. XXXV.

Concilium in Urbe Montepessulano.

Anno sequente millesimo ducentesimo decimo quinto ineunte, ante diem decimam quartam post Natalem Domini, Petrus Beneventanus Legatus in Urbe Montepessulano Concilium celebravit, cui interfuerunt Archiepiscopi quinque, Narbonensis, Augustæ Auscionum, Embrodunensis, Arelatensis, & Aquensis, cum Episcopis illarum regionum viginti *Petr. Hist. Albig. c.* 81.

Sæcul. XIII. A.C. 1215.

ginti octo, & multis Baronibus. Simon autem Comes Montfortius non aderat, quod eum cives Montispessulani, sicut omnes Francos, vehementer averſarentur, nec mœnia ſua intrare ſinerent. Manſit ergo, dum Concilium celebratur, in quadam arce vicina, Dominio Epiſcopi Magalonenſis, id eſt, Montispeſſulanenſis, ſubjecta, unde quotidie in ædes Templariorum extra urbem poſitas ſe conferebat, ubi Epiſcopis ad ſe divertentibus, quoties neceſſitas poſtulabat, colloquebatur. Legatus in Eccleſia Dominæ Noſtræ pro concione dicens Concilium exorſus, Prælatos deinde in domum ſuam accerſitos affatus eſt in hunc modum: *Repeto & requiro a vobis per terribile Dei judicium, & obedientiam, quam Eccleſiæ Romanæ debetis, fidum mihi ſuggerite conſilium, cui viro præ ceteris Urbis Toloſæ Principatus, aliæque urbes ab exercitu Chriſtianorum Cruce ſignatorum occupatæ, concedendæ ſint.* Cum Epiſcopi ſinguli cum Abbatibus & familiaribus Clericis ſuæ Diœceſis diu deliberaſſent, tandem omnium vota & conſilia has Ditiones Comiti Montfortio deſtinarunt. Moxque ſummis precibus a Legato petunt, ut ejus poteſtati omnes terras, de quibus tunc agebatur, traderet. Sed Mandata Legati inſpicientes cognoverunt, quod id, Summo Pontifice inconſulto, non poſſet. Ergo

to. 11. Conc. p. 103.

Ergo communi omnium consensu Romam mittitur Bernardus Archiepiscopus Embrodunensis, cum Legati Petri & Episcoporum Epistolis, quibus rogabant Innocentium Pontificem, ut eis Comitem Simonem Montfortium Dominum & Principem daret. Sæcul. XIII. A.C. 1215. *Duchesne to.* 5. *p.* 769. *to* 11. *Conc. p.* 107.

In Concilio urbis Montispessulani Statuta quadraginta sex edita sunt, ac primi eorum hæc est summa: *Sæpe multumque Laici querelas ad nos detulerunt, de vestitu lurido, & contra modestiæ leges peccante, quorumdam virorum Religiosorum, & Ecclesiasticorum. Scandalo enim iste habitus Laicis est, qui hujusmodi Clericos non modo nulla veneratione dignos existimant, sed etiam variis modis vexant, nec Laicis esse meliores putant, quos in habitu Laicis dissolutiores conspiciunt. Quare districte jubemus, ut quilibet Archiepiscopus vel Episcopus talaribus vestimentis & insuper amiculo* * *lineo extra domum, si pedes vadat, semper utatur. Idem observet, si domi extraneos in conspectum admittat. Nullus Clericus vestibus rubei aut viridis coloris utatur. Canonici Regulares semper amiculo lineo induti incedant. Episcopi aliive Clerici non habeant aves, venandi causa, nec eas propria manu, cum domo exeunt, portent.*

* Rochet c. 3. c. 26. c. 7.

Sæcul. XIII. A.C. 1215.

Capitula non recipiant Laicos in Canonicorum vel Fratrum numerum, nec ad Præbendam Canonicam panis & vini. Hujus consuetudinis vestigia in quibusdam Ecclesiis videmus, ubi Reges vel alii Principes Præbenda potiuntur. Tum iterum Concilium: *Parochiales Ecclesiæ adolescentulis, vel constitutis in minoribus Ordinibus non tradantur.* *Nullus Monachus aut Canonicus Regularis proprium habeat, ne quidem ex licentia sui Abbatis aut Prioris, cum ipsis hujusmodi licentiam dare non possint.* *Nulli viro Religioso certa pecunia detur, qua sibi vestes comparet. Quæ pensionibus distributis supersunt, pauperibus erogentur.* *Nullus in duabus Congregationibus professionem Religiosam edat, nisi a Monasterio laxiore ad strictiorem Regulam transire voluerit.* *Prioratus, qui tribus Fratribus sustentandis non sufficit, alteri conjungatur.* Posteriores Canones hujus Concilii præcipue de Pace, nempe de securitate iter facientium, decernunt; a quocunque enim exigebatur juramentum, quod a latrociniis abstinere vellet, addita pœna, nisi juraret, quod a pace publica, & a Communione Ecclesiæ excludendus esset. Omnibus in Concilio Montepessulanensi intra complures dies peractis, eoque soluto, Legatus Sacræ Sedis

c. 8.

c. 12.

c. 18.

c. 22.

c. 25.

c. 30. 31.

Petr. c. 81.

Sedis cum Comite Montfortio Carcas- Sæcul. XIII.
sonam petiit. A.C. 1215.

§. XXXVI.

Ludovicus Franciæ in Occitania.

Hoc anno milleſimo ducenteſimo decimo quinto Ludovicus Regis Franciæ filius, cum Induciis inter parentem ſuum & Regem Angliæ initis, vacaret, votum ante triennium editum impleturus, contra Albigenſes in Occitaniam movit, comitantibus Principem ſuum compluribus Optimatibus, duobusque Epiſcopis Belvacenſi & Carcaſſonenſi, quippe iſte haud diu ante, a Comite Montfortio rogatus, ad negotia ſacræ expeditionis curanda, in Franciam venerat. Locus, in quem ſacri milites convenirent, indictus erat Lugduni, ad diem Paſchæ, quod Feſtum hoc anno in diem decimam nonam Aprilis incidebat. Comes Montfortius Ludovico Principi, Domino ſuo, Viennam usque, & Petrus Beneventanus, Legatus, Valentiam obvios ſe ſe intulerunt. Porro Petrus Legatus Toloſanis, Narbonenſibus aliisque Comitis Montfortii hoſtibus, ſecreto a Cenſura abſolutis, Toloſam, Narbonam, aliasque Hæreticorum urbes ſuo præſidio tuebatur; timebat enim, ne Ludovicus, Regis Franciæ, ſupremi totius Regionis Domini, filius natu c. 82.

Sæcul. XIII. A. C. 1215.

tu maximus, has urbes vel occuparet, vel destrueret. Unde multi credebant, adventum hujus Principis Legato haud probari, qui dicebat: *Cum Regionem istam Hæresis infeciſſet, Rex Franciæ sæpe rogatus, ut eam ab hac lue purgaret, id efficere omiſit, quare, poſtquam modo Papa, Crucigerorum auxiliis munitus, has provincias in ſuam redegit poteſtatem, æquitati conſentaneum eſſe mihi non videtur, ut Ludovicus, me invito, quidquam moliatur, maxime qui tanquam Cruce ſignatus & pie peregrinans venit.* Ludovicus, mitiſſimi ingenii Princeps, Legato reſpondit, nihil se præter ejus voluntatem & consilium esse moturum. Attentus Lector in hoc loco notabit Curiæ Romanæ consilia & opinionem, subactas a Crucigeris militibus Ditiones Papæ jure subjici.

Ludovico Principe, Valentia ad S. Egydium profecto, advenerunt Comes Montfortius & Delegati Concilii Montispeſſulani ad Papam, afferentes literas, quibus Pontifex Comiti Montfortio custodiam omnium ditionum, quas Crucigeri tenebant, committebat, quoad de tanto negotio accurate decerneret Concilium Generale, eodem anno mense Novembri celebrandum. In Epistola ad ipsum Comitem Montfortium data hic Princeps insigni elogio exornabatur, eum-

eumque hortabatur Papa; in obsequio JEsu Christi (hoc enim nomen bello in Albigenses dabatur) perseveraret, & significabat, se cunctis Baronibus, Consulibusque illarum provinciarum præcepisse, ut ei in omnibus, quæ ad pacem & fidem spectarent, obedirent. Ergo Petrus Legatus, ut mandata Pontificis exequeretur, cum haud diu post Carcassonæ cum Ludovico Principe versaretur, Episcopis & Nobilibus viris, qui obsequii causa Principem, Regni Hæredem, sequebantur, in ædes Episcopales convocatis, Montfortio Comiti, ibidem etiam præsenti, custodiam illius regionis, usque ad futurum Concilium universale, tradidit. Inde Tolosam ventum, cujus urbis mœnia dejecta. Tumque Ludovicus Princeps ceterique sacri & peregrini milites, voto quadraginta dies militandi impleto in Franciam redierunt. Petrus quoque Beneventanus Legatus, cum ea, quæ sibi mandata fuerant, effectui dedisset, Romam repetiit. Sæcul. XIII. A.C. 1215.

§. XXXVII.

Joannes Rex privilegia Anglorum confirmat.

In Anglia post Natalem Domini anno salutis millesimo ducentesimo decimo quarto Regni Proceres, Londini collecti, *Math. Par. an.* 1215.

Sæcul. XIII. A.C. 1215.

cti, libertatem & privilegia ſua, primum ab Eduardo Rege, & deinde ab Henrico primo conceſſa, a Rege Joanne confirmari petierunt. Quoniam affirmabant, ipſum, cum Wintonii a Cenſuris abſolveretur, juramentum edidiſſe, quod ea conſervaturus eſſet.

Rex Joannes, potentiam Procerum pertimeſcens, quos arma ſibi illaturos non dubitabat, ſi intempeſtive reſiſteret, usque ad Octavam Paſchæ inducias poſtulavit, quo temporis ſpatio de re tanta deliberaret, & nihil Regio faſtigio indignum admitteret. Annuerunt Optimates, & tunc quidem diſceſſum. Illo intervallo Rex Crucem, pie peregrinantium more, accepit, ſimulans ſe in Terram ſanctam profectionem ſuſcepturum eſſe, ut hoſtibus ſuis conceſſam Crucigeris immunitatem objiceret. In hebdomada Paſchali, conveniunt Optimates armati, duo millia Equitum, ſequente numeroſiore peditum agmine, Stephano Langtonio Archiepiſcopo Cantuarienſi omnium, quæ agebantur conſcio, etſi ipſe a Regis latere non diſcederet. Die Lunæ poſt Octavam Paſchæ, nempe vigeſima ſeptima Aprilis, anno 1215. mittit ad eos Rex Archiepiſcopum, quæſiturum, quænam tandem Privilegia depoſcerent. Ipſi, commentarium, in quo omnia conſcripta erant, remittunt.

Quæ

Quæ cum recitari audiisset Rex, ira acerrime commotus, *multum bis debeo*, inquit, *quod non etiam sceptrum & coronam sibi tradi exigant.* Jurejurando deinde affirmavit, nunquam se eis libertatem tam amplam concessurum, qua si potirentur, ipse jam non Rex, sed subditorum mancipium, futurus esset. Sæcul. XIII. A.C 1215.

Itaque Proceres, a Rege repulsi, electo militiæ Duce Roberto, Gualterii filio, quem exercitus Dei & sanctæ Ecclesiæ Præfectum dicebant, bellum auspicantur, ac non nullas Regias Arces occupant. Quin etiam Londinum intrantes, vastissimam urbem in suam potestatem redigunt, Dominica ante Ascensionem Domini, die vigesima quinta Maji. Tuncque Regi, a suis deserto, vix septem Equestris Ordinis viri fidem servarunt. Dissimulato igitur immani odio, quo in rebelles ardebat, nuncios mittit, qui suo nomine referrent; se, amore pacis impulsum, Privilegia, quæ exoptabant, concessurum. Tum dies ad colloquendum decima quinta Junii præstituta. Illa Rex Joannes Diploma edidit, quod memorata Privilegia complectebatur. In exordio profitetur, se ista adhibito consilio Archiepiscopi Cantuariensis, septem Episcoporum, Pandolphi Nuncii Apostolici, multorumque aliorum Optimatum, quorum ibi leguntur nomina, indulsisse.

Sæcul. XIII. A.C. 1215.

In primo capite agitur de Libertate Ecclesiarum, deditque Rex de hac re Chartam quoque separatam, in qua declarat, non obstante quacunque consuetudine, quæ hucusque in Anglia viguisset, Electionem Prælatorum tam in Ecclesiis Cathedralibus quam Regularibus deinceps liberam futuram esse, salvo jure Custodiæ Ecclesiarum & Monasteriorum vacantium, Regi debito. Promittit, se licentiam eligendi non denegaturum, & vult, ut si eam dare recusaret, iis tamen, quibus competit, jus sit electionem peragendi. Hanc Chartam, Ecclesiæ faventem, & speciatim editam, Papa deinde, data Bulla, confirmavit.

In ceteris Articulis, a Rege Joanne tunc concessis, de Feudis, de Silvis, aliisque similibus causis sæcularibus, nihil occurrit, quod non æquitate niti, & ad varios abusus tollendos, aptum videatur. Nihilominus brevi post pœnitentia subiit Regem, irritatum cavillationibus improborum, qui Principem obsidebant, & nequiter exprobrabant; jam præter nomen nihil Regis in eo reperiri, qui sponte turpis servitutis jugum admisisset. Ergo, iterum in furorem actus, luci, quam primo nascens aspexerat, maledicebat, ringebatur, bacillos dentibus comminuebat, & confractos projiciebat. Tum etiam clam mandata dedit, ad bellum

contra

contra Proceres gerendum, & noctu in Insulam Vectem * profugit, ubi aliquamdiu latuit. Inde Pandolpho Subdiacono cum quibusdam sociis Romam missо, a Papa petiit, ut a juramento, quo se nuper ad servanda privilegia obstrinxerat, absolveretur. Pandolphus, ejusque in hac Legatione comites, Papæ exposuerunt; Barones Angliæ, commota in Regem seditione, privilegia justitiæ adversantia, & Dignitati Regiæ noxia, extorsisse. Addiderunt: *Vocatis ad se Delegatis rebellium frustra objiciebat Rex, Imperium Angliæ speciali jure Ecclesiæ Romanæ esse subjectum, nec licere sibi, te inconsulto, res novas in regno suo statuere, tum interjecta Appellatione tutum se fore sub Sacræ Sedis præsidio sperabat. At Barones, spreta Apostolicæ Sedis auctoritate, Londinum urbem, Regni Caput, nefanda proditione occuparunt, & armati Regem suum ad confirmanda, quæ obtrudebant, privilegia, compulerunt.* Simul his, Regis Legati Papæ tradiderunt non nullos Articulos, ex illo Diplomate excerptos, quos causæ Regis maxime favere existimabant. Sæcul. XIII. A.C. 1215.

* Wicht.

§. XXXVIII.

Papa Privilegiis Angliæ adversatur.

Papa memoratis Articulis attente perlectis, supercilio in rugas contracto,

Sæcul. XIII. A.C. 1215.

indignans, *quæ Barones Angliæ*, inquit, *dementia cepit? an Regem, Cruce signatum, præsidio Sedis Apostolicæ tutum, de solio pellere, & Regnum Romanæ Ecclesiæ proprium alteri conferre audeant? per Sanctum Petrum! istud facinus haud inultum auferent.* Tum, Cardinalibus ad consilium vocatis, sententiam protulit hujusmodi: *Privilegia ista vi extorta sunt, spreto Rege, offerente, quod Baronibus suis satisfacere, aut Sacræ Sedis judicio stare vellet. Quare concessionem hanc nullam & irritam dicimus ac efficimus. Regi sub pœna Excommunicationis prohibemus, ne eam servet, & Baronibus, ne ea utantur.* Hæc in Bulla, ad omnes Fideles directa, & vigesima quarta Augusti, anno millesimo ducentesimo decimo quinto data, continentur. In alia Bulla, eadem die ad Barones data, præcipit Pontifex; hisce Privilegiis renunciarent, cum Rege in gratiam redirent, & Mandatarios ad Concilium Universale mitterent, ubi eis, quod salva justitia petere possent, indulgendum esse promittit.

ap. Math. p. 223.

At Barones, his literis insuperhabitis, bellum pertinaciter gerebant. Quo comperto, Papa omnes excommunicatos denunciavit, suamque sententiam Episcopum Wintonienſem, Abbatem Redingenſem, & Pandolphum Subdiaconum,

num, exequi jussit, data Epistola, in qua conqueritur, Regem, rebellium armis pressum, ab Archiepiscopo ejusque Suffraganeis fuisse desertum, quod collusionis haud obscurum esset indicium. Tumque adjicit: *Præclaros sane Patrimonii Ecclesiæ Romanæ custodes, & Christianorum Cruce signatorum Defensores, Vah! Sacerdotes Saracenis pejores! qui illum Principem de Regno deturbare conantur, a quo plurimum auxilii, in Palæstina militantibus, obventurum esse sperabamus. Quare in nomine Dei Omnipotentis omnes hosce Perturbatores Reipublicæ Anglicanæ eorum complices ac Fautores excommunicamus, & ditiones ipsorum Interdicto Ecclesiastico subjicimus. Archiepiscopo vero & Episcopis districte præcipimus, ut sententiam nostram singulis Dominicis in toto regno solemni ritu denunciari curent, ac nomine nostro cunctos subditos Regi suo contra seditiosos consilium & opem ferre jubeant. Si quis Episcoporum mandatum hoc nostrum exequi neglexerit, sciat, se ab omni officio Ecclesiastico esse suspensum, sibique subjectos ab obedientia, alias debita, absolutos.*

Sæcul.XIII. A.C.1215.

Mandatarii illi tres Archiepiscopum Cantuariensem adierunt, nomine Papæ jubentes, latam sententiam exequi. Ipse jam

Sæcul. XIII. A. C. 1215.

jam navem conscenderat, Romam profecturus, & interfuturus Concilio; hinc inducias petiit, donec ad conspectum Pontificis pervenire potuisset, affirmans, sententiam contra Barones, suppressa veritate, fuisse impetratam, nec posse se eam promulgare, priusquam mentem Pontificis ex ipsius ore percepisset. At Mandatarii, potestate sua usi, Archiepiscopum ab ingressu in Ecclesiam & ab omni munere spirituali suspenderunt; qui humiliter se submittens, ut erat suspensus, Romam petiit. Tunc ergo Episcopus Wintoniensis & Pandolphus omnes Barones, qui Joannem e Regno ejicere tentarent, excommunicationis Censura constrinxerunt. Quia vero in Bulla Pontificis nemo singillatim nominabatur, nullus Baronum hujus sententiæ rationem habuit, nullus pro excommunicato se gessit.

§. XXXIX.

Statuta Scholæ Parisiensis.

Hist. univ. to. 3. p. 81. Launoi. de var. Arist. c. 4.

Cardinalis Legatus, Robertus Curssonius, adhuc Parisiis versabatur, ubi jubente Papa ad reformandas scholas Statuta condidit, hoc exordio: *Nemo Parisiis artes doceat, nisi ad annum ætatis vigesimum primum pervenerit, & ipse annis saltem sex iisdem operam dederit. Quicunque docere postulans exa-*

men

men ſubeat ſecundum formam, in Scripto Domini Petri Epiſcopi Pariſienſis, de Pace inter Cancellarium & Scholaſticos, contentam. Pro more autem in Scholis Libri Ariſtotelis de Dialectica tam antiqua quam nova explicentur. Prælegantur etiam duo Priſciani, aut ſaltem eorum alter. In diebus Feſtis nihil aliud explicetur, quam Libri Philoſophorum, Rhetorum, Mathematicorum, & Grammaticorum, vel, ſi voluerint, Libri de Moribus, & quartus de Topicis. Libri Ariſtotelis de Metaphyſica aut Phyſica, vel eorum compendium, vel quidquam de Doctrina Davidis, Dinantii, Amalrici Hæretici, aut Mauritii Hiſpani, non legantur. Sæcul. XIII. A.C. 1215.

Et infra de Theologis: *Nemo Theologiam doceat, niſi triginta quinque annorum vir, & niſi prius ad hanc ſcientiam annis ſaltem octo incubuerit. Nemo Pariſiis ad tradendas Lectiones publicas vel prædicandum recipiatur, niſi quoad mores & ſcientiam approbatus fuerit. Nullus pro Scholaſtico habeatur, niſi certum Magiſtrum auſcultet.* Hæ Conſtitutiones, in quodam Concilio Provinciali concinnatæ, menſe Auguſto anno milleſimo ducenteſimo decimo quinto datæ ſunt.

§. XL.

Sæcul. XIII. A C. 1215.

§. XL.

Concilium Lateranense IV.

ap. Rain. 1214. n. 8.

Inter hæc Episcopi undique Romam ad Concilium Oecumenicum confluebant, si paucos excipimus, qui se, expromta absentiæ causa, excusarunt. Horum ex numero fuit Andreas Rex Hungariæ, qui, literis ad Papam anno superiore datis, significavit, se omnia ad iter in Terram sanctam suscipiendum parare, ad quod voto jam diu edito obligaretur, animo vero constituisse, Hungariæ Custodiam & Regimen Archiepiscopo Strigoniensi, & quibusdam aliis Præsulibus, in quibus fiduciam posuisset, interim committere. Ceterum socios itineris accepturum esse Episcopum quinque Ecclesiarum, & Javarinensem, tum etiam Præpositum Albæ Regalis, jam diu voto sacræ profectionis obstrictos. Hinc Papam rogabat, ut eos ab onere proficiscendi Romam, quo Bullæ vocabant, eximeret.

Sup. Lib. LXXV.

Huic Concilio interfuere Episcopi quadringenti duodecim, si duo Patriarchæ, Primates seu Metropolitæ septuaginta & unus adnumerentur. Quibus accesserunt tum Abbates tum Priores plus quam octingenti, cum magno numero Mandatariorum, quos absentes miserant. Advenerunt Legati multorum Princi-

Abb. Ursp. & Math. Par. an. 1213

Principum, Friderici Regis Siciliæ, electi Imperatoris, Henrici Imperatoris Constantinopolitani, Regum Franciæ, Angliæ, Hungariæ, Hierosolymæ, Cypri, Arragoniæ, aliorumque Optimatum & Urbium. Duo Patriarchæ Latini Ritus erant, scilicet Gervasius Constantinopolitanus, & Rudolphus Hierosolymitanus. Sede Constantinopolitana, ab obitu Thomæ Morosini, anno millesimo ducentesimo undecimo defuncti vacante, cum Pelagius S. Sedis Legatus litem inter duos æmulos, Archiepiscopum Heracleensem, & Parochum S. Pauli Venetiis componere non potuisset, causam ad Papam detulit. Venerunt ergo Romam, paulo ante initium Concilii, & Pontifex, postquam utramque electionem nullam declarasset, Patriarcham Constantinopolitanum instituit Gervasium in Tuscia natum, qui hac Dignitate fulgens inter Concilii Patres sedit.

Sæcul. XIII. A.C. 1215.

Godef. mon. an. 1213.

Alber. an. 1227.

vit. ap. Boll. 8. Apr. to. 9. p. 774.

Albertus, Acriæ exul, Titulum Patriarchæ Hierosolymitani octo annis gessit, muneri Episcopali sancte incumbens, vir ipsis Infidelibus venerabilis. Sed en! cum in Festo Exaltationis S. Crucis, die decima quarta Septembris, anno millesimo ducentesimo decimo quarto, in Ecclesia S. Crucis Acriæ inter solemnes preces procederet, quidam, ex Diœcesis Eporedienſis ex Longobardia advena, cujus

Hist. patr. Hieros. Bell. to. 14. *p.* 54.

Sæcul. XIII. A.C. 1215.

cujus vitæ licentiam Patriarcha coercebat, sica percussum interfecit. Carmelitæ, quibus Regulam dedit, Alberti memoriam die octava Aprilis colunt. Alberto successit Rudolphus, cui, postquam uno non plus anno titulo Patriarchæ Hierosolymitani decoratus fuisset, Lotharius antea Archiepiscopus Pisanus subrogatus est. Patriarcha Latinus Antiochenus gravi morbo impeditus, quia ipse ad Concilium Lateranense venire non poterat, misit Episcopum Antaradensem seu Tortosensem, vices suas impleturum. Patriarchæ Alexandrino quoque (quod de Melchita accipiendum esse existimo) in potestate Musulmannorum existenti, adesse non licuit, sed quemdam Diaconum, nomine Germanum delegavit. Patriarcha vero Maronitarum, qui sedente Lucio III. Pontifice ad sinum Ecclesiæ Romanæ redierant, ad Concilium Lateranense venit, ubi & fidem Catholicam & sanctos Ritus accurate edoctus, utrumque deinde a Gente sua servari curavit.

Sup. lib. LXXIII. §. 46.

ep. ap. Bar. an. 1182. n. 4.

Inter illos Principes, qui Legationem ad Concilium Universale adornarunt, fuit Fridericus Rex Siciliæ, Rex Romanorum Aquisgrani, in Festo S. Jacobi, vigesima quinta Julii, eodem anno millesimo ducentesimo decimo quinto, a Sigefrido Archiepiscopo Moguntino, Sacræ Sedis

Sedis Legato, coronatus, nam Sedes Co- Sæcul. XIII.
lonienſis, Theodorico depoſito, vacans A.C. 1215.
habebatur.

Illico, peracta coronatione, Frideri-
cus votum peregrinandi in Terram ſan-
ctam edidit, ejusque exemplum Sigefri-
dus Archiepiſcopus, & Epiſcopi Leo-
dienſis, Bambergenſis, Paſſavienſis, Ar-
gentoratenſis, ac complures alii Optima-
tes & Principes ſecuti ſunt. Exinde,
Archiepiſcopus Trevirenſis, Coloniam
delatus, cives hortatus eſt, ut Frideri-
co Regi ſe ſe ſubmitterent, atque ope-
ram jungente Duce Brabantiæ, perſua-
ſit. Die quarta igitur menſis Auguſti
ſolemni ritu Excommunicationis cenſu-
ram ſolvit, & Interdictum, quibus Urbs
Colonienſis uno anno & quinque men-
ſibus, quod Ottoni Imperatori faveret,
conſtricta fuerat. Otto vero Imperator,
diu Coloniæ verſatus, tumque ab omni-
bus deſertus, ex ea quoque urbe fugere
compulſus fuerat. Ceterum eadem die,
qua Interdictum ſublatum, Fridericus
Rex urbem intravit.

§. XLI.

Eccleſiæ Toletanæ Primatus.

Uno menſe ante Concilii exordium, *MS. ap. Gars. de prim. Tolet. to. 5. Conc. p. 1637. & to. 11. p. 235.*
videlicet die octava Octobris, Ro-
dericus *Chimenez* Archiepiſcopus Tole-
ta-

Sæcul. XIII. A. C. 1215.

tanus causam Ecclesiæ suæ de Primatu in quatuor Archiepiscopatus Braccarensem, Compostellensem, Tarraconensem, & Narbonensem defendit, ut videlicet, si bene conjicimus, cuique eorum in futuro Concilio locus suus designari posset. Dixit vero, licentiam concedente Papa, in conclavi quodam Palatii Lateranensis coram Præsulibus, qui Concilio interfuturi Romam advenerant. Tum etiam argumenta sua, & superiorum temporum auctoritatem, cuilibet in lingua sua vulgari & patria, Italica, Germanica, Francica, Anglicana, Navarræa, seu Vasconum, & Hispana exposuit, quod omnibus prodigium post Apostolorum ætatem inauditum visum est. Ad muniendam Ecclesiæ suæ causam protulit Privilegia Pontificum, Honorii II. Gelasii II. Lucii II. Hadriani II. & Innocentii III. adjiciens, plures alios titulos sibi supereſſe. Tandem sententiam Cardinalis Hyacinthi, Alexandri III. Legati, pro Cerebruno Archiepiscopo Toletano contra Joannem Braccarensem latam recitavit. Ubi deinde Rodericus Toletanus conticuit, Archiepiscopus Braccarensis, qui dicenti adfuerat, objecit, se, cum ad tractandam hanc causam modo Romam vocatus non fuisset, de ea respondere non posse, nec etiam Cardinalis Hyacinthi sententiam unquam ad notitiam suam perveniſſe.

Sup. Lib. LXIX. §. 5. 39.

Rode-

Rodericus repoſuit: *Sancte Pater! nihil mirum, ſi Archiepiſcopus Braccarenſis ſe auctoritate tua citatum fuiſſe, & latam a Legato Sacræ Sedis ſententiam, inficietur, cum olim Burdinus, ejus Anteceſſor, non ſolum ſeditionem in Eccleſiam Romanam commovere auſus ſit, ſed etiam Schismatis auctor extiterit.* Mox totam Burdini Antipapæ narravit Hiſtoriam, etſi in quibusdam falleretur, nam Ottonem Imperatorem memorat, ubi Henricus nominandus fuiſſet, & loco Alexandri III. Papæ Calliſtum II. adducit. Sermonem clauſit in hunc modum: *Si ex præſentibus aliquis verbis meis fidem adhibere hæſitat, attollat oculos, & hanc ipſam hiſtoriam in pariete hujus loci depictam intueatur.* Illi levatis oculis, quod Rodericus affirmabat, conſpicientes, Doctrinam ejus & ingenium laudarunt. Sed ego, quid in rem, de qua tunc agebatur, nempe de Eccleſiæ Toletanæ Primatu, ſeditio vel Schisma Burdini facere potuerit, non diſpicio.

Sæcul. XIII. A C. 1215.

Sup. Lib. LXVI. §. 49.

Sup. Lib. LXVII. §. 23.

Eadem die Archiepiſcopus Compoſtellenſis in publico Conſiſtorio dixit: *S. Pater! adduci vix poſſum, ut credam, Dominum Rodericum hæc ſerio poſtulare, ac modo Eccleſiæ Toletanæ ſubjicere velle Eccleſiam Compoſtellenſem, tam antiquam quam nobilem, conditam & conſecra-*

Sæcul. XIII. A.C. 1215.

secratam honori S. Jacobi Apostoli, Domini Nostri Consanguinei, qui primus fidem in Hispania prædicavit, innumerabilem populi multitudinem ibi convertit, & cujus Corpus in eadem Ecclesia quiescit. Respondit Rodericus: *O me beatum! si nihil aliud præter hoc argumentum opponitur, causa vici. Ecclesiæ Compostellensis antiquitatem objicis, quæ plus quam annos centum & novem non complectitur* (dicendum fuisset, annos centum, novem demtis) *nam Calixtus Papa ille fuit, qui a Principe, Clericis, & Hispaniæ populo rogatus, anno millesimo ducentesimo vigesimo quarto jus Metropoliticum antiquæ & celeberrimæ civitatis Emeritanæ, nunc sub potestate Saracenorum oppressæ, transtulit, ut Devotionem Peregrinorum, Compostellam petentium, augeret, ubi S. Jacobi corpus sepultum creditur: Quippe usque in illud tempus modicum solummodo oratorium stabat, ubi modo Ecclesia Compostellensis visitur. Sequitur, Ecclesiam Toletanam esse antiquitate potiorem, utpote ætate S. Eugenii, S. Pauli Discipuli, fundatam.* Istud vero valido argumento probare opus fuisset. Tum Rodericus prosequitur: *Si ipse Ecclesia suæ nobilitatem ab invocatione S. Jacobi Apostoli trahit, Ecclesia Toletana nomen accepit a Sancta Maria Virgine, quæ eam*

Sup. Lib. LXVII. §. 36.

Sup. Lib. LXIX. §. 36.

Sup. Lib. XXXIX. §. 40.

eam sua præsentia dignata est, cum se S. Ildephonso hujus Ecclesiæ Archiepiscopo, Sanctum Sacrificium offerenti, conspicuam effecit. Si dicat Archiepiscopus Compostellensis, S. Jacobum omnium primum in Hispania fidem prædicasse, hanc rem testimonio roborare illorum est, qui in lectione Sacræ Scripturæ versati sunt. Ego vero aliud non legi, nisi potestatem prædicandi in Hispania ei datam fuisse, sed prius in Judæa & Samaria fidem denuncianti, jubente Herode Rege, cervices fuisse amputatas. Sæcul. XIII. A.C. 1215.

Nempe Rodericus nihil aliud, quam quod factum ex Scriptura scimus, legerat. Tum prosequitur: *Quomodo ergo fidem prædicavit in Regione, in quam necdum venerat? non ego temere negavero, S. Jacobi corpus Compostellæ servari, quamvis non nulli dicant, terræ mandatum fuisse Hierosolymæ, atque inde postea Constantinopolim translatum. At vero absit a me! ut ad stabiliendum Primatum meum dicam, Sanctæ Virginis Corpus, quod in Cælo existere firmissime credimus, unquam in Ecclesia Toletana fuisse conditum. Potius membra a membris corporis mei abrumpi & avelli patiar, quam istud affirmem.* Act. 12. 2.

Hic dispicimus, quam firmas ab unius Sæculi spatio radices egerit opinio, de Assumtione corporis Beatæ Virginis; Sup. Lib. LXVII. §. 35.

Sæcul. XIII. A. C. 1215.

cum Guibertus Nogentinenſis aſſerat, id Eccleſiam ipſius ætate affirmare non auſam fuiſſe, ſed tantum illud a Fidelibus credi non prohibuiſſe, Rodericus vero in facie totius Concilii Univerſalis fidem, de Beata Virgine aſſumta in corpore, tanquam in Eccleſia receptam propugnet. At opinionem de corpore S. Jacobi, Compoſtellæ exiſtente, non ante Sæculum nonum natam fuiſſe notavimus, quamvis hujus originis occaſio ignoretur.

Guib. 1. de pign. & c. c. 3.

Sup. Lib. XLVIII. §. 46.

v. Tilm. to. 1. p. 630.

Epiſcopus Vici Auſonenſis tam Archiepiſcopi Tarraconenſis, Metropolitæ ſui, abſentis, quam ſuo & Epiſcoporum Provinciæ ſuæ nomine reſpondit; Archiepiſcopum Toletanum nec Primatem eſſe, nec ipſos ad ei obediendum ullo pacto teneri. Archiepiſcopus Narbonenſis, illa die abſens, altera in publico Conſiſtorio reſpondit; ſe quidem ad Concilium Oecumenicum, neutiquam autem ad pertractandam Primatus Toletani cauſam, Romam vocatum fuiſſe. Hæc die octava Octobris, anno milleſimo ducenteſimo decimo quinto, in Palatio Lateranenſi acta. Innocentius Papa litem non diremit, ſed Archiepiſcopos Toletanum & Braccarenſem ante Feſtum Omnium Sanctorum, anno ſequenti, Legatos ſuos, mandatis idoneis inſtructos, mittere juſſit. Interim Roderico Archiepi-

Honor. III. ep. 4. & 5. to. 11. Conc.

chiepiſcopo conceſſit poteſtatem Legati Sedis Apoſtolicæ in Hiſpania ad annos decem, atque etiam licentiam diſpenſandi in natalibus nothorum trecentorum, quorum aliquos ad Ordines ſacros admitteret, aliis Beneficia, etiam cura animarum adjecta, conferret, alios ad varias Dignitates eveheret. Præterea auctoritatem ei tribuit diſpenſandi in cauſa quorumdam, ob ſacrilegia excommunicatorum, Irregularium, aut Concubinatus convictorum. Ex his Lector facile judicabit, quibus vulneribus Eccleſia Hiſpaniæ affecta fuerit. Sæcul. XIII. A.C. 1215.

§. XLII.

Fridericus II. Imperator.

Inter Principum Sæcularium Legatos, in Concilio Lateranenſi præſentes, aderant Berardus Archiepiſcopus Panormitanus, a Friderico Rege Siciliæ, & quidam Mediolanenſes, miſſi ab Ottone Imperatore, qui ſe deinceps Eccleſiæ Romanæ obedientem futurum promittebat. Verum Marchio Montisferrati, cauſæ Friderici Regis Siciliæ addictus, Mediolanenſibus ſe ſe objecit, affirmans, neutiquam audiendos eſſe, cum Otto jusjurandum Eccleſiæ Romanæ favens violaſſet, illas urbes, excommunicationis occaſionem, adhuc dum retineret, & plura alia Eccleſiæ amicitia indignum *Ric. S. Ger. an. 1215.*

Sæcul. XIII. A.C. 1215.

efficeret. Mediolanenſibus ſpeciatim exprobrabat, quod Excommunicatione innodati eſſent, utpote Ottonis Fautores, & quod Patarinos Hæreticos in urbe ſua deliteſcere ſinerent. Ad hæc Mediolanenſibus acerbius reſpondentibus, convicia invicem jacta ſunt; quod ubi Pontifex audivit, de Cathedra ſua ſurgens, & ſilentium manu imperans, cum Clericis exiit. Nihilominus ſub finem Concilii deinde Electionem Friderici Imperatoris confirmavit. Nam Fridericus ſecurum reddiderat Papam, nunquam fore, ut Siciliæ Regnum jungeret Imperio; quod diſpicimus ex Literis patentibus, Argentorati prima die Julii hoc anno milleſimo ducenteſimo decimo quinto datis, & Bulla aurea munitis, in quibus Innocentio Papæ promittit, ſe, ut primum Imperator coronaretur, & poteſtate patria dimiſſurum filium ſuum Henricum, quem coronari jam juſſiſſet, eique collaturum eſſe Siciliæ Regnum, Eccleſiæ Romanæ Feudum, *& hoc quidem pacto*, inquit, *ut nos exinde titulum Regis Siciliæ non amplius uſurpemus. Curabimus vero, Siciliam interim ex tuo conſilio a viro eximio regi, usque dum Rex, filius noſter, per ætatem populis moderari poſſit. Ne poſtquam, Dei Gratia, ad Imperatoris dignitatem pervenimus, jam Siciliæ Regnum*

ap. Rainald. 1215. n. 38.

gnum Germanorum Romanorumque Imperio acceſſiſſe videatur, ſi ſimul utrumque teneremus. Ne etiam Sacræ Sedis auctoritati, aut Succeſſoribus noſtris, qualecunque damnum inferatur. Sæcul. XIII. A.C. 1215.

§. XLIII.

Res Angliæ.

Antequam Concilio daretur initium, Regis Angliæ Mandatarii, ſcilicet Abbas Bellilocenſis, duoque Equeſtris Ordinis viri, Summi Pontificis conſpectum ſubeuntes, Stephanum Langtonium, Archiepiſcopum Cantuarienſem, accuſarunt, quod cum Baronibus Angliæ ad Regem de ſolio detrahendum conjuraſſet, & poſtquam mandata Papæ accepiſſet, rebelles Cenſuris Eccleſiæ ad officium compellere juſſus, nullam Papalis præcepti habuiſſet rationem. Tumque ob contumaciam ab Epiſcopo Wintonienſi ceterisque Papæ Mandatariis ſuſpenſus, ita ut erat Cenſura ligatus, ad Concilium venire auſus fuiſſet. Archiepiſcopo erubeſcenti nihil, quod reſponderet, ſuperfuit; ſed a Cenſura ſuſpenſionis abſolvi petiit, cui Papa indignans: *Per S. Petrum! id facile non impetrabis, poſtquam inſigni injuria non Regem Angliæ modo ſed etiam Eccleſiam Romanam læſiſti. Hac de re nobis cum Fratribus noſtris deliberandum* *Matth. Par. an. 1215. p. 229.*

Sæcul. XIII. A.C. 1215.

est. Ergo, Cardinalibus ad Concilium vocatis, sententiam suspensionis contra Archiepiscopum Cantuariensem latam confirmavit, eamque Episcopis, ipsius Suffraganeis, denunciavit, addito præcepto, ne ei, suspensione necdum sublata, in quacunque re obedirent. Hæc Epistola die quarta Novembris data.

Canonici deinde Eboracenses ad Papam adduxerunt Simonem Langtonium, Archiepiscopi Cantuariensis fratrem, quem Archiepiscopum Ecclesiæ suæ elegerant. At Papa, quod petebant, denegavit, Electionem, contra suam voluntatem peractam, nullam declaravit, Simonem Episcopali fastigio indignum prædicavit, atque Canonicos alium protinus eligere jussit. Ipsi postquam deliberassent, Gualterium *de Grai* Episcopum Wigornienſem postularunt, virum, ut ajebant, singularis pudicitiæ; nam Virginitatem servaverat. Quibus Papa: *Per Sanctum Petrum! præclara virtus est Virginitas. Quare virum istum Archiepiscopum vobis damus.* Gualterius igitur, accepto Pallio, in Angliam reversus est, postquam in Curia Romana decies mille Sterlingorum libras, as alienum, contraxisset. Ceterum Gualterius jam olim a Sede Lichfeldiensi ad Wigornienſem translatus, Ecclesiæ deinde

deinde Eboracensi annos prope quadraginta præfuit. Sæcul. XIII. A.C. 1215.

§. XLIV.

Pontificis Sermones.

Concilium ergo Romæ in Ecclesia Patriarchali Lateranensi, alio nomine, Basilica Constantini, a die S. Martini, undecima Novembris, anno millesimo ducentesimo decimo quinto, usque ad Festum S. Andreæ diem ejusdem Mensis ultimam celebratum. Initium dedit Innocentius Pontifex, pronuncians Orationem, cui materiam delegit illa S. Scripturæ verba: *Desiderio desideravi hoc Pascha manducare vobiscum.* Tum explicans vocem *Pascha*, quæ Transitum significat, triplicis generis distinguit transitum, nempe corporeum de uno loco in alium, qualem esse dicit Crucigerorum profectionem in Terram sanctam. Transitum spiritualem ab uno statu ad alium per Reformationem Ecclesiæ, & Transitum ad æternitatem, videlicet ex hac vita ad cœlestem gloriam. In hoc triplici transitu totum versatur sermonis argumentum; atque de primo disserens ait Pontifex: *En me! Fratres mei carissimi, totum me vestris relinquo consiliis, nulla in me mora est, si id vobis probatur, Reges, Principes, populos ipse adibo, experiar, an Fideles meo*

to. 11. *Conc. p.* 131.

Luc. 22. 15.

Sæcul. XIII. A. C. 1215.

meo clamore excitare valeam ad pugnandum pro Domino, & ulciſcendum injuriam Crucifixi, propter peccata noſtra ejecti de terra ſua & habitatione ſua, quam acquiſivit ſanguine ſuo, & ubi completa Redemtionis noſtræ Myſteria expleverit. Occaſione Tranſitus ſpiritualis Pontifex de Reformatione Eccleſiæ verba facit, ſed generatim, nullo vitio nominato, ita ut nec utile nec dulce afferre videatur. Sæpiſſime adhibet auctoritatem Sacræ Scripturæ, in ſenſu Allegorico, vel detorto acceptæ. Alio quoque tempore publice dixit Papa, ut conjicere eſt, ſub finem Concilii, eſtque oratio illa exhortatio ad emendandos mores, & ejusdem, ac prius memorata, pretii.

§. XLV.

Decreta de Fide.

to. XI. Conc. p. 142.

Quæ authentica de Concilii Lateranenſis Actis ad nos pervenerunt, ſunt ejus Decreta, Capitula ſeptuaginta, ſeu Canones complectentia, quos Conſtitutio ſpecialis de Expeditione pro recuperanda Terra ſancta ſequitur. Omnia etiam in linguam Græcam in gratiam Græcorum, Eccleſiæ Romanæ unitorum, translata ſunt. Capitulum primum eſt Fidei Catholicæ expoſitio, Hæreticorum illius ævi, ſcilicet Albigenſium & Waldenſium, erroribus oppoſita.

ta. Unde in ea dicitur; quod unicus detur Deus, utriusque Creaturæ Conditor, Spiritualium & *Corporalium* Principium, & Auctor ipsorum Dæmonum, quos cum creasset bonos, propria deinde culpa mali effecti essent. Ita duo excluduntur Principia. Ad auctoritatem Veteri Testamento conciliandam, dicitur; quod idem & unus Deus Hominibus salutarem Doctrinam per Moysem aliosque Prophetas tradiderit, & deinde Filium suum ex sinu Virginis nasci voluerit, ut nobis modo manifestiore viam vitæ ostenderet. Sæcul. XIII. A. C. 1215.

Tum Concilium addit: *Una vero est Fidelium universalis Ecclesia, extra quam nullus omnino salvatur. In qua idem ipse Sacerdos & Sacrificium* JEsus *Christus. Cujus Corpus & Sanguis in Sacramento Altaris veraciter continentur, pane in Corpus, & vino in Sanguinem potestate divina transsubstantiatis. Et hoc utique Sacramentum nemo potest conficere, nisi Sacerdos, qui fuerit rite ordinatus, secundum claves Ecclesiæ, quas ipse concessit Apostolis & eorum Successoribus* JEsus *Christus.*

Vocem, *Transsubstantiatio*, in hoc Canone consecratam, exinde semper Theologi Catholici adhibuerunt, ad significandam mutationem, quam Deus in Sacramento Evchariſtiæ operatur, sicut

Sæcul. XIII. A. C. 1215.

cut etiam vocem, *Consubstantialis*, in Concilio Niceno consecratam, ad Mysterium Trinitatis explanandum. At vero, bene notaveris, Lector, Ecclesiam omni tempore substantiæ mutationem credidisse. Quæ res ultimo loco in Scriptis Lanfranci & Guimundi contra Berengarium diserte asseritur.

Sup. Lib. LXI. §. 22.

Sup. Lib. LXII. §. 18.

Amplius in Concilio Lateranensi legimus: *Sacramentum Baptismi, ad invocationem individuæ Trinitatis a quocunque in forma Ecclesiæ collatum, tam infantibus quam adultis ad salutem proficit. Si post susceptum Baptismum quisquam prolapsus fuerit in peccatum, per veram pœnitentiam semper potest reparari. Non solum Virgines & Continentes, verum etiam conjugati, per fidem & bona Opera, Deo placentes, ad æternam Beatitudinem merentur pervenire.* Hæc omnia adversus Albigensium corruptam doctrinam directa dignoscuntur.

§. XLVI.

Error Joachimi Abbatis.

c. 2. Lib. 1. dist. 5. 3.

In Capitulo secundo. *Damnamus Tractatum, quem Abbas Joachim contra Magistrum Petrum Lombardum edidit, de Unitate seu Essentia Trinitatis, appellans ipsum Hæreticum & insanum, quod dixerit in suis sententiis, quandam sum-*

Sæcul. XIII. A.C. 1215.

summam Rem esse Patrem & Filium & Spiritum Sanctum, nec generantem, nec genitam, nec procedentem. Unde Joachimus asserit, quod ille non tam Trinitatem, quam Quaternitatem in Deo admitteret, nempe tres Personas & illam communem Essentiam, & affirmat, unitatem Personarum non esse propriam & veram sed solummodo unitatis similitudinem, quemadmodum multitudo Credentium cor unum & anima una fuisse dicitur, & cum JEsus Christus de Fidelibus ad Patrem suum dicit: Volo Pater, ut sint unum in nobis, sicut & nos unum sumus. Act. 4. 32. Jo. 17. 22. 23

Nos vero, inquit hic Innocentius Papa, *Sacro & Universali Concilio approbante, credimus & confitemur, quod una quædam suprema* Res est, quæ est Pater, Filius & Spiritus Sanctus. Nec ideo in Deo Quaternitas inest, quia quælibet trium Personarum est illa Res, videlicet substantia, Essentia, seu Natura divina, quæ sola est universorum principium.* Et infra: *Isto tamen Decreto, in nulla re Monasterio Florensi, cujus ipse Joachim extitit Institutor, derogari volumus, quoniam ibi salutaris Disciplina viget, maxime cum Joachim mandaverit, omnia Scripta sua nobis assignari, Apostolicæ Sedis judicio approbanda seu etiam corrigenda, ac etiam per Epistolam, cui manu sua subscripsit, se*

* Divina Essentia.

Fidem

Sæcul. XIII. A. C. 1215.

Fidem Romanæ Ecclesiæ tenere professus est. Hæc Epistola Joachimi Abbatis hodieque extat, atque anno millesimo ducentesimo data est, quam loco testamenti sui ab omnibus haberi cupit. Tum Papa subjungit: *Reprobamus etiam & damnamus Doctrinam Amalrici, cujus mentem sic Pater mendacii excæcavit, ut ejus Doctrina non tam Hæretica quam insana censenda sit.* De Joachimo Abbate satis suo loco scripsisse mihi videor. Amalricus vero ille ipse erat Hæreticus, ante annos octo decemve Parisiis damnatus.

Direct. inquis. par. 1 c. 2. p. 5.

Sup. Lib. LXXV. §. 40.

Sup. Lib. LXXVI. §. 55.

§. XLVII.

Decretum contra Hæreticos.

In tertio Canone Concilii Lateranensis Anathema dicitur omni Hæresi, quæ Fidei Professioni, superius positæ, adversaretur, quocunque demum nomine illa censeretur. Unde iterum ista Fidei expositio illius ætatis erroribus objecta fuisse cognoscitur. Concilium de hisce Hæreticis subjungit: *Damnati sæculari potestati plectendi relinquantur. Clerici prius de gradu suo dejiciantur. Bona Laicorum ærario Principis addicantur, Clericorum autem applicentur Ecclesiis, a quibus stipendia perceperunt.*

Qui inventi fuerint sola Hæresis suspicione notari, nisi propriam innocentiam

tiam congrua purgatione monſtraverint, anathematis gladio feriantur, & ſi per annum in excommunicatione perſtiterint, ex tunc velut Hæretici condemnentur. Moneantur, &, ſi neceſſe fuerit, per Cenſuram Eccleſiaſticam compellantur Poteſtates Sæculares, ad præſtandum publice juramentum, quod ex terris ſuæ jurisdictioni ſubjectis univerſos Hæreticos ab Eccleſia denotatos pro viribus pulſuri ſint. Si Dominus ſæcularis, ab Eccleſia monitus, terram ſuam ab hoc fœditate Hæretica purgare neglexerit, ſententiæ Metropolitæ & ceterorum Epiſcoporum Provincialium excommunicationis vinculo innodetur; ſi intra annum ſatisfacere contemſerit, res ad Summum Pontificem deferatur, qui ex tunc ejus Vaſallos a Fidelitate denunciet abſolutos, & terram exponat occupandam Catholicis, ut eam exterminatis Hæreticis quiete poſſideant, & in Fidei puritate conſervent, ſalvo jure Domini & Principes, dummodo ipſe hoc Decretum exequentibus non obſiſtat. Hic Eccleſia in Jura Poteſtatis Sæcularis involare videtur; ſed memorem oportet eſſe Lectorem, quod Concilio Lateranenſi interfuerint multorum Principum Legati, qui nomine Dominorum ſuorum his Decretis conſenſum præbebant.

Sæcul. XIII. A. C. 1215.

Sæcul. XIII. A.C. 1215.

Tum iterum Concilium: *Catholici, qui assumta Cruce ad Hæreticos exterminandos se accinxerint, illa gaudeant Indulgentia, quæ in Terræ sanctæ subsidium proficiscentibus concessa est. Hæreticorum quoque Credentes, Receptatores & Fautores excommunicationi decernimus subjacere, ita ut si notati satisfacere contemserint intra annum, ex tunc ipso jure habeantur infames, ad publica officia, vel consilia, ad eligendos Præfectos, non admittantur, nec Testimentum condendi habeant facultatem, nec ad Hæreditatis successionem accedant. Nullus Hæretico in judicio respondere teneatur, ipse autem aliis respondere cogatur. Quod si forte Judex sit, ejus sententia nullam obtineat firmitatem, nec ulla causa ad ejus forum deferatur. Si fuerit Advocatus, ejus patrocinium nullatenus recipiatur. Si sit Tabellio, instrumenta per ipsum confecta nullius penitus sint momenti, sed cum auctore damnato damnentur. Si Clericus fuerit, omni Officio & Beneficio privetur. Si qui autem tales, postquam ab Ecclesia denotati fuerint, non evitaverint, & ipsi excommunicationis sententia usque ad satisfactionem idoneam percellantur. Clerici his Ecclesiastica Sacramenta petentibus non exhibeant, nec etiam sepulturam. Nec eleemosynas nec oblationes eorum*

rum accipiant. Alioqui deponantur; Regulares autem ſuis in illa Diœceſi privilegiis non fruantur. Quia vero non nulli ſub ſpecie Pietatis ſibi ipſis vindicant auctoritatem prædicandi; omnes, qui, nec a Sacra Sede nec a Catholico Epiſcopo miſſi, Prædicationis Officium ſive publice ſive privatim uſurpare præſumſerint, excommunicationis vinculo innodentur, & niſi reſipuerint, alia etiam competenti pœna plectantur. Ertor iſte Waldenſium erat, dicentium, omnis Laici, atque etiam mulierum officium eſſe fidem prædicare, quod nobis Reinerius, qui exinde poſt annos quadraginta ſcripſit, teſtatum facit. Sæcul. XIII. A.C. 1215. *Rein. 5. p. 58.*

Proſequitur Concilium: *Quilibet Epiſcopus per ſe, aut per ſuum Archidiaconum, aut per alios viros honeſtos bis aut ſaltem ſemel in anno propriam parochiam, in qua fama fuerit Hæreticos habitare, circumeat, & ibi tres vel plures integerrimæ vitæ viros, vel etiam, ſi expedire videatur, totam viciniam ad jurandum compellat, quod ſi quis ibidem Hæreticos ſciverit, vel aliquos occulta conventicula celebrantes, ſeu a communi converſatione Fidelium vita & moribus diſſidentes, eos Epiſcopo velit indicare. Ipſe autem Epiſcopus ad ſe convocet accuſatos, qui niſi ſe ab objecto reatu purgaverint, vel ſi poſtea in pri-*

Sæcul. XIII. A.C. 1215.

stinam sint relapsi perfidiam, Canonice puniantur. Si qui vero ex eis juramenti Religionem obstinatione damnabili respuentes jurare forte noluerint, ex hoc ipso tanquam Hæretici reputentur. Superius notavimus, Lector, errorem Albigensibus proprium fuisse, quod juramentum omnis generis damnaverint. In fine hujus Decreti Excommunicationem Papa & Depositionem his comminatur Episcopis, qui in expurgando de sua Diœcesi Hæreticæ pravitatis fermento negligentes fuerint & remissi.

§. XLVIII.

Decretum de Græcis.

In sequenti Canone de Græcis, Ecclesiæ Romanæ reconciliatis, agitur. Declarat Papa, quod mores ac ritus eorum, quantum in Domino posset, sustinere vellet. Illos tamen damnat, qui Latinos usque adeo aversabantur, ut Altaria, in quibus Latini Presbyteri sacrificaverant, tanquam inquinata lavarent, & baptizatos ab iis ausu temerario rebaptizarent. Statuit deinde, ut si quis tale quidquam præsumserit, excommunicationis mucrone percussus ab omni Officio & Beneficio Ecclesiastico deponatur. 6. 4.

In

In compluribus regionibus diversarum linguarum populi, permixti degebant, atque in una civitate vel in una Diœcesi non solum in moribus sed etiam in Cæremoniis ad Religionem spectantibus differebant. Ista variarum gentium multitudo collecta reperiebatur Constantinopoli & in tota Romania, ubi Latini Græcis juncti versabantur. Tum etiam in Oriente, videlicet Antiochiæ, Tripoli & Ariæ, ubi Latini Syris, Græcis, Armenis juncti habitabant. Ne igitur ex varietate linguarum & Rituum inter Christianos, eamdem Fidem profitentes, oriretur perturbatio, Concilium statuit, ut Episcopi in sua Diœcesi viros idoneos deligerent, qui singulis gentibus Officium divinum decantarent, Sacramenta administrarent, ac quemlibet pro modo Rituum suorum & linguæ instrueret. Prohibet vero Synodus, ne uni eidemque Diœcesi duo denturEpiscopi, tanquam uni corpori duo capita, unde monstrum efficeretur. Sed Episcopus Vicarium sibi Catholicum, & penitus subjectum constituat, qui alterius Ritus Fidelibus ministret. *Si quis aliter se ingesserit, excommunicationis se noverit mucrone percussum; at si nec sic resipuerit, ab omni Ministerio Ecclesiastico deponatur, adhibito, si necesse fuerit brachio sæ-*

Sæcul. XIII. A. C. 1215.

c. 9. c. quoniam 14. de Offic. Jud.

Sæcul. XIII. A.C. 1215.

culari, ad tantam insolentiam compescendam.

§. XLIX.

Jurisdictio Ecclesiastica.

Distin. 22. c. renovantes. 6

In Concilio Lateranensi quatuor Patriarcharum ordo & prærogativæ exponuntur, atque primo loco nominatur Constantinopolitanus, tum Alexandrinus, Antiochenus & Hierosolymitanus. Articulus iste ex Gratiano excerptus est, qui eum ex Concilio in Trullo acceperat, non attendens, Concilium istud statim ab Ecclesia Romana fuisse rejectum. Sed, Constantinopoli a Latinis capta, haud gravate Papa huic Ecclesiæ primum post Sedem Romanam locum concedebat. Præterea Concilium de Patriarchis addit: *Postquam a Romano Pontifice receperint Pallium, præstito fidelitatis & obedientiæ juramento, & ipsi suis Suffraganeis Pallium largiantur, a quibus sibi & Ecclesiæ Romanæ professionem obedientiæ exigant. Crucis vexillum ante se jubeant ubique deferri, nisi in Urbe Romana, & ubicunque Summus Pontifex præsens extiterit, aut ejus Legatus Apostolicæ Dignitatis Insignia adhibens.*

Conc. Trul. c. 36. Sup. Lib. 4. n. 54.

In omnibus autem provinciis, eorum jurisdictioni subjectis, ad eos, cum necesse fuerit, provocetur, salva Appellatione,

ne, ad Sedem Apostolicam interposita. Nuspiam in hunc usque locum legi, quatuor Patriarchas Pallium a Papa accepisse; Verum Innocentius de privilegiis Patriarcharum Latinorum, quales duo Concilio intererant, pro suo arbitrio libere decernebat. Sæcul. XIII. A.C. 1215.

Præterea Constitutionem confirmat Pontifex, qua Patriarchæ & Metropolitani singulis annis provincialia Concilia celebrare jubebantur. Quod ut valeat efficacius adimpleri, & abusus tolli, per singulas Diœceses negotium committi vult viris providis & piis, qui in errores toto anno accurate inquirant, & ad Concilium futurum omnia comperta referant. Hi etiam, quæ statuta fuerint, observari curent, & in Synodis Episcoporum nota faciant. Capitula Cathedralia, quæ de consuetudine Canonicorum vitia corrigere solent, id intra terminum ab Episcopo præfigendum præstent, quod si neglexerint, ipse Episcopus corrigat. Notatu hic dignum, quod Canon iste nec de exemtione, nec de privilegio, sed solum de consuetudine mentionem faciat.

c. 6.

c. sicut olim. 25. de Accus.

c. 7.

c. irrefrag. 13. de Off. Jud.

Canon subsequens modum docet, quo Prælatus superior non solum privatorum sed etiam Præpositorum, se minorum, crimina plectat. Statuitur, fama publica accusatoris vices obeunte, Superiori

c. 8.

c. qualiter & quando 24. de Accus. extra.

Sæcul. XIII. A. C. 1215.

riori ex officio ſuo inquirendum eſſe, illum vero, in cujus facta inquirit, oportere eſſe præſentem, niſi forte dilapſus contumaciter abſit. Judex accuſato capita communicet, de quibus inquiſiturus eſt, ne defendendi ſe facultas ei deſit. Tum non ſolum ea, quæ teſtes expoſuerunt, ſed etiam ipſorum teſtium nomina aperiat, ac etiam rei exceptiones & defenſionem legitimam recipiat. Hic ego ſecundum uſum Franciæ noſtræ *Informationem* dico, quod Textus Juris Canonici Inquiſitionem appellare ſolet. In eodem Canone ſubjungitur; tribus modis agi in Judicio Criminali, nempe affertur accuſatio, quam præcedere debet accuſantium profeſſio ſcripto data, tum ſequitur Denunciatio accuſati, poſtquam ex lege caritatis monitus fuerit, & Inquiſitio, ſi fama crimen vulgaverit.

Forma Judicii Eccleſiaſtici.

In fine additur, non eſſe neceſſarium, ut iſta forma tam accurate in cauſa Regularium ſervetur. Ceterum Canon iſte celeberrimus eſt, exinde formæ Judicialis in cauſis criminalibus non ſolum in foro Eccleſiaſtico ſed etiam in foro civili & ſæculari fundamentum. Quod accuſatio Judici ſcripto tradi debeat, ex jure Romano acceptum eſt, ut diſpicimus ex quadam Codicis Theodoſiani lege, quæ, de verbo ad verbum cuidam falſæ

c. 1. 9. C. Th. de accus. Eutych. ep. 2. c. 1 to. 1. Conc. p. 919.

falsæ Decretali inserta, inde in Decretum Gratiani translata est. Hæc criminanti pœnam talionis inferebat. Admonitio ex caritate præscripta, doctrina est nobis in Evangelio tradita. Sæcul. XIII. A.C. 1215.

2 q. 8. c. quisquis tertio. Matt. 18. 15.

In alio Canone enumeratio omnium Actorum Judicialium, quæ illius ævi consuetudo introduxerat, reperitur. Non nunquam perversus Judex, Reo appellante, omnia, quæ agenda erant, præstitisse se affirmabat, etsi aliqua maximi momenti omisisset, idque innocens litigator probare non poterat, quia, quod factum non est, directe demonstrari non est possibile. Quare in Concilio statuitur; Judex semper adhibeat virum, publica auctoritate constitutum, qui universa Judicii Acta conscribat, videlicet citationes & dilationes, recusationes & exceptiones, petitiones, responsiones (id est defendentis se argumenta) interrogationes, confessiones, testium depositiones, instrumentorum productiones, interlocutiones, appellationes, renunciationes, conclusiones & reliqua. Omnia competenti ordine adnotanda; locus, tempus, personæ designentur, & omnia sic conscripta Partibus tradantur, at originales chartas Notarii servent. Ut modus ponatur Appellationibus, prohibetur, ne quis ante latam Judicis sententiam appellet. Causa appellandi coram

c. 38. c. quondam, extra de probat. junct. Gloss.

Canones.

c. 35. c. ut debitus 39. extra de Appell.

Sæcul. XIII. A.C. 1215.

ram eodem Judice exponatur, & hujusmodi sit, ut si rei veritas idoneis argumentis probetur, legitima haberi debeat. Si Judici superiori causa appellandi frivola visa fuerit, ad Judicem inferiorem remittat appellantem, atque ad sumtus refundendos compellat. Judici sententiam interlocutoriam, quam protulit, retractare liceat, etiamsi contra retractationem appellatum fuerit. Causarecusationis coram ipso Judice, uni Parti suspecto, exponatur, ac deinde per arbitros dirimatur. Ob Appellationem temerariam, post Canonicam admonitionem, ubi crimen notum est, judicium non differatur. Nemo petat a Papa literas, quibus ei liceat Partem adversam in locum, a Diœcesi ejus bidui itinere distantem, vocare. Nemo etiam Sacræ Sedis mandata alterius Partis, hujus rei insciæ, nomine obtineat, quod si quis impetraverit, falsi convictus habeatur.

c. 36. *c. cum cessante* 60. *ibid.* *c.* 48. *c. cum spec.* 61. *eod.*

c. 37. *c. non. nulli* 28. *extra. de rescript.*

Clerici non præsumant proferre sententiam, qua pœna cruenta dictatur, nec quod in reum decretum fuerit exequantur, nec id exequentibus adsint, nec ullas literas scribant spectantes ad actum, quo sanguis humanus funditur. Presbyteris, Diaconis, & Subdiaconis non liceat manus admovere, ad opera artis chirurgicæ, ubi ferrum vel ignis adhibenda sunt. Nempe tunc temporis solt Cleri-

c. 18. *c. sent.* 9. *ex. Ne Cler. vel Monach.*

Clerici Medicinæ operam dabant. Nullus Presbyter aquæ vel ferro candenti ante Probationem superstitiosam benedicat. Sæcul. XIII. A. C. 1215.

Inde dispicimus, hunc morem necdum penitus fuisse abolitum. Viri Ecclesiastici Jurisdictionem suam, læso potestatis sæcularis jure, non extendant. Contra autem Principes nullam Constitutionem, spiritualibus Ecclesiæ juribus adversam, promulgent. *v. extra de purg. vulg. c. 42. c. 44.*

Prohibetur in eodem Concilio, ne quis Prælatus quemcunque, nisi Canonice, testibus præsentibus, antea monitum excommunicet; alioqui excommunicans ab ingressu ad Ecclesiam, unius mensis spatio, arceatur. Qui se injuste excommunicatum crediderit, querelas suas ad Judicem superiorem deferat, qui eum ad priorem & inferiorem Judicem remittat absolvendum, aut, si in mora periculum sit, ipse eum, accepta cautione, absolvat. Si idonea argumenta monstraverint, excommunicationis sententiam injuste fuisse latam, ille qui eam protulit, damnum illatum resarciat, & lucrum cessans restituat, alias etiam pœnas, pro reatus gravitate daturus. Si vero conquerens in probatione succumbat, omne damnum, quod exinde priori Judici emersit, resarciat, & aliam quoque pœnam, ut Superiori videbitur, sustineat, *c. cum Laic. 17. extra de reb. Eccles. alien. c. 47.* *c. Sacro. 48. de sent. excom.*

Sæcul. XIII. A. C. 1215.

ſtineat, tumque cauſam excommunicationis, contra ſe latæ, tollat, aut eadem cenſura iterum innodetur. Quod ſi judex, propriam culpam agnoſcens, latam a ſe ſententiam revocare velit, & ille, in cujus gratiam lata eſt, appellet, ſuperior Appellationis rationem non habeat, ſed excommunicatum abſolvat.

Nullus Superior vel quemquam excommunicet vel abſolvat, avaritiæ cauſa, præſertim in illis regionibus, in quibus excommunicato, cum abſolvitur, mulcta injungitur. Si ergo quis demonſtraverit, ſe fuiſſe injuſte excommunicatum, Judex excommunicans ad reſtitutionem mulctæ in duplum compellatur. Hujusmodi mulctarum, abſolutioni adjunctarum, exempla ſuperius occurrerunt.

Suv. Lib. LXXIV. §. 46. LXXVI. §. 44.

§. L.

Theologus, & Pœnitentiarius.

Sæpe contingit, pergit Concilium, *quod Epiſcopi Verbum Dei populo per ſe ipſos miniſtrare non valeant, præſertim ſi ampliores Diœceſes ſint, ſive quod ipſi variis negotiis occupentur, ſive infirmitatibus corporis, ſive hoſtium incurſionibus, aliisve obſtaculis impediantur, ne dicamus, ſcientiæ requiſitæ defectu, qui nunquam tolerari debet. Quare ſan-*

c. 10. c. inter. cæt. 15. de off. jud. ord.

cimus,

cimus, ut Episcopi viros idoneos ad sanctæ Prædicationis officium assumant, qui plebes sibi commissas vice ipsorum visitent, si per se id nequeant, easque verbo ædificent & exemplo. His, si indigeant, Episcopi suppeditent, unde sustententur. Porro in Capitulis tam Cathedralibus quam Collegiatis viri apti constituantur, qui ita Episcopos non solum in Prædicatione, sed etiam audiendo pœnitentium confessiones, & cetera, quæ ad pœnitentiæ administrationem spectant, præstando adjuvent. Concilium Lateranense, Alexandro III. S. Petri Cathedram tenente, anno millesimo centesimo septuagesimo nono, celebratum, decreverat, in qualibet Ecclesia Cathedrali Magistrum Canonicorum numero adscriptum esse oportere, qui gratis discipulos doceret, & cui Beneficium sustentationi necessariæ congruum conferretur. Quia vero piissimum institutum in compluribus Ecclesiis executioni non fuerat datum, Innocentius III. in Concilio anno millesimo ducentesimo decimo quinto istud confirmat, additque, non solum in Ecclesiis Cathedralibus, sed etiam in aliis, ubi facultates suppeterent, a Capitulo deligendum esse Magistrum, qui sine pretio Grammaticam, aliasque scientias, quibus ipse instructus fuerit, tradat. Ecclesiæ autem Metropoli-

Sæcul. XIII. A. C. 1215.

c. 18. *Sup. Lib. LXXIII.* §. 21.

c. 11. *Quia non null.* 4. *de Magist.*

Sæcul. XIII. A. C. 1215.

politicæ Theologum habeant, qui Presbyteros sensum S. Scripturæ, & præcipue quæ ad regimen animarum pertinent, edoceat. Cuilibet Magistro unius Præbendæ reditus destinentur, quos, quamdiu scholæ præfuerit, percipiat, quin tamen ideo Canonicorum numero adscribi debeat.

§. LI.

Electio & Ordinatio.

c. 23. c. Ne pro defect. 41. de elect.

De Electionibus Concilium ista statuit: Episcopatus vel Abbatia ultra tres menses non vacet. Alioquin illi, quibus jus eligendi competebat, hac vice priventur jure suo, idque devolvatur ad proximum Superiorem, qui intra tres menses Sedi vacanti Præsulem dare teneatur, atque si fieri possit ex ejusdem Ecclesiæ gremio virum, Capitularibus suis ad consilium adhibitis. Electionis forma duplicis generis est per Scrutinium vel per Compromissum. Si eligentes modo primo uti velint, Congregatio ex gremio suo viros tres nominet, qui suffragia omnium privatorum secreto collecta & conscripta illico omnibus promulgent, ut ille eligatur, de quo major vel sanior pars Capituli consenserit. Electio per Compromissum tunc fit, cum quibusdam viris eximiis potestas nomine omnium eligendi confertur.

c. 24. c. Quia propt. 42.

Quæ-

Quæcunque alia eligendi forma declaratur nulla, nisi forte omnes eumdem virum, quasi adspirante Deo, sibi Prælatum cooptent. Nullus suffragium suum per procuratorem det, nisi ob grave negotium legitime absens. Quamprimum vero electio peracta est, solemni ritu denuncietur. Sæcul. XIII. A.C. 1215.

Electio, intercedente abusu potestatis sæcularis peracta, ipso jure nulla sit. Hujusmodi electus & consentiens nullum jus acquirat, sed omni futura electione indignus habeatur; eligentes vero ad triennium ab omni Officio & Beneficio suspensi, & hac vice potestate eligendi privati sint. *c. 15. c. quisquis 43. eod.*

Nihil est, quod Ecclesiæ Dei magis officiat, inquit hic Innocentius Papa, *quam quod Prælati indigni ad Regimen animarum vocentur. Volentes igitur huic morbo necessariam adhibere medelam, irrefragabili Constitutione sancimus, quatenus is, ad quem electi confirmatio pertinet, diligenter examinet & electionis modum & personam electi, sicque, si omnia Canonice acta sint, ei Confirmationis munus impendat. Si vero de confirmantis negligentia constiterit, nempe quod hominem non sufficientis scientiæ, vel inhonestæ vitæ, vel ætatis illegitimæ approbaverit, non solum potestate primum illius Successorem confirmandi* *c. 26. c. nihil est. 44 eodem.*

Sæcul. XIII. A.C. 1215.

mandi careat, sed etiam a perceptione proprii Beneficii suspendatur. Si vero convictus fuerit, quod mala fide indignum confirmaverit, graviori subjaceat ultioni.

Prælati, Romano Pontifici immediate subjecti, ad accipiendam officii sui confirmationem, ejus conspectum subeant, si commode possint, vel viros mittant idoneos, qui Papam omnia necessaria edoceant. Si sint valde remoti, videlicet extra Italiam constituti, ex dispensatione in spiritualibus & temporalibus administrent; Munus vero Consecrationis seu Benedictionis, ut hactenus consueverunt, recipiant.

Episcopis curæ sit, ut nemo ad Dignitates Ecclesiasticas aut Ordines sacros admittatur, nisi qui suo munere rite fungi possit, cumque Ars Artium sit Regimen animarum, districte præcipit Pontifex, ut Episcopi tum per se ipsos, tum per viros aptos, illos, quos Presbyteros ordinaturi sunt, tam in celebrandis divinis Officiis, quam in Sacramentorum administratione erudiant; satius est enim, maxime in Ordinatione Sacerdotum, Ecclesiam paucos bonos, quam multos malos habere Ministros. Annis abhinc aliquot Innocentius Papa Episcopo Aurienſi* in Galæcia, se consulenti, quid sentiendum esset de testimonio

Archie-

c. 27. e. cum sit art. 14. de æt. & qual. ordin.

Concilium Lateranense IV.

9. ep. 33. ap. Rainald. 1206. n. 36. c. un. de scruti.

* Orenzo

Archidiaconi affirmantis, illos quos ordinandos offert, dignos esse, responderat, sufficere, si Archidiaconus reclamante propria conscientia non loquatur, quia non absolute asserit, ordinandos esse tanto fastigio dignos, sed solummodo quantum infirmitas humana permitteret hominem ab homine cognosci, cum ipse teneretur credere dignum, quem non sciret indignum. Ex eo dispicimus, quam necessarium fuerit, istud in hoc Canone definire. Tum Concilium prosequitur: Episcopi Beneficia non nisi viris dignis conferant, atque annuatim de hac re in Concilio Provinciali inquisitio fiat. Præsul, qui bis monitus non resipuerit, in Concilio a collatione Beneficiorum suspendatur, quam censuram solus Papa aut Patriarcha tollere valeat. Canonicorum filii, maxime spurii, in eadem cum parentibus suis Ecclesia Canonici esse non possint. Confirmatur Decretum superioris Concilii Lateranensis, contra plura Beneficia possidentes, quod hucusque vix a quoquam fuerat servatum. Et præcipitur, ut quicunque habens Beneficium, cum annexa cura animarum, & alterum, etiam curatum, simul acceperit, ipso jure, priore Beneficio privetur, quod si retinere pertinaciter tentaverit, utroque careat. Collator primum Beneficium alteri libe-

Sæcul. XIII. A. C. 1215.

c. 30. c. *Grave nimis.* 29. *de Præb.*

c. 31. c. *ad abol. de fil. Presb.*

c. 29. *de multa* 28. *de Præb. Conc. Lat. III. c. 13*

Sæcul. XIII. A. C. 1215.

re tribuat, & si ultra tres menses moras trahat, jus conferendi ad Superiorem devolvatur. Sacra Sedes autem viros aut natalibus suis aut scientia eminentes ab hac Regula eximere poterit. Non nullis Patronis, omnes prope Parochiarum reditus usurpantibus, tam pauca Presbyteris Titularibus supererant, ut hujusmodi Ecclesiarum curam non nisi Clerici valde rudes in se susciperent. Hinc in Concilio decernitur, Parochi sustentationem congruam, non obstante quacunque consuetudine contraria, assignandam esse. Parochus in Ecclesia sua per se ipsum non per vicarium ministret, nisi ejus Parochia conjuncta sit Præbendæ vel Dignitati, ita ut in majore Ecclesia servire teneatur. Quo casu existente habeat Vicarium perpetuum, qui de censibus parochiæ partem congruam accipiat. In hoc Canone origo Portionis congruæ deprehenditur.

c. 32. *Extirpandæ* 30. *de præb.*

12. *ep.* 141.

Græci Decimas solvere non solebant, quod cognoscimus ex Epistola Innocentii III. Papæ, ad Patriarcham Latinum Constantinopolitanum anno millesimo ducentesimo nono datam, in qua ei licentiam ipsos ad id præstandum Censoris Ecclesiasticis cogendi tribuit. Syri quoque & ceteri Orientis populi Decimas nesciebant; unde cum Latini iis permixti degerent, non deerant, qui indige-

digenis agros ſuos excolendos commit- Sæcul. XIII.
terent, ut a Decimis pendendis libera- A. C. 1215.
rentur. Hanc ergo fraudem Concilium
damnat. Illud quoque ſtatuitur, ut De- *c.* 33.
cimæ ante omnes alios cenſus & pen- *In aliquib.*
ſiones percipiantur, tanquam divini & 32. *de decim.*
univerſalis Dominii in res omnes argu-
mentum. Confirmatur Conſtitutio Mo-
nachorum Ciſtercienſium, qua, non ob- *c.* 54. *Cum*
ſtantibus eorum privilegiis, decimas a *non ſit.* 33.
grorum, antea huic oneri ſubjectorum, *eod. c.* 55.
quos inpoſterum acquirerent, dare ju- *nuper.* 34.
bentur. Atque Concilium hanc regu- *eod.*
lam ad omnes alios viros Regulares, ſi-
milibus privilegiis gaudentes, extendit.
Præter alios errores, dicebant Walden- *Reiner. c.* 5.
ſes, non eſſe dandas Decimas.

§. LII.

Evchariſtia. Pœnitentia.

De Sacramentis Concilium ſtatuit in *c.* 21.
hunc modum: Omnis utriusque *Omnis* 12.
ſexus Fidelis, poſtquam ad annos *de pœnit.*
diſcretionis pervenerit, ſolus proprio
Sacerdoti omnia peccata ſua fideliter
confiteatur, ſaltem ſemel in anno, & in-
junctam pœnitentiam adimpleat. Qui-
libet etiam ſaltem ad Paſchale tempus
Evchariſtiæ Sacramentum ſuſcipiat, niſi
forte de conſilio proprii Sacerdotis, non
ſine cauſa, ad tempus ab ejus perceptio-
ne duxerit abſtinendum; alioquin & vi-

Sæcul. XIII. A C. 1215.

vens ab ingressu Ecclesiæ arceatur, & moriens Christiana sepultura careat. Si quis vero alieno Sacerdoti sua peccata confiteri voluerit, licentiam prius obtineat a proprio, cum alter ipsum non possit solvere vel ligare. Canonem isto antiquiorem novi nullum, quo Confessio Sacramentalis statuto universali præcepta fuerit, sed illa Ecclesiæ ætate eam præscribendi causa errores Albigensium & Waldensium de Sacramento Pœnitentiæ extiterunt.

Albigenses, se remissionem peccatorum sine Confessione & satisfactione, sola adhibita Cæremonia, quam *Solamen* appellabant, recipere putabant. Erat vero hic Ritus, manuum impositio, quam peragebat aliquis illorum, quos ipsi Præpositos, Episcopos aut Diaconos, atque communi quodam nomine ordinatos, dicebant. Is, lotis primum manibus, & libro Evangeliorum singulorum capiti impositio, septies *Pater noster*, tumque initium Evangelii S. Joannis recitabat. Ipsi hoc Solamen necessarium ad salutem credebant, ac ad delenda omnia peccata sufficiens, nullius autem roboris, si ipse manus imponens peccato illigatus fuisset. Waldenses quoque affirmabant, præstare peccata sua confiteri bono Laico, quam malo Sacerdoti, quod

Ermegard. c. 14.

Rainer. c. 5.

quod iſte neutiquam poteſtatem abſolvendi, ille vero haberet. Præterea dicebant, ſe per impoſitionem manuum peccata remittere & Spiritum Sanctum dare. Ceterum Clerici omnes huic generi Hæreticorum contemtiſſimi erant. Sæcul. XIII. A C. 1215.

Sacerdos proprius, de quo in hoc Canone mentio fit, ille ipſe ſine dubio eſt, de quo Concilium Pariſienſe, ante annos tres celebratum, loquitur, videlicet Parochus, Alienus autem, alterius Eccleſiæ Parochus aut quicunque alius Sacerdos dicitur. Si viros Regulares Mendicantes ſpectemus, vix tunc in lucem prodierant, eorumque Regulæ necdum publice erant approbatæ. Tum proſequitur Concilium: Sacerdos ſit diſcretus & cautus, cum pœnitentiam adminiſtrat. Diligenter inquirat in peccatoris & peccati circumſtantias, unde intelligat, quid conſilii pœnitenti ſuggerere, & cujusmodi remedium malo adhibere debeat. Caveat autem omnino, ne verbo vel ſigno vel alio quovis modo prodat aliquatenus peccatorem, ſed ſi ipſe prudentioris conſilio indigeat, caute & ſine ullo perſonæ indicio id requirat; quoniam qui peccatum, in pœnitentiali judicio ſibi detectum, revelare præſumſerit, non ſolum a Sacerdotali officio deponatur, ſed etiam ad agendam perpe- *Conc. Paris. c. 12. an. 1212 v. Math. Paris. c. 12. an. 1212. p. 608.*

Sæcul. XIII. A.C. 1215. tuam pœnitentiam in arctum monasterium detrudatur.

De consec. dist. 2. etsi 10. 4. sent. dist. 12. De præcepto Communionis Paschalis, Regula, a Gratiano & Magistro sententiarum relata, statuebat, ut Laici sabtem ter in anno communicarent, nisi magnis criminibus impedirentur, videlicet in Paschate, in Pentecoste, & in Natali Domini nostri. Quæ Regula expromta erat ex quodam falso Decreto Fabiani Papæ, seu potius ex Concilio Turonensi, regnante Carolo Magno, anno octingentesimo decimo tertio, celebrato. Verum more per teporem & algorem Christianorum introducto, plerique non amplius nisi ad Festa Paschalia Sacram Communionem petebant. Idnobis quidam illius ævi Scriptor, sive Petrus Comestor, sive Petrus Blesensis is sit, testatum facit. Itaque Concilium Lateranense, edito hoc Canone, nihil aliud egit, quam quod se mori, antea in Ecclesia tolerato, accommodaverit. Necessario autem Christiani ad recipiendam Evchariſtiam obligandi erant, ut discernerentur ab Albigensibus & Waldensibus, hoc Sacramentum spernentibus. Illud vero hic notabis Lector, Communionis quidem annuæ, sed non Confessionis tempus esse determinatum. Idem Petrus Comestor, peccatorum confes-

c. 5.

Sous le nom. de Pie. de Blois serm. 16. edit. Busæc 1600. freq. com. p. 465.

sionem

sionem ineunte Quadrageſima peragendam fuiſſe, literis tradidit (*). Sæcul. XIII. A. C. 1215.

Concilium præterea præcipit, ut in omnibus Eccleſiis ſacrum Chriſma & Evchariſtia in arcula clauſa, cujus cla- c. 20. *Statuimus* I. *de cuſtod. Eucha.*

(*) Ad hoc Concilium Caveus, Scriptor Anglus, præter alia dicit: *Innocentius anno milleſimo ducenteſimo decimo quinto celebravit Generale Concilium Lateranenſe, in quo monſtroſum Transſubſtantiationis figmentum inter Fidei Articulos repoſuit, & Principes quoscunque Chriſtianos Hæreſi vitiatos, vel Eccleſiæ Romanæ immorigeros dignitate ſua deponendos eſſe decrevit.* Sed utrumque Caveus perperam affirmat. Nam de Evchariſtiæ Sacramento nihil aliud ſtatuitur, quam Chriſtianis, gravi peccato non impeditis, circa tempus Paſchale ſingulis annis ad Sacram Communionem accedendum eſſe. Nec opus fuit, tunc primum Transſubſtantiationem & realem Chriſti præſentiam articulis Fidei inſerere, utpote Doctrinam ex Sacra Scriptura probatam & primitivæ Eccleſiæ fide ſtabilitam. Verba autem: *Monſtroſum Transſubſtantiationis figmentum*, ſunt hominis Calviniſtæ, Charitatem Chriſti & Omnipotentiam Dei in Myſterio Evchariſtiæ ſecundum anguſtos cerebelli proprii limites metientis.

Illud quoque falſum, quod dicat Innocentium Papam Principes quoscunque Chriſtianos Hæreticos vel Eccleſiæ Romanæ immorigeros Digni-

Sæcul. XIII. A.C.1215.

vem ſolus Presbyter teneat, cuſtodiatur, ne iis aliquis ad maleficia abuti poſſit. Medicis etiam præcipitur, niſi ab ingreſſu Eccleſiæ excludi velint, ut, antequam remedium contra morbum corporis adhibeant, ægrotantes moneant, Sacerdotem Confeſſarium vocandum eſſe.

c. 22. Cum infirm. 13. de pœn.

§. LIII.

Matrimonium.

Cum Concilium perpendiſſet, multa naſci incommoda ex anguſtia limitum, quos Eccleſia Chriſtianis tum conſanguineis tum affinibus, matrimonium inituris, poſuiſſet, utrumque impedimentum reſtrinxit. Conſanguinitas usque ad ſeptimum gradum extendebatur, ſtatuitque Concilium, ut ultra quartum non amplius eſſet matrimonii impedimentum. Tria genera propinquitatis ſeu affinitatis, eosdem gradus complectentia, matrimonio obſtabant; & primum genus impedimenti erat inter maritum, & propinquos uxoris ejus ac reci-

Dignitate ſua deponendos eſſe decreverit, quia ſolummodo de Comite Toloſano & Comite Foxienſi ſermo eſt, de quibus Decretis prudenter notat Fleurius, non ſolius Papæ juſſa ſed accedente Regum Principumque ſæcularium conſenſu edita fuiſſe.

reciproce, ſecundum oriebatur inter maritum, & propinquos primi mariti uxoris ſuæ, & tertium inter ſecundum maritum & propinquos primi mariti. Concilium, ſecundo & tertio affinitatis genere ſublato, ſolummodo primum, tanquam matrimonii impedimentum, ſervari jubet. Petrus Bleſenſis, de ſimili cauſa interrogatus, Conſtitutionem Concilii anteverterat, dicens, neutiquam ſe eo adduci poſſe, ſi caſus exiſteret, ut matrimonium, in tertio affinitatis genere contractum, dirimendum eſſe pronunciaret; quod crederet, hoc impedimentum ſoli ſcholæ originem ſuam debere, & inventum eſſe tanquam remedium, ad diſciplinam facilius conſervandam aptum; nihil in veteri vel novo Teſtamento de ſecundo & tertio affinitatis genere occurrere, ſed utrumque ex Conſtitutionibus Canonicis argumentando fuiſſe erutum.

Sæcul. XIII. A.C. 1215.

c. 50. non debet. 8. de conſang. *Gloſſ. in d. c. 8.*

Cujac. ad l. 15. ff. de rit. nupt. in Papin. ep. 115.

v. 35. q. 2. de proping. 3.

Matrimonia clandeſtina damnantur, atque ut remedium malo afferat, Concilium quorumdam locorum conſuetudinem legem univerſalem eſſe vult, & præcipit, ut nuptiæ antequam ineantur, publice in Eccleſiis a Presbyteris denuncientur, poſito termino, intra quem impedimenta Canonica exponi poſſint.

c. 51. cum inhib. 3. de clandeſt. deſpon.

Inter illas Regiones, in quibus jam ante Concilium Lateranenſe ſponſalia

Cum in tua 27. de ſponſal.

Sæcul. XIII. A. C. 1215.

denunciabantur, notatur Francia; quod ex Epistola Innocentii Papæ III. ad Episcopum Belvacensem data perspicimus. His addit Concilium: Qui sponsalia clandestina, etiam in gradu licito contraxerint, pœnitentia iis injungatur, & Presbyter, qui interfuerit, ad triennium suspendatur.

c. 32. *Licent. 47. de test.*

Propinquitas sanguinis inter illos, qui matrimonium contrahere cupiebant, illo ævo sæpissime per testes probabatur; & tales admittebantur in matrimonii causa, qui tantum audita ab aliis referebant, quia homines adeo ætate provecti inveniri non poterant, qui testes præsentes usque ad tertiam generationem supereſſent. Hinc Concilium, impedimento illorum graduum abrogato, morem quoque istum abolet, & in causa nuptiarum non nisi testes præsentes admittit.

§. LIV.

Viri Religiosi.

In multis Monasteriis, atque etiam in talibus, quorum fuisset virtutum exemplo aliis prælucere, Disciplina Regularis pæne collapsa erat. Innocentius Papa primo Pontificatus sui anno, data ad Abbatem Montis Cassini, tunc purpura Cardinalitia fulgentem, Epistola, maxi-

5. *ep.* 386.

maximum dolorem professus est, quod Monachi Domus Cassinensis, unde exorta S. Benedicti Regula per totum terrarum orbem fuisset propagata, in eam vitæ licentiam prorupissent, quæ bonis omnibus horrorem incuteret. Exprobrat huic Cardinali Pontifex, quod, bona temporalia augendi cupiditate abstractus, emolumentum spirituale hujus Monasterii negligeret, & hortatur, ut a se ipso exorsus totam Congregationem serio reformet. Cum Papa ad Monasterium Sublacense, haud procul Roma distans, se contulisset anno millesimo ducentesimo duodecimo, ubi Ordo S. Benedicti sua quasi incunabula nactus est, & dissolutum cognovisset Regulæ vigorem, credidit, teneri se remedium adhibere, editaque amplissima Constitutione, prohibuit Monachis, ne ullo vestimento lineo uterentur, aut carne, nisi in domo infirmorum essent, vescerentur. Præcepit, ut silentium semper in Ecclesia, in Refectorio, & in Dormitorio servaretur. Variis officiis in Monasterio Præfecti solerter deligerentur, munus vero injunctum non perpetuo, quoad viverent, tenerent, sed ad nutum Superioris amoveri possent. Inprimis in illa Epistola monachis inculcat; fugiendum esse vitium proprietatis, & declarat, paupertatem ita eorum Regulæ esse anne-

Sæcul. XIII. A.C. 1215.

5. *ep* 82. *cum ad mon.* 6. *de stat. mon.*

Sæcul. XIII. A.C. 1215.

xam, ut non Abbati modo sed etiam Papæ dispensandi potestas nulla sit.

Ordo Cluniacensis quoque annis abhinc ducentis florentissimus ceciderat, cujus rei documentum est, Prioris Monasterii de Caritate in Abbatem Cluniacensem seditio, ex qua bellum monasticum externum ortum est, triennio circiter priusquam Concilium Lateranense inchoaretur. Quare Papa anno millesimo ducentesimo decimo tertio, datis ad Capitulum Generale Cluniacense literis, Abbates hortatus est; summo studio incumberent ad reformandos mores monachorum suorum, qui jam sua avaritia, ambitione & vitæ licentia tantum Fidelibus, dato scandalo, nocerent, quantum olim bono profuissent exemplo. Multo pejor erat facies monasteriorum illorum, quæ nulla Capitula Generalia celebrabant.

Innoc. XV. 144. 193.

16. ep. 6.

Ut his malis mederetur Concilium, statuit: in quolibet Regno vel Provincia, ubi Abbates aut Priores Capitula Generalia celebrare non solent, ejusmodi Conventus post elapsum triennium semper agant. Sub hæc initia duos Abbates ex Ordine Cistercienſi ad Conventus suos Generales advocent, qui, cum ejusmodi Capitulis jam diu adsueti sint, Benedictinos sua scientia & consilio juvare possint. In his de morum correctione

c. 12. in singul. 7. de stat. monach.

Cluniacenses

ctione & Disciplina Regulari tractetur. Quæ semel decreta fuerint, inviolabili jure & nulla concessa Appellatione omnes obligent, & locus sequentis Capituli celebrandi indicatur. Cuncta autem salva Episcopi Diœcesani auctoritate fiant. Nempe illa ætate pauca adhuc dum Monasteria ab Episcoporum Jurisdictione exemta erant. Concilium adjicit: In Capitulo Generali viri idonei deligantur, qui Summi Pontificis nomine & auctoritate omnia provinciæ monasteria, etiam feminarum invisant, ac in iis, quod videbitur, reforment, & emendent. Si judicent, Superiorem alicujus Monasterii necessario deponendum esse, moneant Episcopum, qui si officio suo desit, rem ad Sacram Sedem deferant. Episcopis autem curæ sit, Monasteria suæ Diœcesis ita a vitiis purgare, ut Visitatores supervenientes nihil amplius corrigendum inveniant. Canonici Regulares Capitula sua celebrent, & reliqua, quæ continentur in hoc Decreto, ut Monachi, salvo tamen suo Instituto, exequantur. Sæcul. XIII. A. C. 1215.

Ne nimia Religionum (id est Ordinum Religiosorum) *diversitas perturbationem in Ecclesiam invehat districte prohibemus*, inquit Concilium, *ne nova instituta excogitentur; sed quicunque Religioni se addicere voluerit, aliquam Regu-* c. 13. *Ne nimia* 9. de relig. dom.

Sæcul. XIII. A.C. 1215.

Regulam ex iis, quæ jam ab Ecclesia approbatæ sunt, suscipiat. Prohibemus etiam, ne Abbas plura regat Monasteria, aut Monachus in pluribus Monasteriis locum suum habeat. Nempe Cellæ Monasticæ ad modum Beneficiorum Ecclesiasticorum conferebantur. Ceterum quod in prima hujus Canonis parte, licet sapientissime, statuebatur, usque adeo neglectum fuit, ut exinde longe plures virorum Religiosorum societates, quam in superioribus Sæculis omnibus, natæ & receptæ fuerint.

v. c. 1. de relig. dom. in 6.

Fulco Episcopus Tolosanus, cum ceteris Episcopis ad Concilium Lateranense veniens, adduxit S. Dominicum, cui ardentissimo pro salute animarum zelo junctus erat. Crediderunt, occasionem sibi opportune natam esse, qua Papæ consilium exponerent, quod cepissent, Ordinem Prædicatorum instituendi, idque humili mente & congrua submissione petierunt. Haud diu ante, cum Episcopi iter ad celebrandum Concilium Lateranense corriperent, duo viri Tolosani, meritis insignes, alter Petrus Cellanus nomine, alter Thomas, totos se se S. Dominico addixerant. Petrus Viro sancto ejusque sociis pulcherrimas ædes, quas Tolosæ habebat, donavit, videlicet primum virorum hujus Instituti Domicilium. Fulco vero Episcopus, consen-

Jord. M. S. c. 20. & c. Theod. lib. 1. c. 12.

ap. Sur. 4. Aug.

consentiente suo Capitulo, iisdem sex- Sæcul. XIII.
tam partem Decimarum suæ Diœcesis A. C. 1215.
adscripsit, unde tam libros, quam alia vitæ subsidia sibi compararent. Pontifex suasit Dominico; ad Fratres, quos collegerat, rediret, cum iis de eligenda sibi Regula jam approbata deliberaret, & promisit, si postea ad Sedem Romanam reverteretur, Ordinis sui confirmationem impetraturum esse. Dominicus consilium Papæ, Decreto Synodi consentaneum, amplexus est.

§. LV.

Reliquiæ & Collectores.

Non nullis Reliquiæ venales erant; quare eas omnium oculis exponebant, non sine Religionis contemtu. Concilium ergo prohibet, ne antiquæ Reliquiæ ex loculis suis protractæ monstrentur, aut emtoribus offerantur. Illis vero Reliquiis, quæ recenter inventurentur, nullus cultus publicus exhibeatur, nisi prius Papali auctoritate approbatæ fuerint. *Præsules*, inquit Concilium, *non amplius permittant illos, qui ad eorum Ecclesias causa venerationis accedunt, vanis figmentis, aut falsis decipi documentis, ut in plerisque locis occasione quæstus fieri consuevit.* c. 62. *Cum ex eo. 2 de reliq.*

Eleemosinarum Quæstores, quorum aliqui alios se, ac sunt, mentiuntur, & Cum ex ep. 14. de pœnit.

erro-

Sæcul. XIII. A.C. 1215.

errores in ſua prædicatione proponunt, admitti, niſi Apoſtolicas vel Diœceſani Epiſcopi literas veras exhibeant, prohibemus. Tumque illis, præter id quod in ipſis continebitur literis, nihil populo prædicare liceat. Jam hujusmodi literarum forma ſequitur, in quibus excitantur Fideles ut, ad ſuſtentandum Fratrum & egenorum illuc confluentium Hoſpitium, de bonis ſibi a Deo collatis pias eleemoſynas & grata eis Caritatis ſubſidia erogent. Tum proſequitur Concilium: *Qui autem ad quærendas eleemoſynas mittuntur, modeſti ſint & diſcreti, nec in tabernis aut locis aliis minus congruis hoſpitentur, non inutiles faciant ſumtus, nec habitu viros Religioſos ſe ſimulent.* Notavimus annis abhinc centum ante hoc Concilium morem circumferendi Reliquias per provincias varias jam tunc fuiſſe introductum, ſicque magnam eleemoſynarum vim fuiſſe collectam. Ceterum iſta Concilii conſtitutio de Quæſtoribus poſtea extra curam fuit, namque hunc abuſum adhuc ultra annos trecentos invaluiſſe legimus. Tum iterum Concilium: *Ad hæc, quia per ſuperfluas indulgentias, quas quidam Eccleſiarum Prælati, re non ſatis penſata, concedunt, & claves Eccleſiæ contemnuntur, & pœnitentialis ſatisfactio enervatur, decernimus,*

Sup. LXVI lib. §. 18.

mus, ut cum dedicatur Basilica, non ex- Sæcul. XIII.
tendatur Indulgentia ultra annum, sive A.C. 1215.
ab uno solo sive a pluribus Episcopis dedicetur. In anniversario deinde Dedicationis tempore, aut quibuscunque aliis ex causis, quadraginta dies de injunctis pœnitentiis indulta remissio non excedat, cum ipse Romanus Pontifex, Ecclesiam consecraus, hoc moderamen observare consueverit. Nempe jam tunc incommoda ex nimia Indulgentiarum copia nascitura Pontifex prospiciebat.

§. LVI.

Simonia.

Ubi de Simonia agitur, Concilium superioris Concilii Lateranensis Decreta confirmat, & primo damnat Episcopos, qui pro consecratione Episcoporum, Fratrum suorum, Benedictione Abbatum & Ordinatione Clericorum pecuniæ persolvendæ summam statuerant, atque hanc turpitudinem per consuetudinem longo tempore observatam defendere nitebantur. *Præterea audivimus*, inquit Pontifex, *de quibusdam Episcopis, quod, decedentibus Ecclesiarum Rectoribus, ipsas Interdicto subjiciant, nec patiantur alios parochos institui, donec ipsis certa pecunia detur.* Contra parochi pro sepultura, pro nuptiis, aliisque suis ministeriis pecuniam exigebant, quod

Conc. Lat. III. 7. 10.

Sum. lib. LXXIII. §. 21.

Conc. Lat. IV. c. 63 sicut. 39. de Sim. c. 63.

audivimus 41. eod.

Sæcul. XIII. A. C. 1215.

quod Concilium heri deinceps prohibet. Non nulli vero Laici, pietatis ſpecie, laudabilem conſuetudinem bonorum ſuorum partem per donationem Eccleſiis tribuendi abrogare conabantur; quod omnino a perverſis principiis Hæreticorum, nempe Waldenſium & Albigenſium proficiſcebatur, qui nihil Eccleſiis, nihil Clericis donandum clamitabant. Vult ergo Concilium, ut Sacramenta gratis conferantur, ſed etiam Epiſcopi, cauſa cognita, illorum audaciam reprimant, qui nequiter nullum non lapidem movebant, quo pias conſuetudines abolerent. A Simoniæ vitio præcipue Moniales revocantur, *quoniam*, inquit Concilium, *labes iſta bas ita infecit, ut vix puellas ſine pretio recipiant in ſorores, & avaritiam pallio paupertatis tegant. Statuimus igitur, ut quæcunque hanc pravitatem admiſerint, ex monaſterio ſuo expulſæ, in locum arctioris Regulæ ad agendam perpetuo pœnitentiam detrudantur. Maximum enim eſt Simoniæ crimen. Hoc etiam a Monachis & aliis Regularibus decernimus obſervandum.*

c. 66. *Ad Apoſt.* 42. *eod.*

c. 64. *quoniam* 40. *de Simon.*

§. LVII.

Alia Concilii Univerſalis Decreta.

Ultimi Concilii Lateranenſis Canones ad Judæos ſpectant, ac præter alia præci-

præcipitur, ut aliquod in veſtibus ſuis indicium habeant, quo a Chriſtianis diſcernantur, pro more in quasdam provincias jam ante invecto. Ceterum pleriſque hujus Concilii Decretis diutius immoratus ſum, utpote inter Canoniſtas celeberrimis, quibus Diſciplina Eccleſiaſtica, exinde obſervata, ſuperſtructa eſt, quamvis addita non nunquam verba excipientia & reſtringentia ad eludendam eorum vim occaſionem præbuerint. Cum Papa huic Concilio, ſicut etiam tribus aliis univerſalibus, antea in Laterano celebratis, per ſe ipſum præfuerit, in hoc ultimo Decreta omnia ipſius nomine eduntur, clauſula tamen quibusdam adjecta: *Sancto Concilio approbante*, quæ verba primo occurrunt in Concilio III. Lateranenſi. Porro hac clauſula declaratur, Decretis ſine conſenſu & approbatione Concilii, Eccleſiam Univerſalem repræſentantis, plenam auctoritatem defuturam eſſe.

Sæcul. XIII. A. C. 1215.

c. 68. in nonnull. 15. de jud.

Concil. III. Lat. c. 1.

Concilii Canones ſequitur Decretum ſpeciale de Sacra Expeditione, in quo dies, ad colligendas omnes copias, prima menſis Junii, proximum ſequentis, id eſt, anno milleſimo ducenteſimo decimo ſeptimo, indicitur. *Tunc ergo*, inquit Pontifex, *quibuscunque mare transmittere animus fuerit, conveniant in Regnum Siciliæ, alii ad Brunduſium, alii*

Sæcul. XIII. A.C. 1215.

ad Messanam ubi & nos, Deo annuente, adesse constituimus. Qui terrestri itinere profecturi sunt, eadem die accingantur, ad quos Legatum idoneum de nostro latere mittemus. Tum in hoc Decreto eædem Clausulæ leguntur, quæ in Bullis de Bello sacro, speciatim in illa, quæ anno millesimo ducentesimo decimo tertio edita est, quibusdam additis. Prohibetur, ne Christiani cum navibus suis in oris & portubus Saracenorum ultra quatuor annos versentur, ne vectoribus in Europam redituris occasio & opportunitas desit. Ludis Equestribus se exercere annis tribus non liceat. Pax quoque servari saltem annis quatuor per totum orbem Christianum præcipitur, addita comminatione, quod pacis perturbatores non solum Censuris Ecclesiasticis, sed etiam vi potestatis sæcularis ad obediendum compellendi essent.

Sup. n. 16.

Albigensium quoque causa in hoc Concilio pertractata. Venerat enim ad Concilium Raimundus Comes Tolosanus & filius ejus, & Comes etiam Foxiæ, supplices pro recuperatione terræ suæ, qua a Cruce signatis exuti fuerant. Simon quoque Montfortius illuc miserat fratrem suum Guidonem, aliosque Nuncios, quorum fides sibi & prudentia perspecta erat. Quamvis vero etiam ex

to. 11. Conc. p. 233. Alb. Hist. c. 83.

Guil. Armor to. VII. Spicil. p. 210.

ex Prælatis non nulli existimarent, duobus Comitibus ablatas ditiones suas esse reddendas, idque impetrare omnibus viribus conarentur, Papa tamen, majore & saniore Sacrosancti Concilii parte approbante, negotium perfecit in hunc modum; Comes Raimundus, sub quo nec fides nec pax unquam servari potuerunt, a ditionibus suis perpetuo sit excluſus, extra eas in loco idoneo moraturus, ubi dignam de peccatis agat pœnitentiam, & pro sustentatione sua quadringentas marcas annuatim percipiat. Uxor vero ipsius Comitis, soror quondam Regis Arragonum, quæ ab omnibus laudatur, quod sit mulier honesta & Catholica, terras ad suum dotalitium pertinentes integre habeat & quiete. At tota terra, quam Crucesignati contra Hæreticos obtinuerunt (salvo per omnia jure virorum Catholicorum, mulierum & Ecclesiarum) concedatur Comiti Montfortio, quo nemo strenue magis in hoc negotio laboravit, eamque ab his Principibus, a quibus de jure debet, teneat. Reliqua autem terra, quæ non fuit a Crucesignatis occupata, custodiatur ad mandatum Ecclesiæ per viros eximios, qui negotium pacis ac Religionis curent & defendant, ut in eam adolescens unicus Comitis Tolosæ filius, postquam ad legitimam ætatem pervenerit, resti-

Sæcul. XIII. A. C. 1215.

Sæcul. XIII. A.C. 1215.

restituatur, si talem se studuerit exhibere, ut dignus videatur, & vel totum vel partem Dominii paterni mereatur.

Guil. Armor. p. 89

In hoc Concilio Papa, urgente Joanne Rege, sed multis consilium non approbantibus, omnes Barones Angliæ excommunicavit, qui hunc Principem, inter sacros milites conscriptum, & Ecclesiæ Romanæ Vasallum, persequebantur. Hac excommunicationis sententia omnes illorum Baronum fautores, omnes qui Joannis Regnum oppugnare molirentur, aut auxilia ei ferentibus obsisterent, involvebantur. Ista ex Epistola Papæ die decima sexta Decembris anno millesimo ducentesimo decimo quinto cognoscimus. Sub finem Concilii Pontifex Innocentius ab omnibus Præsulibus haud modicas pecunias exegit, quas a Romanis usurariis, duris conditionibus, mutuas accipere, unacum sumtibus sui itineris, coacti sunt. Si Mathæo Parisiensi fides habetur.

Math. Par. an. 1216.

an. 1215. p. 230.

§. LVIII.

Reliquiæ S. Dionysii.

M. S. Victorin. ap. Boll. 8 April. to. 8 p. 744.

Cum Henricus Abbas S. Dionysii in Francia, senio gravis, ad Concilium Lateranense proficisci non potuisset, Priorem Hemericum cum aliquot monachis illuc misit, quos Papa, Concilio soluto,

Sæcul. XIII. A.C. 1215.

soluto, ad se vocatos, ut benevolentiam iis testaretur, cujusdam Sancti Corpore, ad monasterium ipsorum deferendo, donavit, & dono suo Bullam adjecit, cujus hæc est summa: *Diversæ sunt hominum opiniones de S. Dionysio Martyre, cujus Corpus in Ecclesia vestra quiescit, & disputant, an revera Dionysii Areopagitæ ossa sint. Nam aliqui affirmant, ipsum in Græcia mortuum fuisse & sepultum, alium autem ab eo esse Dionysium, qui fidem Francis prædicavit. Referunt alii, S. Paulo Romæ capite plexo, S. Dionysium Areopagitam in urbem venisse, indeque a S. Clemente Papa in Galliam missum; illum vero, qui in Græcia decessit, alium esse Dionysium, sed utrumque Sanctum. Nos igitur quia nec istam nec alteram opinionem rejicere volumus, sed Monasterium vestrum, immediate Sacræ Sedi subjectum, honorare cupimus, mittimus vobis S. Dionysii Reliquias, quas defunctus Cardinalis Petrus, titulo S. Marcelli, tunc Sacræ Sedis Legatus, ex Græcia Romam attulit, ut si tam unius quam alterius Dionysii ossa apud vos fuerint, nemo amplius dubitet, quin Areopagitæ exuvias habeatis. Ceterum omnibus illis, qui has Reliquias devote visitaverint, quadraginta dierum Indulgentiam concedimus. Datum Laterani die quarta Ja-*

Sæcul. XIII. A.C. 1215.

nuarii anno milleſimo ducenteſimo decimo ſexto.

Præſumebat Papa, ut vides Lector, quod mittebat, corpus S. Dionyſii Areopagitæ Reliquias eſſe; at Monachi S. Dionyſii dicebant, oſſa eſſe S. Dionyſii Corinthii, quem Confeſſorem appellabant, & non nulli a Dionyſio Areopagita non diſcernebant, quamvis illo junior totius Sæculi ſpatio fuiſſet. Denique non perſpicio, quid corpus S. Dionyſii Corinthii monachis contulerit ad probandum, Dionyſium Areopagitam apud ſe ſervari.

§. LIX.

Fratres Minores in variis Provinciis.

vit. per Bonav. c. 12. Vading. an. 1212.

Ferunt, S. Franciſcum ad Concilium Lateranenſe veniſſe, & Papam publice edixiſſe, quod ejus Regulam, licet nulla data Bulla, approbaſſet. Atque illo, ut conjicere poſſumus, tempore Vir ſanctus anxie deliberavit, an vitæ genus, etiam prædicationi, vel ſoli orationi dicatum ſibi ſuisque arripiendum eſſet. Poſtquam de hac difficultate Fratres diu conſuluiſſet, certo tamen & evidenter cognoſcere non valebat, utra inſtituti ratio Deo magis grata futura eſſet, nec proprii intellectus lumine quæſtionem ſolve-

solvere, quamvis alioquin mirabilia, concesso sibi Prophetiæ spiritu, intelligeret. Sæcul.XIII. A.C.1215.
Non erubescebat vero Franciscus consilium a Fratrum suorum minimis, a sapientibus, a simplicibus, a perfectis, ab imperfectis expetere; quare duobus Fratribus ad Fratrem Silvestrum Presbyterum, tunc in monte prope Assisium commorantem, ac orationi vacantem, missis, rogavit; ut sibi ea aperiret, quæ ipsi Deus hac de re revelaret. A Sancta Clara quoque, missis nunciis, petiit, ut proprio studio, ac etiam opera alicujus ex Monialibus suis simplicissimæ & innocentissimæ Dei voluntatem inquireret. Frater Silvester & S. Clara mira omnino concordia responderunt, constare de divina voluntate, Franciscum ad prædicandum mitti. Ipse illico paruit, atque ad hoc Ministerium nova de cœlo gratia præditus visus est.

Cum Franciscus Fratres suos ad prædicandum mitteret, hac eos Doctrina instruebat: *In Nomine Domini, ite bini, toto habitu corporis ad humilitatem & modestiam composito; silentium inprimis a mane usque ad tertiam strictissime servate, Deum mente orantes. Nulla unquam verba otiosa & inutilia ex ore vestro procedant, & quamvis iter faciatis, mores nihilominus tam humiles & honestos exhibete, ac si in eremo vel* Collat. 22. op. to. 31. p. 340.

Sæcul. XIII. A.C. 1215.

in cellula vestra versaremini. Ubicunque enim terrarum agamus, semper in cellula nostra sumus, videlicet cum corpore, fratre nostro. Anima vero nostra Anachoreta est, & Cellulæ hujus incola, in qua oret, & Deum cogitet. Quamobrem nisi anima in hac cellula maneat & quiescat, parum illa viris Religiosis proderit. Talis sit vestra inter homines conversatio, ut quicunque vos intueatur, aut loquentes audiat, Patrem nostrum cœlestem laudet. Omnibus pacem denunciate, ipsi vero eam in ore & multo magis in corde conservate. Nemini occasionem iræ aut scandali ponite, sed lenitate vestra omnes ad mansuetudinem, ad pacem, ad concordiam adducite. Nam ad saucios sanandos & revocandos errantes vocati sumus, & complures vobis hodie membra Diaboli videntur, qui aliquando JEsu Christi Discipuli erunt.

Hæc monita S. Franciscus Fratribus suis, cum eos anno millesimo ducentesimo decimo sexto in diversas provincias dimitteret, dedisse creditur. In Hispaniam enim misit Fratrem Bernardum *de Quintavalle* primum suum Discipulum cum compluribus aliis, in Provinciam Fratrem Joannem Bonellum Florentinum, cum triginta tribus sociis, in Germaniam Joannem *de Penna* cum sexaginta Fratribus.

Vading. n. 1. 2. *&c.*

tribus. In Longobardia Miniſtrum conſtituit Joannem *de Strachia*, quem poſtea revocavit, quod prudentiæ hujus Sæculi nimium dare videretur. In Marchiam Anconitanam delegavit Fratrem Benedictum Aretinum, in paucis ſibi carum, & in Thuſciam Fratrem Eliam *de Cortona*, poſtea totius Ordinis Miniſtrum Generalem. Ipſe vero Franciſcus animo conſtituerat, Pariſios, in illam Regionem, quæ nomine proprio Francia dicebatur, ac usque in Belgium vadere. Et urbem Pariſienſem quidem ideo ſibi delegerat, quod ſciret ejus incolas ſingulari devotione in ſanctum Sacramentum affici. Sed priusquam iter in Franciam aggrederetur, Florentiam divertit ad Cardinalem Hugolinum, Epiſcopum Oſtienſem, Sacræ Sedis Legatum, virum pietatis & optimi zeli fama notiſſimum, inviſurus. Cardinalis vicissim, ad cujus aures Franciſci laudes perverenant, magno eum videndi deſiderio tenebatur. Ergo, ut amicitiam profiteretur, biduo apud ſe retento, cum ejus conſilia exploraſſet, *Inſtitutum tuum*, inquit, *modo vix in lucem prodit; non neſcis, quam potentes adverſarios Romæ expertus ſis; ſed adhuc dum alii ibi latent. Niſi aliquis in urbe negotium tuum diligenter curet, facile omnia, quæ ædificaſti, deſtruentur. Tu ipſe rebus tuis*

Sæcul. XIII. A.C. 1215.

Antonin. 3. p. tit. 24. c. 7.

S. Franciſcus

Vading. 1217.

Sæcul. XIII. A.C. 1215.

tuis Romæ necessarius es, & ego quidem operam meam ex ista hora condico. Franciscus, prolixe gratias agens, *Domine!* ait, *complures Fratrum meorum in provincias remotas misi; si ego interea domi quiesco, nullam laboris partem in me suscipiens, conquerendi occasionem præbebo sociis, inter homines ignotos & exteros famem sitimque tolerantibus. Meo autem exemplo addam animum. Cur vero,* reposuit Cardinalis, *cum fratribus durissime agis! cur ad longa itinera, & tot ferendas arumnas compellis?* Cui Franciscus: *Domine! putas, cœlum nobis nostrum institutum ad salutem solius Italiæ suggessisse; sed erras, quippe ego affirmo coram Deo, nos ad salutem omnium hominum, ne quidem Infidelibus exclusis, esse vocatos. Si Fratres nostri vitam ad normam præceptorum Evangelii composuerint, Deus ipsis, etiam inter inimicos suos existentibus, omnia abundanter conferet.* His auditis, Cardinali in Virum sanctum amoris affectus crevit; hortatus est tamen vehementius, ut in Italia permaneret. Victas manus dedit Franciscus, & pro se in Franciam Fratrem *Pacificum* misit. Erat is Poeta seu cantilenarum Auctor, adeo celebris, ut Imperator dignum crediderit, quem sua manu coronaret; unde Vatum Laureatorum

Pisan. lib. 2. conform. 6.

Bonav. c. 4. Vading. an. 1212. n. 37.

rum Princeps & Rex dicebatur. Cum Sanctum Franciscum sæpe dilaudari audivisset, & desiderium virum cognoscendi subiisset, eum quadam die in aliquo Monasterio urbis S. Severini ad populum e Cathedra dicentem habuit. Et ecce rem miram! visus est ei ornatus duobus gladiis fulgentibus & decussatis, quorum alter a capite usque ad pedes pendebat, alter ab una manu ad alteram porrigebatur. Hoc portento commotus, ad Deum se convertit, & relicto mundo Franciscum secutus est, qui cum in hoc Tyrone animum tranquillissimum miraretur, eum *Pacificum* appellavit. Idem igitur, elapsis post conversionem suam quatuor aut quinque annis, a S. Francisco in Franciam missus, ibidem omnium primus Fratrum Minorum Minister fuit. Illius autem itineris socii Pacifico dati sunt Frater Angelus, primus deinde in Anglia Minister, & Frater Albertus, postea totius Ordinis Minister Generalis, numero quartus. Sæcul. XIII. A. C. 1215.

Missionis in Germaniam non talis, qualis sperabatur, eventus fuit; nam Fratres illuc missi linguam Teutonicam ignorabant, & quia ab Italia veniebant, suspicio in eos cadebat, quod Hæretici essent, qui non parvo numero tunc ejecti in alias regiones migrabant. Ipsorum habitus paupertatem indicans & ab usu *Vad.* 1216. n. 10.

Sæcul. XIII. A.C. 1215.

usu communi abhorrens, ac quod se interrogantibus lingua vulgari respondere non possent, suspicionem adornatæ fraudis auxit. Ergo pessime habiti & depulsi, cum ad Fratres reversi fuissent, quantum ignominiæ passi essent, narrarunt. Tamque siniſtra de Germanis omnibus opinio Minoribus Fratribus hæsit, ut exinde dicerent; nemini, nisi certi Martyrii desiderio flagranti, ad hanc Gentem pergendum esse.

Vad. 1216. *n.* 2.

Fratribus deinde querelas ad Franciscum deferentibus, quod a compluribus Episcopis inclementer haberentur, & in Curia Romana homines non deesſent, qui in eorum Institutum acriter declamarent, statuit, a Papa Ordinis sui Protectorem expetere. Re cum Fratribus mature pensata, Romam se contulit, ubi Cardinali Hugolino, ex Thuscia reduci, consilium suum aperuit. Cardinalis vero vicissim S. Viro significavit, nihil magis sibi in votis esse, quam eum aliquando coram Papa & Cardinalibus verbum Dei prædicantem cernere & audire. Diu repugnavit Franciscus, sed Cardinale vehementer urgente, sermonem magna diligentia concinnavit, ac

Leg. 3. *ſocior.*

Bonav. c. 12.

memoriæ mandavit. Sed en! ubi in conspectu Papæ fuit, præparati sermonis penitus oblitus, nullam vocem edere potuit. Postquam vero magna animi humi-

humilitate infirmitatem ſuam profeſſus eſt, & Spiritum Sanctum invocavit, copioſiſſime dicere cœpit, ac tanta vi & elegantia, ut & Papa & Cardinales vehementiſſimo animi motu concuterentur. Exinde in conſpectum Pontificis admiſſus, præſente Hugolino Cardinale, *Sancte Pater!* ait, *verecundia perturbor, quod moleſtus tibi accidam, in gratiam pauperum Fratrum noſtrorum, tibi, inquam, tanta alioquin negotiorum mole obruto. Sed hunc Cardinalem nobis dona, quem, quoties neceſſitas poſtulaverit, tua licentia & auctoritate fisi, adeamus.* Papa annuente, Cardinalis Hugolinus primus Fratrum Minorum Protector fuit. Sæcul. XIII. A C. 1215.

§. LX.

Angli in Regem Joannem ſeditioſi.

In Excommunicationis ſententia, quam Papa contra Barones Angliæ protulerat, complures nominabantur, atque eorum ditiones, ſpeciatim autem urbs Londinenſis Interdicto Eccleſiaſtico ſubjiciebantur. Ubi vero hæc ſententia in Angliam delata eſt, ſola urbs Londinenſis eam contemſit, quod plerique dicerent; hanc Cenſuram nec a Baronibus ſervandam, nec ab Epiſcopis promulgandam *Math. Par.*

Sæcul. XIII. A.C. 1215.

dam esse. Literas Pontificias dolo & mendaciis fuisse extortas, ac proinde nullas; quibus accederet, quod Pontificis non esset, negotia sæcularia componere. *Deus*, ajebant, *S. Petro, ejusque successoribus nullum aliud Regimen, quam quod ad Ecclesiam spectat, commisit. Cur ergo inexplebilis Romanorum cupiditas ad nostra usque pervadit? quid bellum, quod in Anglia gerimus, ad Episcopos Apostolicos? Sunt videlicet successores Imperatoris Constantini, non Sancti Petri, cujus nec merita habent, nec facta imitantur. Romani isti, homines vecordes, usurarii, simoniaci, in quibus generosum animum, aut militarem vigorem frustra quæsieris, jacta excommunicationis suæ censura, toti terrarum orbi dominari volunt.*

Populo Londinensi in hunc modum strepitante, campanæ tota urbe pulsabantur, & divinum Officium, spreto Interdicto, elata voce celebrabatur.

Id. an. 1216.

Interea Rex Joannes provincias Angliæ ad Septentrionem positas vastabat, Optimatum Arces captas destruebat, agros depopulabatur, copiis ex ditione ultramarina, in Francia sibi subjecta, advectis. Hisque juncti erant Brabantini, ac Sicarii, qui, abactis pecoribus, undique igne ferroque sæviebant, & inaudita crudelitate quidquid pecuniæ in pa-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

pauperum domibus reliquum erat, exprimebant, nec Ecclesiis nec personis, Deo sacris, parcentes. Barones rebus omnibus spoliati, & dolore amentes, in Regem Joannem, velut de hominum fæce mancipium, maledice invehebantur, quod se subjectum & Regnum suum cuique mortalium vectigale, etiam datis literis, effecisset. Quin in desperationem actis nec reverentia Summi Pontificis supererat, cui, tanquam præsens fuisset, exprobrabant: *Te vero, quem Justitiæ Defensorem, Pietatis speculum, totius Mundi lumen ac exemplum esse oporteret, talem Regem laudare, talem hominem tueri? tu Regi, postquam Angliæ rem publicam exhausit, & Optimates ejecit, præsidium ideo præstes, quod se tibi submiserit, atque ut his artibus ampliſſimi Regni opes Romanæ avaritiæ voragine absorbeantur* (*)?

Sæcul. XIII. A. C. 1216. p. 234.

Tan-

(*) In Natali Alexandro de Joanne sine terra Rege Angliæ lego, Sæcul. XIII. pag. 624. ex Mathæo & Henrico de Knygthon: *Joannes male venit ad Regnum. Nam Arthurum de Britannia, filium Godfridi fratris sui, dolose occidit, qui jure Hæreditario debuit habuisse coronam Regni Angliæ post mortem Richardi avunculi sui. Hanc ob causam justum bellum intulit Joanni Philippus Augustus.* Et

Sæcul. XIII. A.C. 1216.

Tandem Barones Angliæ Regem sibi eligere constituunt, tantæ potentiæ Principem, ut eos in bona sua restituere valeret, seque ad Ludovicum, Regis Franciæ Philippi Augusti filium, annum ætatis circiter vigesimum nonum agentem, & jam tunc Ludovici, successoris sui, parentem convertunt. Ergo Legatos ad Regem Philippum & Principem filium mittunt, cumque Rex ab eis obsides accepisset, Ludovicus filius, ut eo magis ipsorum fidem exploraret, redeuntibus viæ socios dedit, viros duodecim ex Proceribus Franciæ, Londini deinde vigesima octava Februarii anno millesimo ducentesimo decimo sexto inter maximæ lætitiæ indicia exceptos. At post quinque ferme septimanarum lapsum excommunicantur a Papæ Mandatariis, qui in Barones & urbem Londinensem Sacræ Sedi refractariam, appropinquante

---

inferius pag. 625. *Qui* (Joannem Regem) *pium ob Regni sui Donationem Ecclesiæ Romanæ sanctam prædicaret, is oppido falleretur. Non enim Religionis sensu id præstitit, sed ut rationibus privatis consuleret, nulla Reipublicæ cura.*

Hic etiam notandum, quod Rex Joannes postea etiam Regi Marochii in Africa Regnum suum donare voluerit.

te Paschali tempore Censuras, anno superiore promulgatas, renovantes, iisdem Proceres Francos eorumque familiares complexi sunt. Festum Paschæ illo anno in diem decimam Aprilis incidebat. Sæcul. XIII. A.C. 1216.

Sub idem tempus Galonus Presbyter Cardinalis, & Papæ Legatus, in Franciam venit, prohibiturus, ne Ludovicus Princeps in Angliam transmitteret. Is Philippo Regi Epistolas Pontificis obtulit, in quibus rogabat, ne Regem Joannem a filio suo quocunque modo vexari sineret, & potius tanquam Ecclesiæ Romanæ Vasallum defenderet. Sed respondit Philippus Rex: *Regnum Angliæ nunquam fuit, nec erit, S. Petri patrimonium. Jam diu abhinc, cum Rex Joannes Regem Richardum, fratrem suum, de solio deturbare molitus fuisset, in ejus Curia accusatus, proditionis convictus, & damnatus est. Proinde quia nunquam legitime Rex fuit, Regnum alteri donare non potuit. Demus autem, quod aliquando jure regnaverit; at nefando scelere regnum amisit, cum Arto, nepote suo jugulato, iterum in judicio nostro damnatus est. Ceterum nulli Regum jus est Regnum suum alteri donandi, sine consensu Baronum suorum, quibus incumbit patriam defendere & custodire.* *Idem. Chro. Guil. Nang. 1216.* Res Angliæ.

Sæcul. XIII. A C. 1216.

Quod si Papa Joannis Regis errorem tueri vult, exemplum Regibus cunctis perniciosum præbet. Tunc vero Optimates Franciæ omnes una voce exclamare; se pro regulæ hujus veritate asserenda usque ad necem decertaturos, nulli Principum licere sola sua voluntate Regnum alteri tradere, aut vectigale efficere, sicque Nobiles & Equestres viros jugo servitutis opprimere. Hæc Lugduni die decima quinta post Paschæ, scilicet vigesima quarta Aprilis anno millesimo ducentesimo decimo sexto, agebantur.

Altera die Rex ad conventum advocavit Ludovicum filium suum, qui, patris lateri assidens, Legatum torvis oculis intuebatur. Cumque ille preces repeteret, ne in Angliam transmitteret Princeps, Rex Philippus respondit: *Integram ego semper Pontifici & Ecclesiæ Romanæ fidem servavi, quin etiam usque in hanc diem in omni causa, ad eam spectante, quoties occasio id postulare videbatur, profui. Hodieque filio meo nec consilium suggeram, nec opem concedam, qua contra Ecclesiam quidquam attentet. Si vero affirmet, jus sibi aliquod in Regnum Angliæ esse, audiendus est, & quod justitia exigit, concedendum.* Tum vir Eque-

Equestris Ordinis, cui Princeps causam suam commiserat, surgens, atque ad Regem conversus, *Princeps Auguste*, inquit, *nemo ignorat, in Regem Angliæ in Curia tua, Collegarum suorum judicio, olim mortis sententiam fuisse latam, quod proditione infami & suis manibus Artum nepotem suum exanimaverit; eundem postea multis aliis criminibus fædatum a Baronibus Angliæ abjectum, & tanquam indignum a Regno excluſum fuisse. Denique sine eorum consensu Angliam Papæ subjecit, quam etsi alteri donare non licuerit, potestas tamen ei fuit, se ipsum Regno abdicandi. Itaque vacabat Solium Britanniæ, atque Barones, quibus id competebat, Ludovicum Principem sibi Regem elegerunt, ex jure uxoris* ejus, cujus mater, Regina Castiliæ, sola hodie ex omnibus fratribus & sororibus Regis Angliæ hac luce fruitur.* Sæcul. XIII. A.C. 1216.

* Blancæ

His repositit Legatus; Regi Joanni, voto sacræ peregrinationis obstricto, quatuor annorum pacem denegari non posse, ejusque Ditiones omnes sub Sacræ Sedis præsidio securas esse debere. Cui Eques; Regem Joannem, priusquam sacræ militiæ votum edidisset, in Principem Ludovicum bellum movisse, ejusque terras infestasse, & ne quidem

Sæcul.XIII. A.C.1216. adhucdum, licet Cruce signatum, a proposito desistere. Proinde Ludovicum non tam ei arma inferre, quam illatas repellere. Legatus vero, cui hæc argumenta non probabantur, addita comminatione excommunicationis prohibuit, ne Ludovicus in Angliam trajiceret, & ne Rex parens consensum præberet. Tum suggessit Princeps Regi, se quoad negotia, ad Angliam spectantia, Franciæ subditum non esse, rogavitque, ne sibi jus suum prosequenti obsisteret. Quibus dictis e cœtu se proripuit. Legato in Angliam navigaturo, ideoque in itineris præsidium literas Regias petenti, Philippus promisit, se eas quidem petitiones suas, non autem filii sui commeanti concessurum esse. Quo responso Galonus haud leviter offensus ab aula recessit.

§. LXI.

Ludovicus in Angliam navigat.

Ludovicus Regem parentem instantissime rogavit, ne expeditioni suæ obstacula poneret; se se enim Baronibus Angliæ juramento obligasse, quod eis auxilia esset allaturus, & malle se Excommunicationi Papali aliquamdiu subjacere, quam datam fidem fallere. Rex, quæ

quæ inde secutura essent, prospiciens, noluit manifestum consensum de hac profectione declarare, sed satis ei fuit rem dissimulare, abeuntique filio benedictionem paternam impertiri. Papa nihilominus suspicatus, Regem filio favere, ac suppeditare subsidia, literis ad Archiepiscopum Senonensem, ejusque Suffraganeos datis, significavit, Regem excommunicationis censura esse innodatum. Quare omnes totius Regni Optimates, in comitiis Meloduni collecti professi sunt, se Regem ob hanc rem pro excommunicato non habituros, nisi de voluntate Pontificis satis constaret. Ludovicus vero Nunciis, ad defendendum coram Pontifice jus suum, quod sibi in Regnum Angliæ esse putabat, Romam missis, in Angliam trajicere festinavit, ut Legati adventum anteverteret. Ergo cum copiis Caleti classi impositus, vigesima prima Maji in Angliam appulit. Londini exceptus, populo magnæ lætitiæ signa edente, Magistrum Simonem Langtonium, Archiepiscopi Cantuariensis fratrem, Epistolis suis præfecit, quo auctore cives Londinenses, ac Barones Officium divinum, contemtis Censuris, celebrari petierunt. Is Principem quoque Ludovicum, ut consentiret, permovit.

Sæcul. XIII. A. C. 1216.

Guil. Armor. p. 89.

Sæcul. XIII. A.C. 1216.

Legatus Galonus per literas certior factus, quod Ludovicus in magna jam Angliæ parte Regem se agnosci obtinuisset, & ipse mari trajecto, Gloceſtriam ad Regem Joannem venit, qui ut virum, in quo uno spes opesque ejus sitæ essent, complexus est. Is Episcopis, Abbatibus Clericisque, quotquot potuit, collectis Ludovicum Principem cum omnibus conscriis, & Fautoribus, ac nominatim Simone Langtonio excommunicavit. Eaque Censura pulsatis campanis, accensis cereis promulgata est, mandatis ad Episcopos missis, quibus eamdem per totam Angliam omnibus diebus Dominicis denunciare jubebantur. At Simon Langtonius, & Gervasius *Hobruge*, Ecclesiæ Londinensis S. Pauli Cantor, cum quibusdam aliis dicebant, se ad conservandam jura Principis appellasse, & Legati sententiam nullius roboris esse affirmabant.

Inter hæc Ludovico Principi redduntur literæ, a Legatis suis Romæ commorantibus scriptæ, in hunc ferme modum: *Ad Papam pervenimus in die Pascbatis* (puto hoc accipiendum esse de Dominica Palmarum, quæ in diem tertiam Aprilis incidebat) *eadem die admissi hilarem inter suos vidimus; sed ad nos*

nos conversus mutato vultu tristitiam professus est. Literas tuas tradidimus, & nomine tuo Pontificem salutavimus. Ille respondit: Dominus vester salutatione nostra indignus est. Cui ego (scilicet Legationis princeps) *Pater mi! credo fore, ut eum dignum existimes, postquam mandata nostra & argumenta audieris. Ita illa die recessimus, jamque e limine egressuris Papa humanissime dixit; se libentissime nos auditurum esse, quotiescunque id expeteremus. Sequente die Martis, cum nos, misso familiari, ad se accersivisset ex diversorio nostro, postquam mandata a te nobis commissa exposuissemus, & ipse multa objecisset, tandem manibus suis pectus percutiens, & gravi ducto suspirio, heu, inquit, contumeliam effugere, utcunque res ceciderit, Ecclesia non potest! si Rex Angliæ vincitur, clades ejus nostrum pudorem secum trahet, cum Vasallus noster sit, ad quem propugnandum devincti sumus. Si Dominus Ludovicus succumbit, ruina ejus nostra quoque est, utpote viri, in quo, tanquam in certissimo Ecclesiæ Romanæ præsidio, ubi tristes ingruunt calamitates, fiduciam posuevamus. In fine dicendi adjecit; malle se mortem oppetere, quam esse superstitem, si Ludovico in varia belli hujus fortuna*

Sæcul. XIII. A.C. 1216.

Ludovicus Franciæ.

Sæcul. XIII. A. C. 1216.

tuna grave malum accideret. Ceterum ſuadentibus quibusdam Cardinalibus Feſtum Aſcenſionis Domini expectamus, ne forte, ſi abeſſemus, Decreta Papalia contra te liberius promulgarentur; illa enim die Cenſuras antea denunciatas Papa confirmare ſolet. Ad nos vero dixit, ſe literas Domini Galoni præſtolari.

Quæ vero Legati iſti contra Regem Joannem Papæ expoſuerunt, erant ferme ſequentia. Primo, quod Artum interfeciſſet, quam ob cædem in Curia Regis Franciæ capite damnatus fuiſſet. At reſpondebat Papa; Barones Franciæ non potuiſſe mortis ſententiam ferre in Regem, ſuo gradu & Dignitate ipſis majorem, ut nihil diceret, quod Leges & Canones inauditum damnari prohibuiſſent. Multa reponebant Legati & contendebant, quod ob ſententiam in Regem Joannem pronunciatam ejus filii a Regno deberent excludi. Præterea Papa negabat, jus aliquod titulo uxoris ſuæ Ludovico Principi competere, & omnibus viribus affirmabat, Regnum Angliæ Eccleſiæ Romanæ rem eſſe, quam inſuper jure poſſeſſionis teneret, poſtquam fides jurejurando fuiſſet promiſſa, & cenſus redditus. Quibus adjiciebat: *Nullius culpæ reus ſum, ob quam Ludo-*

vicus

Sæcul. XIII. A.C. 1216.

vicus Princeps me Regno Angliæ privare posſit, eoque minus, quod Rex Angliæ complures Ditiones, ut Regis Vaſallus, in Francia teneat, quibus, ſi rebellis eſt, exui poteſt. Reſponderunt Legati: *Antequam Papæ in hoc Regnum jus eſſet, bellum in Regem Joannem movebatur, quod Ludovici Principis terras hoſtili animo infeſtaſſet.* Tumque Papa: *Ergo Ludovicus ad me convertere ſe debuiſſet, ut Regem, Vaſallum meum, ad ſibi ſatisfaciendum compelleret.* Ad hæc Legati: *Omnium temporum conſuetudine ſtabilitum eſt, quod ſi quis Vaſallus ſuo arbitrio vicinum Principem armis aggrediatur, læſus defendere ſe poſſit, inconſulto hoſtis ſui Domino.* Iterum Papa: *In Concilio Oecumenico ſtatutum, ut omnes Principes, tunc bella gerentes, vel pacem vel inducias inirent, quo expeditiores ad ſuccurrendum Terræ ſanctæ eſſent.* Atque Legati: *Cum Princeps ſolvit ex Francia, nemo ab eo pacem, vel inducias petiit. Nec credimus, Joannem Regem eas etiam ſponte oblatas acceptaturum fuiſſe.* Tum Papa: *Cruce ſignatus eſt, ac proinde ex Decreto Concilii cum omnibus bonis ſuis ſub tutela Eccleſiæ exiſtit.* Legati: *Antequam Cruce ſe ſignavet, in Ludovicum Principem arma ceperat, quæ, etſi ſæpe monitus, necdum*

Sæcul. XIII. A. C. 1216.

necdum abjecit. Papa: *Consentiente Concilio Barones Angliæ, omnesque eorum Fautores excommunicavi, qua sententia Ludovicus involutus videtur.* Legati: *Non ille Barones Angliæ tuetur, sed rem suam quærit, nec credit, Sanctitatem tuam vel Concilium quemquam, repugnante justitia, excommunicare voluisse, aut jus suum sibi adimi potuisse.* Ita Ludovicus Princeps causam suam per Legatos Romæ defendebat, dum ipse provincias Angliæ, quæ meridiem & orientem spectant, sibi subjiciebat.

§. LXII.

Innocentii III. obitus,

Martin. Pol. Cum Innocentius Papa nihil ardentius desideraret, quam rei Christianæ in Palæstina pæne prostratæ consulere, pacem inter Pisanos, Genuenses & Longobardos revocaturus, Roma egressus mense Junio Perusiam venit; ubi, acceptis literis, in quibus Principis Ludovici in Angliam navigatio nunciabatur, extremo dolore obrutus, orationem exorsus est, in illam Ezechielis Prophetæ verba: *Mucro! Mucro! evagina te ad occidendum, lima te ut interficias.* In eoque sermone Ludovicum, cum suo exer-

Ric. S. Germ. an. 1216.

Guil. Arm. p. 89.

Ezech. 21. 28

exercitu solemni ritu excommunicavit. Tum, accersitis Notariis, complures censuras summi rigoris in Regem Philippum & Franciæ Regnum dictare cœpit. Sed in illo cogitationum tumultu a tertiana lacessitur, eaque promte per medicam artem depulsa, in graviorem febrem incidit, acutis doloribus comitantibus, quibuscum per aliquot dies conflictatus, & multum ciborum pro more sumens, paralysi, tumque lethargia corripitur. Obiit decima sexta Junii anno millesimo ducentesimo decimo sexto, postquam in Cathedra Romana annis octodecim, mensibus sex, & diebus novem sedisset; in Ecclesia Cathedrali Perusiana sepultus. Præter Epistolas, maximo numero, per annos, propemodum ut datæ fuerunt, divisas, ab Innocentio Papa habemus complura Scripta, Sermones, Tractatus pios multaque alia, ex quibus aliqua necdum typis edita sunt. Quæ ex ejus Epistolis & Sermonibus retuli, ad cognoscendum ejus Stilum & Doctrinam sufficiunt.

Saecul.XIII. A.C.1216.

Paubr. conat.

Quibus moribus vixerit hic Papa, etiam melius cognoscet Lector ex ipsius factis, quam ex variis judiciis Scriptorum; quorum aliquis de Innocentio testatur, virum fuisse fortitudinis & sapientiæ

Rigord.p.66

Sæcul. XIII. A.C. 1216.

pientiæ eximiæ, qui maxima effecerit & admiratione digna, cui denique illo ævo nemo æqualis. Alius dicit, eum in non nullis negotiis rigori nimio inhæsisse, ideoque ejus fatum subditis ipsius magis lætitiæ quam luctus causam extitisse. Mathæus Parisiensis de eo literis mandavit; Joannem Regem Angliæ non ignorasse, quod hic Papa usque adeo ambitionis & superbiæ vitiis laboraverit, ut nemo magis. Præterea Innocentium insatiabili cupiditate auri flagrasse, nec ullum tam atrox esse crimen, quod spe acquirendæ pecuniæ paturus non fuisset (*). Sancta Lutgardis, Monialis Ordinis Cistercienſis in Brabantia narrare audita est, quod statim post obitum Innocentius sibi conspicuus factus esset, ingenti flamma cinctus, & interrogatus, cur tamen dire cruciaretur, respondisset: *Tres ob causas ita torqueor, quæ etiam æternis supplíciis me justissime addixissent, nisi per intercessionem piissimæ Matris Dei, cui Monasterium condidi, in extremis me pœnituisset. Sed pœnis atrocissimis usque ad extremum Judicii diem purgabor.* Thomas Cantipratensis, qui hoc factum refert,

Guil. Arm. p. 89.

Matth. Par. an. 1213. p. 206. vit. ap. Sur. 16. Jun. lib. 2. c. 6.

(*) Hæc iterum Mathæo Parisio teste referuntur.

refert, adjicit; quod Lutgarde revelante tres illas pœnarum causas non ignoraverit, sed pro tanti Pontificis reverentia manifestare noluerit. Quidquid vero de ipsa Visione sentiendum sit, ex hac narratione cognoscimus, quod magnæ pietatis viri sibi persuasum habuerint, in Innocentio III. haud modica errata fuisse deprehensa (*). Sæcul. XIII. A. C. 1216.

(*) Palatius in Innocentio III. ad ejus obitum ista refert pag. 728. Ejus obitum præluxit vultus Domini *Veronica* dictus. *Dum Fortunalis alea*, inquit Parisius, *statum Regni Angliæ talibus turbinibus exagitaret, Dominus Papa Innocentius, quem vacillantis Ecclesiæ cura solicitabat, effigiem vultus Domini, quæ Veronica dicitur, ut moris est de Ecclesia S. Petri versus Hospitale S. Spiritus reverenter cum processione bajulat. Qua peracta, ipsa effigies dum in locum suum asportaretur, se per se gyrabat ut verso staret ordine, frons scilicet inferius, barba superius locaretur. Quod nimis abhorrens Dominus Papa, credidit illud in trisse sibi præsagium eveniſſe. Ut plenius Deo reconciliaretur, consilio fratrum in honorem ipsius effigiei, quæ Veronica dicitur, quandam Orationem composuit elegantem, cui adjecit quem-*

Sæcul. XIII. A. C. 1216.

quemdam Psalmum cum quibusdam versiculis, & eadem dicentibus decem dierum concessit indulgentiam, ita ut quoties repetatur, toties decenti tantumdem Indulgentiæ concedatur. Tum iterum: *Præclara de Innocentio Papa Viri Illustres cecinere Elogia, inter quos Rigordus, in Gestis Philippi Francorum Regis, Innocentius Papa celebravit Romæ Concilium, Vir claro ingenii, magnæ pietatis, & sapientiæ, cui nullus secundus tempore suo.* Est & illud S. Antonini 3. p. tit. 19. c. 1. *post innumera opera egregia virtutum demum beato fine quievit. &c.*

HISTO-

HISTORIA ECCLESIASTICA.

LIBER LXXVIII.

HONORIUS III. PAPA.
FRIDERICUS II. ROM. IMP. HENRICUS IMP.
CONSTANT.

§. I.

Honorius III. Papa.

Innocentio Papa fatis functo, non una plus die Sedes Apostolica vacavit, nam die decima octava Julii anno millesimo ducentesimo decimo sexto Cardinales collecti in Sede Apostolica successorem collocarunt *Concionem Sa-* Sæcul. XIII. A. C. 1216.

Sæcul. XIII. A. C. 1216.

velli Romanum, qui olim Cardinalis Diaconus, titulo S. Luciæ, tunc erat Cardinalis Presbyter, titulo SS. Joannis & Pauli. Is, ſedente Clemente III. Papa, Eccleſiæ Romanæ ærario præfectus, cum omnium redituum curam ſibi haberet commiſſam, eorum Catalogum ex antiquioribus commentariis conſcribere aggreſſus eſt, ceteris omnibus utiliorem.

Ric. S. Ger. 1216. Abb. Urſp. eod. Cenc. ap. Baro. an. 1192.

Hunc anno milleſimo centeſimo nonageſimo ſecundo, Cœleſtino III. ad Eccleſiæ clavum ſedente, perfectum dedit, præfixitque Operi titulum: *Liber de Cenſibus Eccleſiæ Romanæ*, cum necdum aliud Beneficium Eccleſiaſticum, quam Præbendam in Eccleſia S. Mariæ Majoris, teneret. Ordinem quoque Romanum, ſeu Ceremonialem Librum, compoſuit, typis vulgatum, cujus meminimus. Concio Honorius III. dici voluit, & die vigeſima quarta Julii conſecratus, Sacram Sedem annos octo & menſes decem obtinuit.

tom. 2. Mus. Ital. p. 167.

Sup. Lib. LXXIV. §. 28.

Chro. foſſ. no.

Altera poſt Ordinationem die Honorius, data ad Regem Hieroſolymæ Epiſtola, eum de morte Papæ, Anteceſſoris ſui & ſua electione certiorem fecit, tumque adjecit: *Sed noli animum deſpondere; nam etſi Magno Innocentio minor ſim, nullatenus tamen concedam, ut in cura Terram ſanctam liberandi ego quocunque Anteceſſorum meorum ſegnior*

lib. 1. ep. 1. ap. Rain. 1216. n. 18.

segnior fuisse dicar. Nullis parcam viribus, & auxilia non modica mittam, ut primum occasio faverit. Ad Episcopos Franciæ quoque Honorius Epistolis datis hortatus est; animos Cruce signatorum, Innocentii Papæ obitu consternatos, erigerent, & addit, Ecclesiam Gallicanam usque in illa tempora præ ceteris omnibus in Ecclesia Romana colenda eminuisse. Eadem ferme summa fuit Epistolæ, quam ad alios Antistites misit. Speciatim vero scripsit Henrico Imperatori Constantinopolitano, significans, quanto desiderio teneretur, fastum Schismaticorum domandi, & contra Græcorum arma muniendi Orientis Imperium, tanquam Arcem, Saracenis propinquam, unde commode oppugnarentur. Data etiam ad Gervasium, Patriarcham Latinum Constantinopolitanum, Epistola, hortatus est; concordiam cum Imperatore foveret, illæsa tamen immunitate Ecclesiastica. Tum in alia Epistola declarat, quod Regem Thessalonicæ parvulum sub Sacræ Romanæ Ecclesiæ præsidium recipiat. Quippe Bonifacius Montisferratensis Marchio anno millesimo ducentesimo septimo ex vita excedens filiolum suum Demetrium successorem, in cunis vagientem, reliquerat. Similia Pontifex Friderico Regi Siciliæ, electo Imperatori,

Sæcul XIII. A.C. 1216.

5. *ep.* 21. *ap. Rain. n.* 39.

ep. 5.

ep. 10. 15.

Sæcul. XIII. A. C. 1216.

tori, aliisque Regibus & Principibus supremis scripsit. Omnes vero istæ Epistolæ Perusiæ datæ sunt, unde revertentem Pontificem Romani, die ultima Augusti, maximam lætitiam profitentes, exceperunt.

Chron. Fossæ n.

§. II.

Engelbertus Archiepiscopus Colonienſis.

Chr. Godef. 1216.

Innocentius Papa Legatum miserat in Germaniam Petrum Cardinalem, Titulo sanctæ Potentianæ, qui Comitiis, a Friderico Rege Norimbergæ in Festo SS. Jacobi & Philippi die prima Maji hoc anno milleſimo ducenteſimo decimo sexto celebratis, interfuit. Advenerat quoque Engelbertus, electus Archiepiscopus Colonienſis, ex domo *Altena*, Engelberti Comitis *de Berg* seu de Monte filius, duorum Archiepiscoporum Colonienſium Friderici & Brunonis ab *Altena* nepos. Adolphus vero, Brunonis Successor, Engelberti patruelis erat, Engelberto necdum pueritiam egresso & literis vacanti complura Beneficia, tum Præbendæ tum Præposituræ, collata fuerant. Relictis scholis, summus Præpositus Colonienſis ac deinde Episcopus Monasterienſis electus est, quam Ecclesiam Cathedralem recipere noluit. Ar-

v. ap. Sur. 7. Nov. c. 2.

Theo-

Theodorico Archiepiscopo Colonienſi depoſito, ut ſuperius memoravimus, quod Ottonis Imperatoris partibus ſe ſe addixiſſet, Innocentius Papa Canonicorum illius Eccleſiæ præcipuis, qui ad Concilium Lateranenſe venerant, præcepit, ut alium Archiepiſcopum eligerent. Illi Coloniam reverſi, & in Eccleſia S. Petri Metropolitica, prima die Lunæ in Quadrageſima, octava Martii, anno milleſimo ducenteſimo decimo ſexto, collecti magnum Præpoſitum Engelbertum Archiepiſcopum ſibi cooptarunt. Ipſe ergo, cum die prima Maji ad Comitia veniſſet, Sacræ Sedis Legato electionem confirmante, a Rege Friderico Inveſtituram accepit.

Sæcul. XIII. A.C. 1216.

Godef. 1215.

§. III.

Petrus de Curtenaco Imperator Conſtantinopolitanus.

Henricus Imperator Conſtantinopolitanus ante Innocentium Papam fatis functus erat, videlicet die undecima Junii, Theſſalonicæ, anno milleſimo ducenteſimo decimo ſexto, annos natus quadraginta duos, poſtquam ut Imperator annos decem & totidem ferme menſes regnaſſet. Quia obierat improlis, Barones, qui Conſtantinopoli degebant, Vicarium Imperii conſtituerunt,

Chro. Antiſſ. 1216 *Chr. G. de Nang.*

Sæcul. XIII. A.C. 1216.

dum alius eligeretur Imperator. Henrico autem defuncto erat soror Jolanda, uxor Petri Curtenacensis, Comitis Antisiodorensis, qui ex ea filiam susceperat, Jolandam de nomine Matris dictam, & Regi Hungariæ Andreæ in matrimonium datam. Quare Optimatibus Latinis in Græcia existentibus consilium erat, ut vel generum vel socerum ad Imperium eveherent, generum nempe Principem vicinum & potentiorem, socerum vero tanquam propiorem Regni hæredem. Ergo coronam primo offerunt Regi Hungariæ, qui ea rejecta, profectionem suam in Terram sanctam, ad quam suscipiendam voto obligabatur, accelerare statuit, petita a Summo Pontifice licentia. Inde Legati Constantinopolitani usque in Franciam pervenerunt, & Comes Antisiodorensis, electione suo consensu firmata, omnia itineri necessaria paravit, cum Comitissa conjuge sua Romam aditurus, & coronam Imperii accepturus. Erat Petrus Philippi Augusti Regis patruelis, genitus ex quinto Ludovici crassi Regis filio, qui uxorem Dynastiæ Curtenacensis hæredem duxerat.

Hon. 1. ep. 545. ap. Rain. 1217. n. 17.

Honor. 1. ep. 211.

§. IV.

Joannis obitus. Henricus III. Rex Angliæ.

1. ep. ap. Rain. c. 30. ep. 24.

Honorius Papa in Pontificatus sui exordio

ordio ad res Angliæ quoque animum advertit, & priusquam Perusia discederet, datis literis Galonum Legatum suum jussit, ut cœperat, Joannem Regem tueri, & promittere, ipsi S. Sedis tutelam nunquam defuturam. Scripsit etiam Archiepiscopo Cantuariensi, ejus Suffraganeis Episcopis & Baronibus Angliæ, ad pacem exhortans. Sed en, paucis post diebus, cum Rex Joannes, amnem trajiciens, impedimenta & ærarium militare amisisset, cladem impatientissime tulit, atque nocte sequente mala Persica & siceram recentem stomacho immodice ingerens febre ardente correptus est. Ubi supremum vitæ tempus sibi imminere sensit, Henricum filium suum natu majorem in Regno sibi Successorem designavit, tumque, datis ad Honorium Papam literis, filium suum Regnumque, tanquam S. Petri Patrimonium, ejus commisit præsidio. Hæc Epistola die decima quarta Octobris data est; Joannes vero Rex, diebus exinde quatuordecim elapsis, excessit e vita, postquam annos octodecim & menses quinque regnasset. Vigesima septima ejusdem mensis, in Vigilia Sanctorum Simonis & Judæ Gloecestriam, præsente Legato Galono, convenerunt Petrus Episcopus Wintoniensis, Jocelinus Bathoniensis, & Silvester Wigornensis, Comites tres, quibuscum

Sæcul. XIII. A. C. 1216.

Math. Par. 1216.

Sæcul. XIII. A. C. 1216.

erat Guilielmus Mareſchallus Comes Pembroc, complures Abbates & Priores, ac frequentiſſimus populus, Henricum III. Joannis Regis filium primogenitum, puerum novennem, Regem Angliæ proclamaturi. Altera die ſolemni pompa ad Eccleſiam Conventualem deductus, Legato, iisdemque Epiſcopis & Optimatibus præſentibus, Henricus ad ea, quæ Reges conſecrandi promittere ſolent, jurejurando ſe obſtrinxit, ac præterea homagium Regni Angliæ & Hiberniæ Summo Pontifici præſtitit, adjecto promiſſo, ſe argenti marcas mille, de quibus convenerat, perſoluturum eſſe. Tum Rex ungitur & coronatur vigeſima octava Octobris anno milleſimo ducenteſimo decimo ſexto. Ceterum educationi Regis pueri præfectus eſt Guilielmus Comes Pembrocenſis Regni Mareſchallus, qui, abjecta omni mora, ad omnes Proceres dedit Epiſtolas, quibus offenſos ad obſequium Regi ſuo exhibendum reduceret. Qui vero hucusque Regi Joanni fidem ſervaverant, multo ardentius Henrico favebant, cui parentis ſui crimina nocere non debebant. Præterea in ea fidelitate confirmabantur, quod omnibus diebus Dominicis Ludovicum Franciæ Principem ejusque Fautores ex Cathedra Eccleſiaſtica excommunicari audirent. Exinde res hujus

jus Principis in Anglia labefactari cœperunt. Sæcul. XIII. A.C. 1216.

Honorius Papa, accepto de morte Regis Joannis nuncio, solerter conjecit, facile fore, ut inde sors beatior filiis ejus obtingeret, & illi, qui Patri adversabantur, sublata odii materia ad officium redirent. Ita enim de hac re mentem suam explicat in Epistola ad Galonum Legatum, die quinta Decembris data, in qua hortatur, ut strenue mandatum sibi injunctum prosequatur, & promittit, se Censuras, quas in hac causa adhibiturus esset, sua auctoritate confirmaturum. Jubet etiam denunciare, juramentum, quo se Barones Angliæ Ludovico Principi devinxissent, nullius esse roboris. In eundem sensum Papa Episcopis Wintonienſi, Wigornienſi & Oxonienſi, Archiepiscopo Dublinienſi, & Optimatibus Regi Henrico faventibus, inprimis Mareschallo scripsit. Epistolam etiam dedit ad Archiepiscopum Burdegalensem & Proceres Principi subjectos, ultra mare positos. Contra ad obsequium Henrici illos revocare conabatur, qui adhuc repugnabant, his potissimum usus argumentis; illæsa conscientia Regem adolescentem rejici non posse, Regis enim Joannis morte omnem seditionis causam fuisse remotam, Lege divina cautum esse, ne filius iniquitatem

1. *epist.* 32. *ap. Rain.* *n.* 34.

1. *ep.* 44.

ep. 32.

Ezech. 18. 20.

Sæcul. XIII. A. C. 1216.

patris portare cogatur, ac profecto etiam propriæ famæ consulturos esse, si reconciliarentur Regi, quem ætas innocentem satis probaret, nec aliam viam supereſſe, qua proditionis infamem notam a se amolirentur. Hæ literæ effectu non caruerunt. Quin etiam non nulli ex Francorum Optimatibus a Ludovici Principis obsequio recesserunt, & Comes Rupiacensis petitam a Summo Pontifice absolutionem a Censura excommunicationis obtinuit.

Inter hæc Honorius Papa solicitus, ne Regem Franciæ acriter offensum haberet, ob præsidium juveni Regi Angliæ præstitum, Abbatibus Cistercienſi & Clarævallensi, quorum apud Regem Philippum & Ludovicum filium magnam esse auctoritatem noverat, scripsit in hunc modum: *Regem adite nostro nomine, & humi prostrati inter viriles gemitus & lacrymas per JEsu Christi sanguinem, propriam etiam suam gloriam, ac Sacræ Sedis reverentiam, orate; Principibus juvenibus offensam, si quam in eum pater commisit, dimittat, filium suum ad propria redire, ac occupata de regno Angliæ pupillis restituere jubeat, sicque & seipsum & nos expediat a necessitate, in quam nos filius ejus conjecit. Ad Ludovicum quoque Principem accedite, ipsum modo simili obsecra-*

Honorii Papæ Epistolæ.

te,

te, in nomine illius, qui dominatur excelsus in Regno hominum, & cui voluerit dat illud, a persecutione pupillorum desistat, se ipsum vincat, & si quam timet inde ignominiam, dolorem suum Deo & Sacræ Sedi condonet. Sed & eidem nihilominus significate; quod nisi se precibus & monitis vestris flecti patiatur, cum his pupillis deesse nulla ratione possimus, contra eum cœlum & terram invocaturi simus, & in ipsum manus nostras aggravaturi, quantum potuerimus, & quantum Deus nobis adspiraverit. Hæc Epistola die sexta Decembris anno millesimo ducentesimo decimo sexto data est.

Sæcul.XIII. A.C.1216.

Dan.4. 29.

Rain.1218. n. 60.

Præterea Papa datis literis hortatus est Regem adolescentem Henricum, ut tueretur Berengariam Navarræ, Richardi Regis Avunculi sui viduam, quæ in Territorium Cenomanense, ut verisimile est, in ditiones, ibi pro dote sibi assignatas, se receperat. Illa, datis ad Honorium Papam literis, conquesta fuerat, quod quidam in ditionibus suis Clerici, vestitu & tonsura Clericali dimissis, matrimonium publice inirent, tumque commerciis & negotiis sæcularibus toti immersi tonsura se iterum insignirent, ut, objecta Ordinis Clericalis specie, Reginam juribus & vectigalibus suis defraudarent. Alii, tonsura non deleta, accepta

c. ex parte 9. de Cler. conjug.

Hon. lib. 2. ep. 1012. ap. Rain. ibid.

Sæcul. XIII. A. C. 1216.

pta tamen uxore, sæcularium more vivebant. Ipse Episcopus, Decanus, Archidiaconus, & Capitulum Cenomanense hujusmodi Clericis, læsa Reginæ jurisdictione, favebant. Ergo Papa Reginæ licentiam dedit, qua suo in eos jure uteretur, atque eadem ab iis obsequia ac a ceteris civibus uxores habentibus exigeret. Illud quoque concessit; ut eodem modo & rigore omnes plecteret, qui se Clericos dicerent, si sine habitu & tonsura in recenti delicto caperentur.

c. 27. de privil.

§. V.

Ordo Fratrum Prædicatorum approbatur.

Jord. M.S. vit. per Theod. lib. 1. c. ult. ap. Sur. 4. Aug.

Honorius Papa, Pontificatum auspicatus, solemni ritu Ordinem Fratrum Prædicatorum approbavit. Concilio Lateranensi soluto, S. Dominicus, ad Socios suos reversus, retulit, sibi a Summo Pontifice Innocentio fuisse imperatum, ut cum ipsis Regulam antea approbatam, quam sequerentur, sibi deligeret. Ergo unanimi consensu Regulam S. Augustini recipiunt, quibusdam Constitutionibus arctioris Disciplinæ adjunctis. Ut vero in officio Prædicationis, quod præcipue implendum sibi proponebant, nullum supereesset impedimentum, edita statu-

Sup. Lib. LXXVII. §. 52.

Sæcul. XIII. A.C. 1216.

ſtatuto, vetuerunt, ne Ordo agros bonave alia immobilia poſſideret, ſed ſolummodo cenſus acciperet. Anno milleſimo ducenteſimo decimo ſexto, cum Fulco Epiſcopus primam eis Eccleſiam, S. Romani honori Sacram, in urbe Toloſana donaſſet, prope eamdem Eccleſiam illico clauſtrum cum Cellulis, in quibus literarum ſtudiis vacarent & nocturno tempore acquieſcerent, ædificatum eſt. In illis initiis ſexdecim haud plures Fratres numerabantur. Exinde S. Dominico Romam reverſo, & quadam nocte, ut ſolebat, in Eccleſia oranti, conſpicuus factus eſt Dei Filius, qui, cum ad dexteram Patris ſui ſederet, iracundia contra peccatores excitatus ſurrexit, tria jacula manu tenens, quibus eos exterminaret. Telum primum contra ſuperbos, alterum contra avaros, tertium contra libidinoſos vibrabat. Sancta Chriſti Mater amplectebatur filii ſui pedes, ac pro peccatoribus deprecans, *eſt mihi ſervus fidelis*, inquiebat, *quem in orbem terrarum mittes prædicaturum, & convertentur peccatores. Eſt mihi & alius piiſſimus ſervus, quem ei adjutorem jungam.* Salvator mitigatus eſſe videbatur, petiitque a Matre hos duos ſervos ſibi oſtendi. Ipſa S. Dominicum, & quemdam alium, S. Dominico ignotum, monſtravit. Cum vero Dominicus

Vincent. ſpec. hiſt. lib. XXX. c. 66.

vit. lib. II. c. 1.

Sæcul. XIII. A.C. 1216.

minicus eumdem altera die in Eccles obvium habens agnoviſſet, in amplexum ruens, *tu meus ſocius eris*, ait, *tu mecum in vinea Domini laborabis*, nec *nos unitos quisquam valebit vincere*. E rat vero is ſocius S. Franciſcus, a quo S. Dominici Diſcipuli hanc viſionem acceperunt.

Ea igitur excitatus Dominicus Papam & Cardinales adire non dubitavit, & quamvis eſſet ſolus, pauper, ac omni humana ope deſtitutus, nihilominus quæcunque petebat, atque Ordinis ſui confirmationem impetravit. Hujus confirmationis duæ Bullæ exhibentur, eadem die, vigeſima ſecunda Decembris, anno milleſimo ducenteſimo decimo ſexto, datæ, atque ad Fratrem Dominicum, Priorem S. Romani Toloſæ, & ad ejus ſocios fratresque, qui vitam Regularem profeſſi, vel profeſſuri ſunt, directæ. Prioris Bullæ, quæ publice edita fuiſſe videtur, hæc eſt ſumma: *Nos attendentes, Fratres Ordinis tui futuros pugiles Fidei, & vera Mundi lumina, hunc Ordinem tuum cum omnibus bonis ſuis & juribus confirmamus.* In altera Bulla, duodecim Capita complectente, dicit Papa, quod Eccleſiam S. Romani ſub præſidium ſuum ſuſcipiat, & velit, ut Ordo Canonicus, nempe Canonicorum, qui illuc ſecundum Regulam S. Auguſtini intro-

ap. Rainald. n. 49.

Bzov. n. 9.

Bull. Honor. III. n. 2.

introducti erant, in perpetuum conser- Sæcul.XIII.
vetur. Eisdem possessionem omnium A.C.1216.
bonorum, quæ illa Ecclesia tenebat, vel
acquisitura erat, in posterum asserit.
Eximit ab obligatione dandi decimas, si
novalia suis manibus vel suis sumtibus
excolant, & si pecora alant. Ab Epi- *art.* 9.
scopo Diœcesano petant sacra Olea, con-
secrationem Altarium & Ecclesiarum,
ac Ordinationem Clericorum. Prior
liberis Fratrum Suffragiis, nulla vi, nul-
la fraude interveniente, eligatur. Ex
hac Bulla dispicimus, Fratres Prædica-
tores a primo suo Instituto nec Mendi-
cantes, nec a Jurisdictione Episcopi Diœ-
cesani exemtos, sed Canonicos Regula-
res fuisse; Unde Honorius Papa, Ordi-
nem eorum ratum habens, contra De-
cretum Concilii Lateranensis, novæ Re-
ligiosæ Familiæ institutionem prohiben-
tis, nihil egit (*).

S.Domi-

(*) De rebus & possessionibus Ordinis FF. Prædicatorum in Natali Alexandro pag.462. Sæc. XIII. & XIV. legere est: *Unde refellitur Flaminius, qui S. Dominicum ante confirmatum Ordinem possessiones abdicasse scripsit. Id enim dumtaxat factum est post quadriennium ab Ordinis Confirmatione in primis Comitiis Generalibus Bononiæ celebratis anno millesimo ducentesimo vigesimo.*

Ab

Sæcul. XIII. A. C. 1216.

S. Dominicus, Ordine ſuo a Sede Apoſtolica ita confirmato, cum quadam die in Eccleſia S. Petri orans a Deo peteret, ut eumdem Ordinem ſuum conſervaret & propagaret, viſus eſt ſibi S. Petrum & S. Paulum ad ſe venientes conſpicere. S. Petrus baculum & S. Paulus librum ei tradebat, additis verbis: *Vade, ad hoc Miniſterium te Deus elegit.* Et ipſe illico filios ſuos, per totum Mundum diviſos, binos, verbum Dei prædicantes, vidit. Ergo Toloſam reverſus Fratri-

vit. II. c. 1.

Vincent. XXX. c. 66.

vit. c. 2.

Ab eodem S. Patriarcha ROSARII Beatæ Virginis Deiparæ, afflante Spiritu Sancto, ipſa Cœlorum Regina revelante, inventa devotio eſt, quam Albigenſium impietati oppoſitis, ſuisque Alumnis prædicandam tradidit: quæ non ſolum Ordinis Scriptores referunt, ſed Summi Pontifices Leo X. Pius V. & Sixtus V. Apoſtolicis Diplomatibus profitentur, quorum verba legere eſt apud Malvendam in Annalibus, ad annum 1215. p. 132. Nec perſuadet contrarium Theodorici de Appoldia ea de re ſilentium in vita S. Dominici, & Thomæ Cantipratenſis lib. II. c. 29. Articulis 6to, & octavo tres ſalutationum Angelicarum quinquagenas a quibusdam Beatæ Mariæ Virgini devotis recitari ſolitas memorantis, de Auctore autem devotionis hujus nihil dicentis. Satis enim notum eſt quam leve ſit negantis argumenti pondus contra poſitiva diſertaque teſtimonia, &c. Hæc usque Natalis.

Fratribus suis dixit, quod animo constituisset, hæc accepta a Deo mandata exequi, eosque, paucitate ipsorum non obstante, in varias orbis partes spargere, tanquam grana seminis, quod projicitur, ut fructum afferat. Ipsi subiti propositi novitatem mirabantur, nec illud etiam probabatur Simoni, Comiti Montfortio, Archiepiscopo Narbonensi, Episcopo Tolosano, aliisque Præsulibus, qui secundum prudentiæ humanæ regulas virum sanctum a consilio Fratres suos tam cito a latere suo avellendi dimovere conabantur. Sæcul. XIII. A. C. 1216.

Anno sequente millesimo ducentesimo decimo septimo, novo Ordini Præpositum, cum Abbatis titulo, eligi curavit. Erat is Frater Mathæus, qui solus Abbatis nomen gessit, nam postea Præpositus Generalis Fratrum Prædicatorum Magister, Familiarum autem privatarum præfecti, Priores dicti sunt. Eo autem consilio S. Dominicus Abbatem eligi voluerat, quod ipse, motus spe Martyrium consequendi, animo constituisset, ad Saracenos proficisci, & Evangelium prædicare. Hinc etiam aliquamdiu barbam aluit. Ac sub illud tempus Fratres quatuor Gomezium, Petrum, Michaelem, & quartum, sibi cognominem Dominicum, in Hispaniam misit. Alios quatuor Parisios misit, videlicet Ma-

Sæcul. XIII. A.C. 1216.

thæum Abbatem, & Bertrandum, virum ſponte ſua rigoris amantem, olim S. Dominici in ſuis itineribus ſocium. Literas Papæ habebant, ex quibus Inſtituti ſui Confirmationem oſtenderent. His junxerat duos alios Joannem ex Navarra & Laurentium natione Anglum, ut Lutetiæ literarum ſtudiis vacarent. Tres iterum alii paulo poſt miſſi, Manes, S. Dominici Frater, Vir ſanctus & contemplationi deditus, Michael Hiſpanus, & Otherius Normannus, frater Converſus. Septem itaque fratres, ubi die duodecima Septembris anno milleſimo ducenteſimo decimo ſeptimo Pariſios perveniſſent, in quadam domo conducta, inter ædes Epiſcopales & Hoſpitium pium poſita, aliquamdiu diverſati ſunt. Anno ſequente milleſimo ducenteſimo decimo octavo Magiſter Joannes Decanus S. Quintini & Univerſitas Pariſienſis, rogante Papa, domum S. Jacobi Dominicanis donarunt, in quam die decima Auguſti introducti ſunt. Ab hac domo Fratres Ordinis Prædicatorum in tota Francia Jacobini vocantur.

Jord. M.S. M. S. Vict. ap. Duboulai p. 90.

§. VI.

Res Albigenſium.

ap. Rainald. n. 50. 1 ep. 190. ibid.

Inter hæc Honorius Papa S. Dominico & ejus Fratribus ſcripſit, hortatusque eſt, ut ad labores Apoſtolicos in Occitania

nia perferendos animos pararent. Hæc Epistola die vigesima sexta Januarii anno millesimo ducentesimo decimo septimo data est. Dies vero abhinc aliquot, datis ad Doctores Parisienses literis, hortatus fuerat, ut in eamdem provinciam non nullos de universitate viros mitterent, qui Hæreticos docerent & veritatem prædicarent, illuc proficiscentibus remissionem peccatorum suorum promittens. Bertrandum quoque Presbyterum Cardinalem, titulo SS. Joannis & Pauli, auctoritate Legati munitum, in Provinciam & Occitaniam misit, cum Epistolis, ad Archiepiscopos Embrodunensem, Aquensem, Viennensem, Narbonensem, Augustanum Auscionum, ac illarum provinciarum Episcopos datis, in quibus imperabat, ut Legato Sedis Apostolicæ obsequerentur. Legato autem suo Honorius mandata dederat, quibus non solum Hæreticos ad Ecclesiæ sinum reducere, sed etiam belli motus & lites inter Catholicos ferventes componere jubebatur. Mandatum præter alia erat, ut ad pœnitentiam adduceret Massilienses, qui viros Ecclesiasticos opprimebant; quippe in supplicatione publica eos invaserant, vestes sacerdotales laceraverant, Cruces confregerant, & projectum in terram Sacramentum calcaverant, quæ res ipsos Hæresis suspe-

Sæcul. XIII. A.C. 1216.

l. ep. 241. 283

ep. 286.

Sæcul. XIII. A. C. 1216.

ctos effecit. Legato igitur præceperat Pontifex; nisi Massilienses insolenter facta pœnitentia emendarent, eos Censuris excommunicationis & Interdicti subjiceret.

Hist. Albig. c. 84.

Ubi in Provinciam pervenit Legatus, illam Regionem Comiti Montfortio rebellem vidit. Nam Raimundus junior, Comitis Tolosani filius, ab incolis obtinuerat, ut Dominum se agnoscerent, quod sibi a Concilio Lateranensi paterna ditionum, quæ pater suus habuisse, fuisset reservata. Urbes, in Simonem Montfortium & Ecclesiam seditiosæ, erant Avenio, Massilia, oppidum S. Ægydii, Belicadrum, & Tarraco; quare Bertrandus Legatus Arausicæ ultra Rhodanum, quasi obsessus, hærere compulsus est. Interim Comes Montfortius in Diœcesi Nemausensi bellum gerebat, adjutus copiis Gerardi Archiepiscopi Bituricensis, S. Guilielmi Successoris, & Roberti Episcopi Claromontani, qui, anno superiore edito sacræ militiæ voto, agmina equitum peditumque * adduxerant. Hi, quadraginta diebus Peregrinationis suæ consumtis ad sua reversi sunt.

Sup. Lib. LXXVII. §. 55.

* Sergens

Legatus Comitem Montfortium invisurus, & cum eo de Religionis negotio collaturus consilia, in quemdam locum ad Rhodanum prope Vivariam urbem,

bem, qui portus S. Saturnini dicebatur, venit, cumque ibi in ripa fluminis cum multis Clericis & Laicis ſederet, in eum Hæretici miſſilia ſeptendecim, nempe lapides pro more illius ævi ex baliſta excuſſos, intorſerunt, quibus aliquis ex Pontificiis apparitoribus vulneratus eſt. Simon vero Comes, Legati adventu lætus, ad eum promtiſſime delatus, honorem, quantum potuit, exhibuit. Suaſit Legatus Comiti; trajecto Rhodano Rebellibus Provinciæ * arma inferret, & obediit Comes, quippe in cunctis obſequebatur mandatis S. Sedis Legati, qui unacum ipſo fluvium transmiſit. Sæcul. XIII. A.C. 1216. * Provence

§. VII.

Ludovicus Princeps ex Anglia ſolvit.

Honorius Papa ad Regem Angliæ literas dedit, quibus ſolatium poſt obitum patris ſuggerebat. Gratulabatur, quod Crucem accepiſſet, defuncti votum impleturus, & Sacræ Sedis præſidium promittebat. Nec mora, ejus partes acriter defendendas ſuſcepit; nam datis literis ad Scotiæ Regem, qui, inito cum Ludovico Principe armorum fœdere, ei Northumbriam ſubmiſerat, exprobravit Pontifex, quod fidem Regi Angliæ, Domino ſuo legitimo, & Eccle- *I. ep. 164. Rain. n. 67.* *ep. 169.*

Sæcul. XIII. A. C. 1217.

siæ Romanæ debitam violasset, ac hortatus est, ut non obstante juramento illicito, quo se Ludovico obligare voluisset, ad officium rediret. Epistola die decima septima Januarii anno millesimo ducentesimo decimo septimo data est, pluresque similes ad alios Optimates missæ. Papa iis quoque scripsit, qui juveni Regi favebant, ut hanc ipsorum mentem confirmaret, præsertim Comiti Pembrocensi Guilielmo Mareschallo, quem ad constantiam, & cum Legato Galono concordiam, hortatur. Præterea Legato suo potestatem fecit, qua Prælatos, seditiosorum partibus inhærentes, Dignitatibus suis privaret, aliosque Ecclesiis Angliæ, Scotiæ & Walliæ daret, qui Henrico Regi fidem ad ultima servarent. Beneficia Ecclesiastica illis auferret, qui Censuris ligati divina officia celebrare ausi fuissent, nisi a Ludovico deficerent. Crucigeris Regi Henrico fidis tempus profectionis in Terram sanctam usque ad extinctionem belli civilis prorogaret. Tandem quale cunque jusjurandum Ludovico præstitum sua auctoritate nullum efficeret, obsides ei datos liberaret, & imperata facere detrectantes adhibitis censuris compelleret.

ep. 170.

167.

Mandatarii autem, qui, a Ludovico Principe missi, Romæ commorabantur, per

per literas significarunt, nisi excederet ex Anglia, Summum Pontificem excommunicationis sententiam, a Galono Legato contra eum latam, in Cœna Domini, quæ hoc anno millesimo ducentesimo decimo septimo in diem vigesimam tertiam Martii incidebat, esse confirmaturum. Acceptis his literis Ludovicus ad inducias mensis unius Regi Henrico concedendas compulsus est, cum etiam nihil auxilii speraret a Rege Philippo parente suo, ne eadem excommunicatione involveretur, timente. Ergo Ludovicus, ficta itineris causa de industria in vulgus sparsa, quasi plures copias contracturus, tempore Quadragesimæ ex Anglia solvit. At cum vix tergum vertisset, multi Optimatum in Anglia Henrico Regi se subjecerunt, & ubi ipse in Franciam pervenit, Rex parens cum eo ne quidem ullo colloquio communicare voluit; tanta erat Censurarum Ecclesiasticarum reverentia. Tunc vero Papa datis ad Regem Philippum literis hortatus est; officium boni patris impleret, filium ad saniora reducere sive argumentis leniter suggestis, sive metu incusso, conaretur, futuro Dei judicio terreret, & imprecationibus Fidelium, quos ab implendo voto Terram sanctam liberandi abstraheret. Hæc Epistola vigesima prima Aprilis data.

Sæcul. XIII. A.C. 1217.

Math. Par. an. 1217.

Guil. Arm. p. 90. Nang. p. 503.

1. ep. 404. ap. Rain. n. 70.

Sæcul. XIII. A. C. 1217.

Nihilominus Princeps Ludovicus post Festa Paschalia in Angliam revectus, Anglos Lincolniam obsidentes depellere molitus est. Cum illis Legatus Sacræ Sedis erat, accendebatque ad pugnam contra Francos excommunicatos, qui adolescentulum innocentem regno patrio exuere non erubescerent. Pridie quam prœlium committeretur, ante primos ordines stans Legatus cum suis Clericis linea veste indutis, Ludovico nominatim & omnibus ejus Fautoribus conscisque excommunicatis, plenariam Indulgentiam promisit omnibus, qui pro causa Henrici Regis militabant, & Apostolicam Benedictionem impertitus est. Illi mox arma capere jussi, in Francos irruunt, victosque in fugam agunt, Sabbato post Pentecosten, vigesima prima die Maji, anno millesimo ducentesimo decimo septimo.

Ludovicus, Londini agens, & a plerisque Anglorum se desertum intelligens, pacem cum Rege Henrico iniit, statutis sequentibus conditionibus. Ludovicus & cuncti ejus milites super sancta Evangelia jurarent, quod se Ecclesiæ judicio subjecturi essent, inposterum Papæ & Ecclesiæ Romanæ fideles. Princeps ex Anglia sine mora solveret, & quoad viveret, nunquam hostili animo rediret. Omnia in Anglia occupata restitueret.

Pax in Anglia

Omni-

Omnibus viribus eo adducere Regem pa- Sæcul.XIII.
trem conaretur, ut Regi Henrico omnia A. C. 1217.
sua jura in ditiones ultra mare positas
redderet. De hac pace servanda die *du Tillet. Angl. p.164. 168.*
undecima Septembris utrinque juratum.
Tumque Ludovicus, cum suis ritu Ecclesiæ ab excommunicationis vinculo absolutus, literas a Legato S. Sedis accepit, in quibus ei pœnitentia injungebatur; censuum suorum decimam partem biennio penderet, milites vero Laici partem bonorum suorum vigesimam darent, quæ in auxilium Terræ sanctæ transmitterentur. Ludovicus in Franciam his actis 31.*ep.*890.
celeriter navigavit, a quo deinde roga- *R.*1218.*n.*59
tus Papa pacem cum Rege Angliæ sancitam confirmavit, quod ex Pontificis Bulla, die decima tertia Januarii anno millesimo ducentesimo decimo octavo data, cognoscimus.

Multi vero etiam ab hac pace & absolutione excluſi sunt, videlicet Episcopi, Abbates, Priores, & Clerici, qui vel ope vel consilio Ludovicum, & Barones seditiosos juverant, ac præter alios Magistro Simoni Langtonio absolutionis gratia denegata est, qui, Principe & Baronibus excommunicatis præsentibus, Missam celebrari jusserat. Hos Legatus omnibus suis beneficiis spoliatos Romam ire compulit; nam ut primum Ludovicus Princeps e regno abiit, Legatus in

Sæcul. XIII. A. C. 1217.

omnes Angliæ provincias Mandatarios sparsit, qui omnes, utcunque reos, quod seditioni consensum præbuissent, suspensos, & Beneficiis suis exutos, ad se mitterent. Beneficia deinde Galonus Clericis suis liberaliter dividens, cunctos pinguibus præbendis locupletavit. Præterea Hugo Episcopus Lincolniensis, in Angliam redux, ut sibi ad Sedem suam redire liceret, mille marcas argenti Papæ & centum Legato solvit, quod exemplum plures alii Episcopi, & Clerici tam Sæculares quam Regulares secuti amicitiam & indulgentiam Legati multa pecunia redemerunt. Romam profectis Pœnitentiarius sequentem satisfaciendi modum injunxit; per annum integrum in Festis Nativitatis Domini, Purificationis, Paschæ, Pentecostes, Assumtionis & Nativitatis Beatæ Virginis, in Ecclesia Cathedrali, quilibet eorum nudis pedibus & interula tectus, peccatum suum publice confiteatur, atque a summo Altari per medium chorum virgas tenens, Cantore eum castigante, procedat. Hæc fuit illorum, qui Romam petierant, pœnitentia. Sed nihilominus Ludovicus Princeps a Papa deinde impetravit, ut non nulli Presbyterorum & Clericorum illorum, qui pœnitentiam hanc publicam subierant, ad Ordines & Dignitates superiores evehi possent.

3. *ep.* 306. *ap. Rain.* 1219. *n.* 39.

du Tillet. Angl. 164.

§. VIII.

Sæcul.XIII.
A.C.1217.

§. VIII.

Petrus Imperator a Theodoro Comneno captus.

Petrus de Cortenaco, Comes Antisiodorensis, Imperator Constantinopolitanus electus, mense Aprili, anno millesimo ducentesimo decimo septimo, cum Comitissa Jolanda conjuge sua Romam venit, ut a Papa coronaretur. Is maximo quidem honore exceptus est; sed Papa ad coronam ei imponendam ægre adduci potuit, quod timeret, ne Imperatores Constantinopolitani ex hac coronatione aliquam sibi jurisdictionem in Urbem Romam eruere tentarent, & Patriarcha Constantinopolitanus quereretur, jus suum a Romano Pontifice usurpari. Sed id tamen summis precibus Comitis dedit, ac multo facilius etiam, postquam monuerunt amici, si hoc beneficium denegaret, non Imperatori modo, sed toti Imperio Constantinopolitano multum Dignitatis detractum iri. Ut vero omnibus constaret, quod Petrum, Imperatorem quidem, at non Romanorum, coronaret, hunc Ritum Papa non in Basilica S. Petri, sed extra urbem in Ecclesia S. Laurentii peregit. *Chron. foss. nov. Ric. 5. Germ. Chro. Antis.*

Istud actum Dominica secunda post Paschа, die nona Aprilis, anno millesimo ducen- *1. ep. 525. ap. Rainal. n. 6.*

Sæcul. XIII. A.C. 1217. ducenteſimo decimo ſeptimo, atque vix elapſo exinde triduo, datis ad Gervaſium Patriarcham Conſtantinopolitanum literis, Papa facti ſui rationem expoſuit, profeſſus, ſe illius Eccleſiæ nullatenus nocere voluiſſe (*).

Petro Imperatori proficiſcenti ſocium cum poteſtate Legati dedit Papa Joannem Columnium, Presbyterum Cardinalem titulo S. Praxedis, cui ampliſſima contulit mandata; detrectantes Cenſuris Eccleſiaſticis ad agnoſcendum electum Imperatorem, eique obediendum compelleret. Accuſationem contra Epiſcopos allatam admitteret, & contra eos ipſam ſententiam depoſitionis pronunciare poſſet. Epiſcopos reſignantes reciperet, de poſtulatione Epiſcoporum judicaret, ab una Sede ad aliam transferret, excommunicatos abſolveret, & Interdicti Cenſuras tolleret. Præterea

ep. 418. 419.

(*) Ex his confirmatur, Romanis Imperatoribus Occidentis ex coronatione, a Summis Pontificibus peracta, jus aliquod in Urbem Romam & totum Romanum Imperium fluxiſſe. Quid enim aliud timebat Honorius Papa, niſi ne Petrus ex coronatione Romana, ſi aliquando favente fortuna viribus valuiſſet, in Urbem & forte etiam in ipſum Pontificem, poteſtatem, quam veterum Imperatorum non nulli uſurpabant, ſibi vindicare moliretur?

terea Papa datis ad Præſules Latinos, Optimates Imperii Conſtantinopolitani, & Venetos literis, Legatum ſuum commendavit. Sæcul.XIII. A.C.1217.

Petrus Imperator cum Sacræ Sedis Legato naves Brunduſii conſcendit, conductas a Venetis, quibus promiſerat, in Epiro junctis viribus Dyrachium obſidere, eam urbem enim Theodorus Comnenus in ſuam redegerat poteſtatem. Theodoro Principe, qui Michaeli fratri ſuo ſucceſſerat, hoſtium Latinis infenſorum in Romania nullus potentior, nullus ferocior fuit. Itaque Petrus Imperator ſpe ductus Dyrachium expugnandi profectionem exorſus eſt, Jolanda Imperatrice & quatuor filiabus præmiſis, recto itinere Conſtantinopolim petituris. Sed poſtquam multum temporis ad Dyrachii mœnia fruſtra conſumſiſſet, obſidionem ſolvere coactus eſt, tumque in illam regionem penetrans, ubi continuis montium jugis & viarum anguſtiis coercebatur, cum deficiente annona metueret, ne totus periret exercitus, cum Theodoro, ſe perſequente, prœlio decernere ſtatuit. Verum ille, Sacræ Sedis Legato Conciliatoris officium in ſe ſuſcipiente, pacem Imperatori obtulit, tutum tranſitum & commeatus pollicitus, addita conditione, ſi arma poneret. Mox autem, datam fidem

Chron. Antiſ. f.109 Ric.de S. Germ. an.1217. Georg. Acrop. c. 14.

Sæcul. XIII. A. C. 1217.

dem fallens, Imperatorem, Legatum, Archiepiscopum Salonensem, Guilielmum Sancerrensem, aliosque Proceres custodiæ tradit, jubetque exercitum in regionem sterilem deduci, ubi inedia misere deletus est. Quin etiam Theodorus Imperatorem & Columnium Legatum necasset, nisi amici, quos ad consilium adhibuit, cogitare eum monuissent, ex immani crudelitate bellum ipsi æternum, a Papa & Imperatoribus Constantinopolitanis de gente Latinorum sustinendum, nasciturum esse. Itaque satis ei fuit captivos in carcere custodire.

Chro. foss. nov. eod.

Honorius Papa, accepto tristi nuncio, Andream Capellanum suum ad Theodorum Comnenum misit, cum Epistola, in qua minatur, se in eum immissurum esse Cruce signatorum exercitum, qui proditorem terra marique oppugnaret, nisi S. Sedis Legatum libertati restitueret. Andreæ quoque Regi Hungariæ scripsit Papa; quam funesta accideret sacro bello Theodori perfidia, atque Imperatoris & Legati captivitas. *Ex hoc enim*, ait, *Græcorum Schismaticorum insania insolescet, consternabuntur animi Latinorum in Romania existentium, ubi cognoscent, quam grave discrimen sibi immineat. Christiani, in partibus transmarinis positi, qui a Con-*

1. ep. 543. Rain. n. 13. ep. 544.

a Constantinopolitano Imperio virorum & rerum auxilium expectabant, obstupescent, & feritas paganorum crescet. Totum populum Christianum tangit dicti casus tristitia, quæ cum communis sit aliis, nobis tamen ac tibi magis propria esse dignoscitur, cum nec Apostolicæ Sedis Legatus, nec Imperator, qui tibi vinculo tam propinquo est conjunctus, sine nostra tuaque injuria & opprobrio detineri non valeant. Hortamur igitur Serenitatem tuam, rogamus, & obsecramus in Domino, ut omni mora abjecta Legatos magnæ auctoritatis ad Theodorum transmittas, qui utriusque libertatem postulent, eique denuncient, quod, si preces tuas spreverit, te validi & instructissimi exercitus vim contra contumacem adhibiturum esse. Hæc Epistola, vigesima octava Julii, Ferentini, quo Papa die decima nona advenerat, data est. Sæcul.XIII. A.C.1217.

§. IX.

Rex Hungariæ in Palæstina.

Rex Hungariæ exercitum eo consilio comparaverat, ut his viribus in bello sacro uteretur, nec præter ipsum illo anno Regum aliquis in Palæstinam iter suscepit. Papa nihil relinquebat intentatum, quo cunctos ad exequendum decreta Concilii Lateranensis permoveret,

Sæcul. XIII. A.C. 1217.

ret, nunc abitum Crucigerorum urgens, nunc removens obstacula. Anno superiore, pacem in Italia inter Mediolanenses & Placentinos cum Ticinensibus reducere conatus fuerat, in eam rem duobus Cardinalibus cum Legatorum potestate in Longobardiam missis, quorum Censuras confirmavit, latas contra Mediolanenses & Placentinos, quod Legatorum monita & præcepta contemsissent.

l. ep. 17. ap. Rain. 1216. n. 26.

ep. 18.

Præterea Honorius summo studio ad Beneventanos, Ecclesiæ Romanæ Vasallos, a se ipsis invicem divisos, reconciliandos incubuit, ac in Francia bello exorto inter Theobaldum juniorem & Erhardum Briennium ob Comitatum Campaniæ extinguendo operam impendit, eum in finem, ut auxilia in Terram sanctam promtius expedirentur.

1. *ep.* 93.

ep. 79. 295.

Chro. Godef.

Andreas Rex Hungariæ & Leopoldus Dux Austriæ cum multis Episcopis, Comitibus, ac magna vulgarium militum Crucigerorum multitudine mari se commiserunt, cumque Papa comperisset, quod in Cyprum Insulam circa Festum Nativitatis Dominæ Nostræ appulsuri essent, atque Patriarcha Hierosolymitanus & Magistri Hospitii ac Templi eamdem Insulam petere jussi essent, ad deliberandum, ubi communi consilio in hostem irruendum esset, datis literis,

Archie-

Archiepiscopo Genuensi præcepit, ut hortaretur Cruce signatos, qui in ejus urbem pervenerant; in Cyprum tenderent, & quantum mare vel tempestas sineret, juncti navigarent, quo facilius piratis possent resistere. His addit Honorius, quod Cardinalem Pelagium, Episcopum Albanensem cum Legati potestate illuc missurus esset. Atque ista Epistola vigesima quarta Julii data. De eadem causa scripsit Archiepiscopo electo Pisano atque Episcopis Massilienſi, Castelli maris, & Gajetano, nec non Archiepiscopis Brundusii, & Cosentiæ, in urbibus maritimis Sedem habentibus. Scripsit tandem Regi Hierosolymæ, aliisque, quos in Insulam Cyprum conventuros noverat. Sæcul. XIII. A.C. 1217. 2. ep. 536. ep. 537.

Paucos ante dies Honorius Papa datis literis Archiepiscopo Cosentienſi præceperat; cum potestate Legati Sacræ Sedis Messinam proficisceretur, ubi multi Cruce signati se collegerant, eosque hortaretur; ad Bellum sacrum se se compararent, non ferro tantum sed etiam armis spiritualibus gerendum. Tum subjungit: *Innocentius Papa animo constituerat, ipse oblata ista occasione in Siciliam transmittere, ut suo consilio Fidelium exercitum juvaret, & proficiscentibus Benedictionem Apostolicam impertiretur. Ivissemus vero nos ipsi, si ex-*

Sæcul. XIII. A.C. 1217.

pedire credidissemus. Quia autem illa copiæ Duce carere dicuntur, nec Fratres nostri Cardinales, nec alii nobis suaserunt, hoc tempore in Siciliam trajicere, ne si eventus Christianorum spei non respondeat, plerique de totius belli successu desperandum esse putent. Nostram ergo supplebis absentiam, eo opportunius, quod ipse edito sacræ militiæ voto teneari. Tum Papa Legato præcipit, ut adjecta excommunicationis pœna prohibeat, ne quis Christianorum ad invisendum sacrum Sepulchrum commeet, sicque Fidelium pie peregrinantium expensis Saracenorum opes augeantur.

§. X.

Castrum Alcazar *in Portugallia expugnatur.*

Godef. an. 1217.

In alia Orbis parte Guilielmus Comes Hollandiæ, Georgius Comes Owitæ pluresque alii Cruce signati Germani, conscensis in Mosa amne navigiis, die vigesima nona Maji, postquam in Angliam & deinde in Britanniam minorem appulissent, tandem in quemdam Hispaniæ & Regni Legionis portum invecti, inde relictis ibi triremibus, ad S. Jacobum peregrinati sunt. Tum rursus itinere maritimo Ulissiponem pervenerunt, ubi aliquamdiu commorantes, naves aliorum socio-

sociorum, ut condixerant, expectarunt. Illo igitur temporis intervallo, Suero Episcopus Ulissiponensis, Episcopus Eboracensis, Martinus Ordinis S. Jacobi de Palmela Eques Beneficiarius, Templarii, Hospitalarii, aliique viri Nobiles Lusitaniæ, lamentabili oratione exposuerunt, quanta trepidatione nunquam non bellum a Saracenis vel paterentur vel timerent, maxime ab illis, qui arcem propinquam vulgo *Alcazar* postquam inde Equites S. Jacobi seu *de Gladio* dictos expulissent, insiderent, ac singulis annis centum Christiana mancipia, Regi Marochii dono mittenda, extorquerent. Quare Cruce signatos milites vehementissime rogabant, ut se a tam vicini hostis insultibus liberarent. Comites, ad capiendum consilium coeuntes, pensarunt, illa intemperie iter maritimum sibi intercludi, ac etiam suam in Palæstina præsentiam tunc Fidelibus parum profuturam, cum Rex Romanorum, aliique complures Germaniæ Principes, eam profectionem necdum exorsi essent. Ergo potius in Lusitania contra Infideles pugnare, quam omnino cessare, & *Alcazar* arcem obsidere statuunt. Non omnibus tamen istud propositum placuit, ac minime Frisonibus, qui post S. Jacobi Festum cum octoginta fere navigiis recesserunt.

Sæcul. XIII. A.C. 1217.

Sæcul. XIII. A.C. 1217.

Die trigesima Julii ad Arcem *Alcazar* admotus est Christianorum exercitus, ac elapso quatriduo Episcopi Ulissiponensis, & Eboranus, Equites S. Jacobi, aliique Lusitaniæ proceres cum selectis copiis advenerunt. At altera post Festum Nativitatis Beatæ Virginis die, nempe nona Septembris adsunt Reges Saracenorum quatuor, videlicet Rex Hispalensis, Rex Cordubæ, Rex Gienni, & Rex Pacis * Augustæ, arcem liberaturi, quos biduo vix expleto Christiani, etsi numero impares, prœlio vicerunt. Reges duo, Cordubensis & Giennensis cum quatuordecim millibus Saracenorum cæsi, captorum multitudo innumerabilis fuit. Tandem circa Festum S. Ursulæ, quod in diem vigesimam primam Octobris incidit, præsidiarii arcem dediderunt, nulla addita conditione Victoris arbitrio se permittentes. Cives omnes venumdati sunt. Tum munimentis Equitibus de *Gladio* traditis, sacri milites ad Festum Omnium Sanctorum Ulissiponem, hyemem transacturi, redierunt.

* Badajoz.

Crucigeri in Lusitania.

Reg. Hon. II ep. 817. *Rain. n.* 32.

Hujus victoriæ nuncium Summo Pontifici allatum est per Epistolam, nomine duorum Episcoporum Ulissiponensis & Eborani, Magistri Templariorum in Hispania, Magistri Hospitalariorum in Portugallia, & Beneficiarii S. Jacobi de Palmela, scriptam. In ea postquam inex-

inexpectatum Cruce signatorum Germanorum Ulissiponem adventum, & obsidionem Arcis retulerunt, dicunt, non nulla prodigia pugnam celebrasse, jamque Saracenos captos quærere, in qua exercitus parte stetissent illi equites, albis vestibus splendidi, qui ipsos telorum grandine excœcatos in fugam vertissent. Tum subjungunt Præsules: *Ad pedes Sanctitatis tuæ provoluti petimus, ut jubente tua Clementia exercitus Christianorum peregrinantium ad cultum perfidiæ Paganorum ex tota Hispania penitus extirpandum nobiscum per annum remaneat, & tam ipsi quam nostrates Cruce signati illa gaudeant Indulgentia, quam acquirerent, si in Terram sanctam pervenirent. Petimus etiam, ut Peregrinis, quos vel infirmitas vel paupertas in Terram sanctam transmittere vetat, ex nostra regione ad sua redire per te liceat, salvo Indulgentiæ lucro.* Simul Guilielmus Comes Hollandiæ utpote totius exercitus Cruce signatorum Dux ad Papam dedit Epistolam, in qua dicit, quod, Castro *Alcazar* capto, Dominus loci cum centum aliis Baptismo ablutus fuerit, & addit: *Spero hunc virum magnam Hispaniæ partem, Saracenis subjectam, ad Fidem Christi conversurum esse. Illud quoque ad Sanctitatis tuæ aures delatum fuisse non dubito, quod Rex Legio-*

Sæcul. XIII. A.C 1217.

ep. 818.

Sæcul. XIII. A.C. 1217.

nis & Galæciæ, Rex Navarræ, multi Episcopi & multi ex tota Hispania Optimates, nostro adventu excitati, Crucem ad militandum contra hujus Regionis Saracenos acceperint, & inducias diu ante cum eis initas fregerint. Hi preces suas ceterorum votis junxerunt, ut proxima æstate in Hispania commorantes, in eorum societate Deo contra Infideles serviremus. In his autem omnibus, sanctissime Pater, mandatis tuis, tanquam filius obedientiæ, promtissime obsequar.

Honorius Papa, dato responso, immensas Deo gratias & laudes pro reportata victoria agebat, adjiciens: *Porro*

ep. 820. *cum Terræ sanctæ auxilia quacunque demum ex causa impediri non velimus, petitionem vestram, qua rogastis, ut Cruce signatos, qui ob corporum infirmitatem aut rerum inopiam ad Terram sanctam tendere non valerent, ad sua remeare juberemus, concessa eis plenaria peccatorum suorum indulgentia, non duximus admittendam, ne contra vos ipsos forte iram Domini provocetis, qui, sicut credimus, merito devotionis, qua ad Terram sanctam Cruce signati addicti sunt, Victoriam de Saracenis in Lusitania contulit. Dum autem eos in partibus vestris morari contigerit, eis plenam peccatorum veniam indulgemus, ac si ultra mare in propugnatione Terræ sanctæ moreren-*

reverentur. Hæc Epistola die duodecima Januarii anni sequentis millesimi ducentesimi decimi octavi data est. Sæcul. XIII. A.C. 1217.

§. XI.

Terræ sanctæ facies.

Inter hæc redditur Pontifici Magistri Templariorum Epistola, qua Terræ sanctæ faciem docebatur, in hunc ferme modum: *Paulo ante quam Epistolæ hujus lator hinc abiret, innumerabilis Cruce signatorum multitudo, Equites, Gregariique ex Germaniæ Imperio & aliis provinciis in portum Acriensem invecti sunt. Ceterum Sephedinus, magnus Babyloniæ Soldanus, adventum Regis Hungariæ, & Ducum Austriæ atque Moraviæ, pertimescebat. Metum augebat Frisonum classis, quæ propediem adfutura dicebatur, jamque Coradinus ejus filius cum copiis finibus nostris imminebat. Non meminimus, multis abhinc annis Infidelium vires, magis ac hodie sunt, fuisse accisas. Sed apud nos quoque annona carissimo est pretio, parum admodum frumenti in horrea invehi potuit, & valde modicum peregrinæ naves attulerunt. Deficiunt equi, nec parata pecunia emi possunt. Quare Cruce signatis suadeas, ut alimenta copiose, & equos, quotquot possunt, navigiis imponant. Cum Rex Hungariæ necdum advenisset, statuera-*

Sæcul. XIII. A.C. 1217.

mus, ad urbem Neapolim Syriæ movere, Coradinum aggressuri, nisi ante pugnam fugeret, nunc vero tot Principibus præsentibus communi consilio terra mariqua regionem Babyloniæ invademus, & Pelusium * *obsidebimus, ut liberum nobis Hierosolymam iter præstemus.* Notet Lector, quod hic nomine Regionis Babylonicæ Ægyptus veniat.

* Damiete.

Honorius Papa, accepta hac Epistola, Clericos populumque Romanum in Basilicam Salvatoris, seu Ecclesiam Patriarchalem Lateranensem, convocavit, unde omnes nudis pedibus supplicantium ritu, Clericis SS. Petri & Pauli capita præferentibus, ad S. Mariam Majorem processerunt. Hæc ipse Papa refert in quadam Epistola encyclica, ad omnes Episcopos data, quibus præcipit, ut quilibet in sua Diœcesi similes preces celebret, & Crucigeros hortetur; se ad profectionem in Terram sanctam proxima expeditione compararent. Hæc Epistola vigesima quarta Novembris anno millesimo ducentesimo decimo septimo data est, cui Papa descriptum exemplar Epistolæ a Magistro Templariorum sibi missæ addiderat.

2. ep. 739. Rain. n. 27.

Feria VI. post Festum Omnium Sanctorum, nempe die tertia Novembris, Rudolphus Patriarcha Hierosolymitanus Acria excessit, ad Castra Crucigerorum, qui

qui jam multum viæ proceſſerant, iturus, ſanctam Crucem, videlicet ejusdem partem, geſtans. Tunc enim vulgaris erat opinio, Chriſtianos, ad Tiberiadem cum Saladino manus conſerturos, Crucem in duas partes diviſiſſe, atque, altera ſervata, alteram ad locum pugnæ delatum, fuiſſe amiſſam. Id Jacobus Vitriacus ab antiquis accepiſſe ſe memorat. Rex Hungariæ & Dux Auſtriæ, e caſtris egreſſi, nudis pedibus ſe obvios venienti intulerunt, ac Crucem oſculo venerati, in Ægypti Soldanum moverunt, cujus filius Coradinus ſe ſe Chriſtianos ex Acria urbe expulſurum jactaverat. Sed militem abduxit, tumque Cruce ſignati in vigilia S. Martini in Jordane amne, nemine obſiſtente, corpora abluerunt. Inde Acriam revertuntur onuſti præda & captivis, ex quibus impuberes, quotquot potuit, Epiſcopus Acrienſis, hos precibus, alios pretio a militibus ſibi tradi obtinuit. Eos deinde a ſe baptizatos piis mulieribus alendos commiſit, donec ad ætatem ſcientiis addiſcendis aptam pervenirent.

Sæcul. XIII. A.C. 1217.

Jac. Vit. lib. 3. p. 1129. Godef. Stenut. p. 207. Math. Par. an. 1216.

Poſt Natalem Domini Cruceſignatorum exercitus in quatuor partes ſectus. Rex Hungariæ, exemplum ſequente Rege Cypri, Tripolim petiit, a Patriarcha Hieroſolymitano aliisque ſacræ militiæ Ducibus vehementiſſime, ſed fruſtra, per-

Sæcul. XIII. A.C. 1217.

manere rogatus; eum ergo inexorabilem cum omnibus suis Patriarcha excommunicavit. Quo non obstante, Rex Hungariæ, postquam, trimestri in Terra sancta consumto, voto edito satisfeciisset, in Regnum suum sibi redeundum esse credidit. Rex Cypri Hugo Lusignanus juvenis erat, anno sequente Tripoli vitæ functus, relicto filio Henrico novem mensium pusione. Rex Hierosolymæ, Dux Austriæ, Episcopi, Monasterienses & Ultrajectenses Arcem Cæsareensem restaurarunt. Templariis vero & Equitibus Teutonicis Arcem, quæ deinde Peregrinorum munimentum dicta est, in Promontorio vicino extruere curæ fuit.

Lign. d'outre mer. p. 359. Jord. M. S. ap. Rain. 1218.

§. XII.

Albigenses.

Dum Simon Comes Montfortius cum Legato Sacræ Sedis Bertrando in Provincia Rebellibus arma infert, Raimundus Comes Tolosanus, qui in Hispania fuerat, superatis Pyrenæis montibus, Tolosam urbem mense Septembri anni millesimo ducentesimo decimo septimo clam intravit, quorumdam sibi occulte faventium opera, ac brevi totam sorti subjecit potestati. Comes Montfortius comperta Tolosanorum seditione, trajecto celeriter Rheno, Sacræ Sedis Legato comitante, urbem oppugnare cœpit, sed

Sup. n. 6. de Pod. Laur. c. 30. Hist. Alb. c. 84. 85.

sed exiguo militum numero vasta mœnia justa obsidione cingere non valuit. Sæcul.XIII. A.C.1217.

Interim vero in Franciam misit Fulconem Episcopum Tolosanum, ac quosdam alios, bellum sacrum prædicaturos, exquorum numero Magister Jacobus Vitriacus erat. Multi, ut hortantibus obsequerentur, Cruce accepta, sub initium veris unacum Episcopo ad obsidendam Tolosam advenerunt. Ceterum sub idem tempus Fulco Papam rogavit; licentiam sibi concederet Episcopatum suum dimittendi, aut eumdem in plures Diœceses divideret, quod tandem post annos exinde centum perfectum est. Tunc vero Honorius Papa Fulconi utrumque denegavit, sine dubio, quod hujus viri virtutem iniquissimis temporibus Ecclesiæ Tolosanæ necessariam esse judicaret. *ep.* 825.

Honorius Papa per literas Legati sui Bertrandi quid ageretur, edoctus, Epistola, vigesima tertia Octobris ad eum data, præcepit; Jacobum Regem Arragoniæ, ejusque Barones cohiberet; ne Simonis Montfortii Ditiones hostiliter invaderent, sed inducias a Concilio Generali præscriptas servarent, adjiciens, si querelam contra Simonem Montfortium Comitem haberent, eam mota in Judicio actione ad Sacram Sedem deferrent. Legato autem mandatum erat, id

1. *ep.* 692. *Rain. n.* 55.

Sæcul. XIII. A. C. 1217.

id detrectantes excommunicare, eorumque terras interdicto Ecclesiastico subjicere. Exinde, cum Papa comperisset, Legati sui admonitiones optato effectu caruisse, datis ad Regem Arragoniæ literis exprobravit, ingratum animum in Sacram Sedem, quæ ipsum, parente cum fatis functo, de manibus inimicorum suorum eripuisset, *ut nihil dicam*, addit Pontifex, *Regnum tuum Ecclesiæ Romanæ esse subjectum.* Observaverit Lector, quantum juris sibi Gregorius VII. non in Arragoniam modo, sed in totam Hispaniam esse affirmaverit. Tum Papa prosequitur: *Districte igitur tibi præcipimus, nisi Gratiam Dei nostramque proditam velis, ne quodcunque auxilii genus Tolosanis concedas, nam nisi obedias, ad aliarum nationum arma contra te adhibenda nos coges.* Memoranda omnino digna est hæc comminatio. Nempe intelligebant Pontifices, solum Censurarum Ecclesiasticarum metum ad compellendos ad obediendum Reges non sufficere. Hæc Epistola vigesima octava Decembris data est. Quia vero Rex Arragoniæ juvenis solus regnare per ætatem necdum poterat, simul etiam Papa cuidam Procerum, præcipuo in Republica Ministro, scripsit.

Sup. Lib. LXXVII. §. 31.

Sup. Lib. LXIII. §. 11

ep. 823.

ep. 827. 826.

Ad cives quoque urbium Tolosæ, Massiliæ, & Avenionis Papa Epistolam dedit,

dedit, promittens Avenionenſibus, quod Legatum ſuum ad revocandas Cenſuras contra eos latas compulſurus eſſet, ſi mandatis ſuis obſequerentur. Tandem Raimundum juniorem Comitem Toloſanum, data Epiſtola, objurgavit, quod Sacræ Sedis indulgentia, qua partem Ditionum parentis ſui recepiſſet, abuſus eſſet. Hortatus eſt, ut patris infelicis exemplo territus ſaperet, offerens, ſe ſententiam ſecundum æquitatem & Juſtitiam laturum eſſe, ſi querelas, quas crederet juſtas ad Sacræ Sedis tribunal deferret. Hæ Epiſtolæ ultimis diebus menſis Decembris anno milleſimo ducenteſimo decimo ſeptimo datæ ſunt. Quia vero ſolæ Epiſtolæ debile nimis remedium erant, ad continendos Reges, populosque, ambitione & lucri cupiditate ſtimulatos, Regem Franciæ Philippum Auguſtum quoque datis literis hortatus eſt; Simoni Montfortio, Vaſallo ſuo, præberet auxilium, hanc enim cauſam non minus Regni Francorum quam Religionis negotium eſſe. Nempe pleræque terræ Albigenſium, a Comite Simone occupatæ, Feudi vinculo Franciæ Regno connectebantur, earumque pars minima ab Arragonia pendebat. Ergo Papa Philippum Regem excitabat, ad copias ſubſidiarias Comiti mittendas, quæ voto peregrinandi ultra mare non eſſent

Sæcul. XIII. A.C. 1217.

ep. 825.

ep. 831.

ep. 829.

Sæcul. XIII. A.C. 1218.

essent obligatæ, urgebatque Episcopos Franciæ ad operam omnibus viribus conferendam.

§. XIII.

Joannes Columnius Legatus Constantinopoli.

Præterea Papa negotium de libertate Legati sui Joannis Columnii cum Theodoro Comneno, Epiri Principe, pertractabat, ad quem Joannem Episcopum Crotoniatam & quemdam Anachoretam, nomine Ephrem, miserat. Theodorum terrebant Crucesignatorum Venetorum, Francorum & Hungarorum, quos Pontifex, promissa Indulgentia, contra se excitaverat, molimina. Ceteris autem omnibus magis accendebantur privati lucri spe Veneti, quod Dyrrachium in suam iterum potestatem redigendi occasioni inhiarent. Cum igitur tot hostes sibi imminere sciret, Pontificis Nuncio aures dedit, ac jurejurando promisit, quod se se mandatis Ecclesiæ Romanæ subjectus esset, & Legatum libertati redditurus. Patuerunt protinus redeunti brachia Pontificis, quod ex ejus Epistola, vigesima quinta Januarii anno millesimo ducentesimo decimo octavo data, cognoscimus, eoque sub tutelam S. Sedis recepto, prohibuit

hibuit Cruce signatis, Venetiis & Anconæ ventos faventes expectantibus, ne Theodori Ditiones, nisi excommunicationis fulmine tangi vellent, bello lacesserent. Tanto ardore Papa Legatum suum liberari, & universos Cruce signatos in Terram sanctam mitti cupiebat. In illis pactis de Imperatore Petro Curtenacensi nulla fit mentio, quia in carcere obierat. Legatus vero Joannes Columnius, mense Martio liber dimissus, Constantinopolim petiit, Legationis suæ officio functurus.

Sæcul. XIII. A.C. 1218.

ep. 881. 884.

Ric. S. Ger. 1218.

Ubi Constantinopolim pervenit Columnius, plurimos abusus abrogandos deprehendit. De quibus Papam Honorium consuluit in hæc verba: *Non nulli Græcorum Ordines Sacros furtive accipiunt ab Episcopis, quorum Diœcesani non sunt. Aliqui, licet sint excommunicati, in Ecclesiis interdictis celebrant, & Græcorum Ritui obstinate inhærentes, Latinis Præsulibus nullatenus obediunt. Quidam Episcopi tam Græci quam Latini in aliorum Diœcesibus consecrant, ibidemque Decimas percipiunt, læso Episcoporum Diœcesanorum jure, & quamvis alias Græci nec Decimas percipere, nec hujusmodi Consecrationes peragere soleant. Præterea Græci Laici Religioni sibi non ducunt, uxores suas, quando libet, dimittere, &*

c. ult. extra de transact.

aliis

Sæcul. XIII. A. C. 1218

aliis conjungi. In Dominicis & Festis, sicut aliis diebus, labore manuum occupantur. Non nulli Optimates tam Latini quam Græci, Abbatias aliasve Ecclesias cum earum subditis & fundis injuste detinentes, Decimas non solvunt, illosque qui eas dare detrectant, tuentur. Et si contra ipsos, sive ad istos, sive ad alios abusus reprimendos, sententia excommunicationis feratur, contemnunt. De his omnibus itaque Legatus quærebat, quid ubi faciendum esset, & quam pœnam mereretur Metropolita, qui suis licentiam merces, rei Christianæ noxias, Alexandriam deferendi dedisset, spreto Concilii Oecumenici Decreto.

Respondit Papa: *Cum Canones & Leges civiles de his capitibus ferme omnibus decreverint, secundum ea, quæ definita sunt, ages. Tuam quoque operam ad Partes dissentientes reconciliandas offeres, & non nunquam de rigore legis aliquid relaxabis, ubi expedire visum fuerit, pensatis Imperii Græcorum adjunctis, & delinquentium multitudine. Illos vero casus excipies, in quibus nec transactio nec dispensatio locum habent, quales in causa Sacramenti Matrimonii sunt. In rebus autem, de quibus Leges diserte nihil præcipiunt, semper illud, quod humanius est, pensata personarum, causa-*

causarum, temporum & locorum ratione statues. Sæcul. XIII. A.C. 1218.

§. XIV.

Contra Gervasium Patriarcham querelæ.

Sub idem tempus Honorius Papa contra Gervasium Patriarcham Latinum Constantinopolitanum conquestus est, quod multa Auctoritati Sacræ Sedis adversa tentaret. In illa Epistola, *ut a multis ad nos delatum est*, inquit Papa, *simplices Clericos cum Cappis manicatis* (erat is vestitus Clericis vetitus) *Legatos de tuo latere mittis, cum ea plenitudine potestatis, quam Legati Sacræ Sedis accipiunt; illi in Patriarchatu, tibi commisso, judicium causarum, quæ nec ad te nec ad ipsos per Appellationem deferuntur, vindicare sibi præsumunt, inconsultis Prælatis, eorum subditos excommunicant, & excommunicatos absolvunt. Præponunt Episcopos Archiepiscopis suis, quibus metropolitico jure subjiciuntur. Appellationes non recipiunt, quas ad Sacram Sedem interponi contingit. Eis, qui in Episcopos manus violentas injiciunt, absolutionis beneficium impendunt, cum tales secundum proprium tuum privilegium ad Romanum Pontificem sint remittendi. Tandem Ecclesiastica etiam* 2. *ep.* 1002. *R. n.* 26. *Conc. Lat. IV. c.* 16

Sæcul. XIII. A. C. 1218.

Beneficia conferunt, non expectantes, donec potestas eadem conferendi secundum Lateranense Concilium ad te sit devoluta.

Epistolam Papa claudit in hunc modum: *Quantacunque igitur Dignitate fulgeas, te nobis scias esse subjectum, & utcunque tibi parcere cupiamus, tantam tamen superbiam tolerare nos nec posse nec debere.*

§. XV.

Pelagius Legatus in Palæstina.

2. ep. 117. ap. ap. Rain. n. 1.

Pelagium Episcopum Albanensem, antea Constantinopoli Sacræ Sedis Legatum, Henrico Imperatore regnante, Romam reducem, Honorius Papa in Palæstinam cum Legati Sedis Apostolicæ potestate misit, Cruce signatorum Ducum, tradens ei Epistolam, ad Præsules Latinos illius terræ datam, cujus summa erat: *Hucusque Christianorum peccata ipsorum labores & Pontificum Antecessorum nostrorum optato eventu frustrarunt, nec Terra sancta liberari potuit. Istud vero nos maxime solatur, quod multi, dum Hierosolymam terrestrem expugnare adlaborarunt, ad cœlestem cum Martyrii palma pervenerint. Speramus nihilominus, nos tandem a Deo misericordiam esse consecuturos, cum videamus innumerabilem multitudi-*

nem

nem Cruce ſignatorum ex toto Chriſtiano orbe ad præſtandum vobis auxilium procurrere, & prodigioſam victoriam, quam per Hiſpaniam migrantibus cœlum contulit, perpendimus. Tum iis Papa Legatum commendat ſuum, in eum potiſſimum finem miſſum, ut concordiam animorum conſervaret. Hæc Epiſtola die decima octava Maji anno milleſimo ducenteſimo decimo octavo data. Similem in modum Honorius Regibus illiusque Regionis Principibus ſcripſit. Pelagius vero Legatus, cum Jacobo Comite ab Andrie totius exercitus Romani Præfecto, Brunduſii nave conſcenſa, in Syriam, cum illo autumno plurimi Crucigeri proficiſcerentur, transmiſit. Sæcul. XIII. A.C. 1218. *Ric. de S. Germ.*

Haud diu poſt, cum validæ manus Cruceſignatorum Francorum Genuam perveniſſent, Archiepiſcopo Burdegalenſi, Epiſcopis Pariſienſi & Andegavenſi, Comitibus Marchiæ, & Niverni Ducibus, a Papa petierunt aliquem ex Cardinalibus ſibi dari, qui eos cum poteſtate Legati comitaretur, quibus ille vigeſima octava Julii reſcripſit; mittere ſe ad eos Robertum Cardinalem Curſonium, non quidem tanquam Sacræ Sedis Legatum, ſed tanquam verbi divini Præconem (quippe eximiæ eloquentiæ laude celebrabatur) cum enim Pelagio 3. *ep.* 1. Bellum ſacrum.

Sæcul. XIII. A.C. 1218.

hanc Legationem contuliſſet, non poſſe eamdem alteri concedere; ſed Pelagium adirent in omnibus cauſis, quæ ad ejus Miniſterium pertinerent.

3. *ep.* 38.

Inter hæc Pontifici Joannis Regis Hieroſolymæ, Leopoldi Ducis Auſtriæ, Patriarchæ Hieroſolymitani, & Archiepiſcopi Nicoſienſis in Cypro literæ reduntur, in quibus referebant, primas naves, exercitus Chriſtiani partem devehentes, die Martis ante Pentecoſten in portum Peluſinum fuiſſe appulſas. Nempe vigeſima nona Maji Cruceſignati Germani, qui Uliſſipone hyemaverant, advenerunt.

Jac. Vitr. p. 1132.

Godef. ann. 1218.

Hi Peluſii proſpere in continentem evaſerunt, nemine Infidelium litora propugnante. Tum in illa Epiſtola ſucceſſum obſidionis & rerum ſtatum, cum nuncius dimitteretur, memorant, rogantque Papam vehementiſſime, ut militum ſupplementa cogat. Fervente obſidionis opere die nona Julii deficiens lunæ, eclipſin patientis, lumen mortalibus ſubtractum eſt, quam rem tam Chriſtiani quam Muſulmanni in bonum ſibi omen traxerunt. Papa vero, ut Peluſium urbem obſidentium precibus aliquid daret, Genuam, Venetias, & ad alios Italiæ portus, atque ad Crucigeros Francos, Germanos ceterarumque nationum, ad Epiſcopos & urbium Magiſtratus

Jord. MS. ap. Rain.

Math. Par. 1218.

3. *ep.* 39.

ſtratus ſcripſit; cuncti Sacri peregrinantes recta via Peluſium navigarent, & conjunctis viribus Ægyptum expugnarent. Id enim futurum, ſi Peluſium in ſuam poteſtatem redigiſſent, Pontifex ſperabat. Sæcul. XIII. A.C. 1218.

Ceterum Pontificem ſua expectatio fefellit; nam Legati præſentia neutiquam concordiam fovit, ſed animorum diſſenſionem attulit. Huc usque Rex Hieroſolymæ exercitui imperaverat; at Legatus, cum ad deliberandum conveniſſent, Rege præſente affirmavit, ſibi competere militare imperium, quod hanc expeditionem Cruce ſignati, mandante Eccleſia, ſuſcepiſſent, nec Regno Hieroſolymæ ſubjecti eſſent. Iram quidem tenuit Rex diſſimulans, de omnibus tamen, quæ gerenda erant, ut antea, ſcilicet ut ſolus Dominus, decrevit; affectus autem privatorum inter ipſum & Legatum S. Sedis dividebantur. In obſidione Peluſii totum reliquum hujus anni milleſimi ducenteſimi decimi octavi tempus, atque etiam anni ſequentis menſes usque ad Novembrem conſumti ſunt. *Jordan.*

Obſidione hujus urbis adhuc tenente, menſe Septembri anno milleſimo ducenteſimo decimo octavo, anno Hegiræ ſexcenteſimo decimo quinto, fatis functus eſt Soldanus Ægypti Saladini frater, *Jac. Vitr. p. 1135. Godef.*

Sæcul. XIII. A.C. 1218

quem Scriptores noſtri Safadinum, Arabes autem *Melic-el Adel Abubecre Job* filium appellant. Is moriens quindecim reliquit filios, ex quibus primogenitus *Melic el Camel* Soldanus Ægypti fuit, dum ſex alii Syriam inter ſe partiti ſunt. Latini noſtri *Camel* Meledinum, & fratrem ejus *Moaddam* Soldanum Damaſci, virum bellicis artibus clarum, Coradinum dicunt. Mors vero *Adel* diſſidiorum cauſa Muſulmannis fuit, unde Chriſtianis major victoriæ ſpes affulgebat.

Abulfar. p. 288.

Bibl. Orient. p. 745.

Honor. lib. 3. *ep.* 136.

Querelæ ſub idem tempus ad aures Papæ pervenerunt, contra avaritiam Joannis Briennii, Regis Hieroſolymæ, Templariorum ac Hoſpitalariorum, qui ingentem vim auri, ex Europa ad gerendum bellum ſacrum a Fidelibus miſſi, in privata commoda convertere dicebantur. Verum Patriarcha, Legatus Sacræ Sedis, Dux Auſtriæ, ceterique Principes, datis ad Papam literis, affirmarunt, innocentium famæ per calumniam detrahi, cum conſtaret, tam Regem quam utriusque Ordinis Equites proprium ærarium ſumtibus, in expugnatione Peluſii factis, exhauſiſſe. Quare Papa Legato ſuo & Patriarchæ in mandatis dedit; eorum innocentiam publice denunciarent, Epiſcopis vero Franciæ, Angliæ & Siciliæ per literas præcepit, tantam calumniam apud Fideles refutarent.

3. *ep.* 131.

rent. Præterea Rex Hungariæ ſub idem tempus Hoſpitalariis S. Joannis Hieroſolymæ inſigne teſtimonium exhibuit, in quodam Donationis Diplomate, ubi loquitur in hunc modum: *Cum apud eos hoſpitaremur, vidimus innumerum pauperum cœtum quotidie ſuſtentari, languidos lectiſterniis variaque ciborum copia refici, & mortuorum corpora decenter ſepeliri. Omnia enarrare longum foret; ſed Equites Hoſpitalarii nunc cum Maria contemplationi, nunc cum Martha Actioni incumbunt, inprimis vero adverſus hoſtes Crucis Domini Noſtri ſtrenue dimicant.* Inde eſt, quod his Equitibus tantæ opes & Beneficia in toto Chriſtiano orbe collata fuerint.

Sæcul.XIII. A. C. 1218. *ap. Hon. II. ep.* 1225. *Rain. n.*16.

§. XVI.

S. Guilielmi Bituricenſis Canonizatio.

Geraldus Archiepiſcopus Bituricenſis, cum ſepulchrum S. Guilielmi Anteceſſoris ſui frequentiſſimis prodigiis clarere cerneret, eum canonizari a compluribus jam annis poſtulabat. Sæpius in hanc rem Legatos ſuo & Capituli ſui nomine miſerat ad Innocentium Papam III. qui negotium differendum eſſe judicaverat, quo eo manifeſtius de Guilielmi

Sæcul. XIII. A. C. 1218.

lielmi Archiepiscopi sanctitate constaret.

Geraldo deinde, sedente Honorio Papa, negotium urgenti, ille anno millesimo ducentesimo decimo septimo respondit; etsi præclaræ virtutes ad hominem coram Deo sanctificandum sufficiant, miracula tamen esse necessaria, quibus etiam coram hominibus Sanctus dignoscatur, atque unum per alterum confirmari debere. Itaque Papa duobus Mandatariis Guilielmo Segnelacensi Episcopo Antisiodorensi, & duobus Abbatibus Ordinis Cistercienſis curam commisit; in vitam & miracula Guilielmi Archiepiscopi inquirerent, & acta Romam mitterent. Ipse Geraldus Romam petiit, ut citius ad finem perduceret hanc causam, quæ anno sequente composita est.

ep. 158 *Rain. n.* 64.

Patr. Biturio c. 69.

Quippe Honorius Papa, actis trium Delegatorum acceptis & ad examen vocatis, publicum Consistorium celebravit, atque Episcopis omnibus, tunc Romæ commorantibus, accersitis, ea recitari jussit. Episcopus Pragensis ex Bohemia, tunc Romæ existens, retulit cœlestem revelationem, quam aliquis Decanus suæ Diœcesis de Sanctitate Archiepiscopi Bituricensis sibi factam affirmabat, tumque etiam Decanus interrogatus & auditus est. Tandem pensatis omnibus, Papa, ab

Boll. 10. *Jan. to.* 1. *p.* 638.

2. *ep.* 1007. *R.* 1218. *n.* 33 *Hist. univ. Par. to.* 3. *p.* 91.

ab Archiepiscopo, Capitulo, & Episcopis Suffraganeis rogatus, decrevit, ut Guilielmus Archiepiscopus Bituricensis Sanctorum numero adscriberetur, ejusque Festum omnibus annis in die obitus, scilicet decima Januarii celebraretur. Hæc Bulla die decima septima Maji anno millesimo ducentesimo decimo octavo data. Geraldus Archiepiscopus Biturigas reversus, Episcopis Suffraganeis suis, Abbatibus & Clericis convocatis, S. Guilielmi corpus de terra elevatum arculæ auro argentoque cælatæ inseruit. Ipse eodem anno migravit e vita die septima Julii, postquam Ecclesiæ Bituricensi annos novem & menses tres præfuisset. Ei Simon Sulliacensis, Cantor ejusdem Ecclesiæ, postquam sex menses vacasset, successor subrogatus est.

Sæcul. XIII. A.C. 1218.

Sup. Lib. LXXVI. §. 39.

§. XVII.

Fratres Prædicatores Bononiæ.

Sanctus Dominicus tunc temporis Romæ versabatur, nam illuc eodem anno millesimo ducentesimo decimo septimo, quo discipulos suos Lutetiam Parisiorum miserat, advenit. Sæpe in Urbe prædicabat tanta eloquentiæ vi & humilitatis decore, ut ingens populi frequentia ad eum audiendum confluueret.

Theod. II. c. 2. 3.

Hoc anno millesimo ducentesimo decimo octavo ineunte, Roma Bononiam

Jord. M.S. c. 10.

Sæcul. XIII. A.C. 1218.

misit discipulorum suorum duos Joannem Navarræ & Bertrandum, iterumque Fratrem Christianum cum quodam Fratre Converso, ubi extremam rerum penuriam passi sunt. Eodem anno Romam venit Manasses Segnelacensis Episcopus Aurelianensis, qui socium itineris Renaldum a S. Ægydio, Doctorem inclytum, Parisiis per annos quinque Juris Canonici Professorem, adduxerat. Is cum quodam Cardinale sermonem familiariter conferens, arcanum aperuit consilium, quo constituerat peragrare orbem, JEsum Christum prædicans, ejusque imitans paupertatem; sed necdum perspiciebat rationem, qua destinata exequeretur. Cui Cardinalis: *Te ipso melius intelligo quid quæras; Ordo novus nascitur, qui studium prædicandi & voluntariæ paupertatis profitetur, ejusque Auctor hic Romæ degit, prædicationis officio defungens.* Renaldus lætissimus S. Dominicum accersit, cujus spectabili habitu, sermonis dulcedine & argumentorum pondere captus, ejus Institutum sine mora amplecti statuit. Sed ecce illico in morbum gravissimum incidit, jamque medici desperatum affirmabant. Dominicus vero ad preces convertitur, & ægrotus, cum vigilaret ac vehementissima febre æstuaret, visus est sibi conspicere Sanctam Virginem, duabus præstantis-

stantissimæ formæ puellis cinctam, quæ ipsum pluribus in locis ungebat, ad eum ferme modum, quo Infirmis Sacramentum extremæ unctionis confertur, sed aliis utebatur verbis. Renaldus protinus sanatus est, idque prodigium S. Dominicus exinde Fratribus suis narrare sapiuscule audiebatur. Ille, novum Institutum Fratrum Prædicatorum rite professus, nihilominus, Sancto Dominico licentiam concedente, iter ultra mare in societate Episcopi Aurelianensis suscepit; unde reversus Bononiam anno millesimo ducentesimo decimo octavo vigesima prima Decembris venit. Tunc vero totum se prædicationis officio addixit, quod cum ardentissimo zelo obiret, pauciſſimi peccatorum usque adeo erant obstinati, ut ad pœnitentiam non moverentur, sed tota civitas Bononiensis pietatis studio accenderetur. Complures ex iis, Ordinem Fratrum Prædicatorum amplexi, multum & non sine fructu pro salute proximi laborarunt. Primum domicilium nacti sunt Bononiæ prope Ecclesiam, vulgo *de Mascarelle* dictam, sed paulopost Renaldi adventum Episcopus Bononiensis, precibus Cardinalis Hugolini motus, eisdem Ecclesiam S. Nicolai *de Vineis* donavit. Rudolphus quoque Presbyter & Episcopi Capellanus Dominicanis nomen dedit, ac præ-

Sæcul. XIII. A.C. 1218.

3. c. 1.

Sigon. V. hist. Bonon. p. 93.

Sæcul. XIII. A C. 1218.

præterea complures viri Bononiæ ſpectatiſſimi, quos inter fuit Rolandus Cremonenſis, Phyſicæ ſtudioſus vir (videlicet Medicinæ) qui ſcholæ Bononienſi magna doctrinæ laude præfuerat. Eum maximo ardore veſtem ſacri Ordinis cito recipere geſtientem, Renaldus cucullo ſibi ipſi detracto involvit, ac protinus campanam pulſari & hymnum *Veni Creator* decantari præcepit. Quæ ſubita mutatio, concurrente ingenti populi multitudine, lætitiam communem Civibus Bononienſibus peperit. Rolandus deinde omnium primus Pariſiis Libros Theologicos Fratribus prælegit. Moneta, Artium liberalium Profeſſor, in Longobardia celeberrimus, oratione Renaldi, ad populum dicentis, excitatus Ordine ſuſcepto, deinde ſuo exemplo & hortatu plures ad idem Inſtitutum pertraxit. Moneta magna vi dicendi præſertim ad confundendos Hæreticos pollebat.

c. 3. *Sigm. de Epiſc. Bon.* p. 162.

§. XVIII.

Simonis Montfortii obitus.

Sancto Dominico, Romæ commoranti, nuncium allatum eſt, Simonem Comitem Montfortium obiiſſe. Eum jam novem menſes Toloſam obſidentem tanti laboris faſtidium ſubire cœperat. Præterea deficiebat ærarium, & ipſe acerbas objur-

objurgationes Bertrandi Legati, eum ignorantiæ & vecordiæ accusantis, amplius æquo animo ferre non poterat. Quare a Deo mortem petere, qua ad pacem perveniret, dicebatur. Die altera post Festum S. Joannis vigesima quinta Junii anno millesimo ducentesimo decimo octavo, cum recitationi horæ matutinæ interesset, familiares nunciarunt, hostes arma cepisse & in fossa, qua arx cingebatur, delitescere. Ipse arma sibi ministrari jubet, quibus arreptis, ad Ecclesiam celeriter se confert, ut, Sacerdote sacris Mysteriis Missæ operante, oraret. Comite intrante, inchoata jam erat Missa, cui cum devotissime esset intentus, ab amicis iterum monetur, bellicarum machinarum custodes & præsidiarios validissimo impetu premi, quibus ipse: *Sinite me intueri Sacerdotem, Sacrificium Missæ celebrantem, & Redemtionis nostræ Sacramentum conspicere.* Jamque accurrens alter nuncius & anhelans, *festina*, inquit, *& adjuva; commilitonum nostrorum extrema est necessitas, succumbunt.* Cui ille, *non exibo*, inquit, *priusquam Salvatorem meum videro.* Ubi deinde Sacerdos pro more hostiam elevavit, Comes flexis humi genibus & extensis in cœlum manibus, ait, *Nunc dimittis servum tuum Domine &c.* adjecitque: *Eamus & moriamur, si opus est,*

Sæcul. XIII. A.C. 1218.

Petr. Hist. Albig. c. 86. G. de Pod. Laur. c. 30.

Sæcul. XIII. A. C. 1218.

est, pro eo, qui pro nobis mori dignatus est. Ipso adveniente rediit obsidentibus animus, atque Tolosani usque ad vallum repulsi sunt. Cum vero Simon Comes paulisper ad suos balistarios declinasset, ut jaculorum lapidumque grandinem effugeret, saxo ab hostibus excusso in capite ictus est. Nec mora, lethale vulnus esse intelligens pectus manibus percutit, Deo & Sanctæ Virgini animam commendat, ac corruit exanimis, quinque præterea sagittis confossus.

Illico filium ejus Amalricum natu majorem parentis sui in imperio militari contra Albigenses Successorem cuncti Equites Franci agnoverunt, illique, quibus ditiones concesserat, ei Feudi titulo fidem jurejurando promiserunt. Amalricus, mense uno adhuc in obsidione Tolosæ consumto, a cœpto desistere coactus est, tum quod tam auro quam annona destitueretur, tum etiam quod Peregrini milites domum remeare cogitarent, ac multi Regionis illius incolæ, comperta Simonis Comitis morte, deferto filio ad inimicos deficerent. Ipse defuncti parentis corpus Carcassonam detulit, postquam illud, more Francorum, parari jussisset, videlicet, ut ego quidem conjicio, in aqua ferventi lixari, ita ut consumta carne nihil præter ossa super-

Catel. c. Toul.

supereſſet. Hoc tempore Petrus Monachus Vallium Cernacenſium Hiſtoriam ſuam de Albigenſibus claudit. Sæcul. XIII. A. C. 1218.

§. XIX.

Ordo Fratrum Prædicatorum propagatur.

Ergo S. Dominicus, comperto Comitis Simonis obitu, Toloſam venit, ut Fratribus ſuis Domus S. Romani, & Monialibus Provilienſibus ſolatio eſſet, ac iisdem in tanto diſcrimine præſidium neceſſarium conciliaret. Menſe igitur Novembri ineunte, Roma profectus, poſtquam memoratis duobus Monaſteriis, auxilio Epiſcoporum, ſecuritatem præſtitiſſet, in Hiſpaniam eodem anno milleſimo ducenteſimo decimo octavo ſe contulit; ubi duo condidit monaſteria, alterum Madriti, quod non diu poſt Monialibus traditum eſt, alterum Segobiæ, quod primum in Hiſpania Fratrum Prædicatorum domicilium fuit.

Tum Vir ſanctus Toloſam rediit, indeque iter Pariſios ſuſcepit, comitante Fratre Bertrando, primo poſtea in Provincia* hujus Ordinis Provinciali. Ex regione vulgo *Roquemadour* in Ditione Cadurcenſi exeuntes, obvios habuerunt duos peregrinos Germanos, qui cum eos viderent in via Pſalmos & Lectiones

* Provence

Sæcul. XIII. A.C. 1218.

nes recitantes, pio exemplo moti, itineris ſocios ſe junxerunt. Ubi ad quoddam oppidum pervenerunt, optimi Germani Dominicum & Bertrandum ad cœnam invitatos quatriduo deinde ſuis ſumtibus liberaliter aluerunt. Tunc vero Dominicus ad Bertrandum, ducto ſuſpirio, *Frater mi*, inquit, *mea mihi conſcientia exprobrat, quod Peregrinorum iſtorum pecunia ſuſtentari nos patiamur, nec tamen ullum officium ſpirituale rependamus. Petamus a Deo donum lingua eorum loquendi.* Orant ergo, & paulopoſt duo illi Peregrini ambos ſe ad pietatem lingua germanica exhortantes obſtupeſcunt, quod prodigium altero quatriduo, usque in urbem Aurelianum, unde in diverſa abierunt, continuatum. Altera die Dominicus ad Bertrandum: *Jam jam Lutetiam intrabimus, ſi Fratres noſtri noverint, quod donum linguæ peregrinæ acceperimus, pro Viris ſanctis nos habebunt, & ſi res iſta ad ſæcularium aures pervenerit, vanam gloriam capeſſemus. Quare præcipio tibi, nec hanc cœli gratiam ulli mortalium ante obitum meum manifeſtes.*

Th. 2. *c.* 8.

3. *c.* 9. Paruit Bertrandus, & S. Dominico vivo, ſiluit.

Jord. c. 34. Vir ſanctus, anno milleſimo ducenteſimo decimo nono Pariſios adveniens, triginta Frates in Congregatione S. Jacobi

cobi invenit, ubi modico temporis spatio commoratus, Italiam petiit, ac illius anni æstate Bononiam pervenit, ibique magnam Congregationem S. Nicolai, sub Renaldi Fratris regimine exortam esse, lætatus est. Quemdam nomine Odericum, totam paternam suam Hæreditatem, quæ a peritis pluris quam quingentis libris, pro monetæ pretio in illa regione, æstimabatur, offerentem, Vir sanctus præfracte repulit, atque Donationis decretum, adjecto Episcopi Bononiensis testimonio, conscriptum, nullum declarari jussit. Volebat enim, Fratres suos de acceptis eleemosynis frugaliter vivere, paupere vestitu contentos esse, & humilibus casis tegi. S. Dominico absente, Rudolphus, Domus Bononiensis Paterfamilias, cellulas valde angustas ampliores reddi curaverat, quas cum ipse vidisset, Rudolphum & alios acriter objurgans, obortis lacrymis, *an ergo*, inquit, *hoc jam tempore & me inspectante, paupertatem abjicere & palatia vobis comparare audebitis?* nec opus istud, quoad Dominicus in vivis fuit, absolutum est. Sæcul. XIII. A. C. 1218.

Ex urbe Bononiensi S. Dominicus Fratrem Renaldum Parisios misit, Fratribus, quos ille collegerat, & tenerrimo patris affectu foverat, acerrime lugentibus. Renaldus Parisiis maximo fervore *Jord. c. 35. Th. c. 10.*

Sæcul. XIII. A. C. 1218.

vore non verbis modo, sed etiam eximiis factis prædicans, viros duos præclaros, utrumque Germanum, Jordanum & Henricum Ordini suo conciliavit. Jordanes in Saxonia, Diœcesi Paderbornensi, in loco, tunc *Bortege* nunc *Borrentric*, incolarum lingua, dicto, natus, adhuc in Sæculo versatus, caritate in proximum excellebat; etsi enim non esset opulentus, raro pauperem indonatum abire sinebat, præsertim illum, qui ipsi primus occurrebat, quamvis nihil peteret. Is deinde Parisios profectus, ut scientiis vacaret, jam tunc inter Theologiæ Baccalaureos eminebat, cum Ordini Fratrum Prædicatorum nomen dedit. Henricum eximiis parentibus ortum, atque adhuc puerum præbenda in Ecclesia Ultrajectensi auctum, optimis moribus instituit quidam Canonicus piissimus, macerationi corporis & bonis operibus addictus. Qui adolescentulum docuit, in Ecclesia frequentissime orare, vitia horrere, luxum contemnere, amare puritatem; unde Henricus lenissima indole a natura præditus, Fratris sui cura & doctrina ita excultus est, ut virtutes ei non tam acquisitæ quam innatæ viderentur. Parisios deinde delatus, illico se studio Theologiæ consecravit, & summi ingenii laude atque argumentorum ordinem deligendi soler-

c. 39. 40.

Jordanes & Henricus.

vit. ap. Boll. 13. Febr. to. 4 p. 720.

Jord. M.S.

solertia celeberrimus evasit. Cum eodem ac Jordanes Parisiis uteretur contubernio, inde arctissimum amicitiæ vinculum nexum est, quod usque ad vitæ terminum tenuit. Sæcul. XIII. A. C. 1218.

Itaque, Renaldo fratre Parisiis prædicante, Jordanes ejus sermonibus permotus, animo constituit Ordinem Fratrum Prædicatorum amplecti, cum crederet, hanc viam sibi offerri ad salutem tutissimam, & talem, qualem, antequam hos viros Religiosos cognosceret, sibi arcanis votis exoptasset. Tum in proposito confirmatus, omnibus viribus conatus est Henricum amicum suum ad idem vitæ genus pertrahere, quia perspectum habebat, quantis dotibus naturæ & gratiæ ad Ministerium prædicationis instructus esset. Repugnabat Henricus, at instabat Jordanes, & tandem obtinuit, ut Fratrem Renaldum adiret, ei confiteretur, & exhortantem se auscultaret. Illo deinde relicto, ad Jordanem rediit, & quasi Dei voluntatem consulturus librum Isaiæ aperuit. Inspicienti occurrerunt illa verba: *Dominus Deus aperuit mihi aurem, ut audiam quasi Magistrum. Ego autem non contradico: retrorsum non abii.* Isa. 50. 4. 5. Quæ ad ejus quæstionem Jordanes quasi divinum Responsum convenire affirmabat, ostendens ei etiam illa, quæ paulopost

Sæcul. XIII. A C. 1218.

sequuntur: *Stemus simul, ut persuaderet, pulcherrimam & piissimam amborum societatem nunquam esse dirimendam.* Nocte sequente Henricus, cum matutinis in Ecclesia Beatæ Virginis interesset, orando noctem diei junxit, Deiparam rogans, ut animum Ordinem ingrediendi sibi suggereret. Nam maximi faciebat voluntariam Virorum Religiosorum paupertatem, cum minime dubitaret, eos magna fiducia in extremo Judicio Dei faciem subituros. Sed vehementer reluctabatur animus, jamque ex Ecclesia abiturus erat, cum subito victum se sentiens, & lacrymas largiter fundens, surgit, ad Renaldum properat, & voto se obstringit. Tum ad Jordanem reversus, qui actum fuisset, refert. Nihilominus habitum Ordinis accipere usque ad Quadragesimam distulerunt, quo temporis intervallo Fratrem tertium, nomine Leonem, in suam societatem adduxerunt.

Ordo Prædicatorum.

Inter hæc Frater Renaldus, haud longo tempore Parisiis moratus, in morbum incidit, ex quo decessit, & quia Fratribus Prædicatoribus necdum erat cœmeterium proprium, in Ecclesia Dominæ Nostræ de Campis, ubi Prioratus erat, Monasterio Martyrum subditus, tumulo illatus est. Ob ejus mortem trium Novitiorum Jordanis, Henrici, & Leonis

nis ardor neutiquam remisit; sed in die Cinerum, scilicet illo anno millesimo ducentesimo vigesimo, undecima Februarii, ad S. Jacobum se contulerunt. Cumque Fratres Antiphonam: *Immutemur habitu*, ut in Benedictione Cinerum solent, cantarent, ipsi subito & omnibus inexpectati Ecclesiam intrant, & recepta Ordinis veste re vera habitum mutant. Canonicus autem ille *, (*) cui educatio Henrici curæ fuerat, & duo alii, ejusdem Ecclesiæ viri, virtutibus clari, cum eum magno amoris affectu diligerent, tenerrime dolebant, quod Fratribus Prædicatoribus se addixisset, adhuc ignari, quam salutare esset novum Institutum. Tanquam perditum lugebant tantæ spei juvenem, atque deliberabant, quis eorum iter Lutetiam aggrederetur, ut Henricum ab hac vitæ ratione, quam imprudens suscepisset, abstraheret. Sed aliquis in eo cœtu dixit: *Nihil temere agendum. Tota nocte simul omnes Deum precemur, ut nobis suam voluntatem manifestet.* Tum cunctis orantibus ad aliquem eorum vox ex alto allapsa est: *Hoc fecit Dominus, nec mutari poterit.* Ergo revelatione cœlesti acquieverunt, datisque Parisios literis, Henricum, quid

Sæcul. XIII. A.C. 1218.

*Jord. c. 44.

* de Liege.

(*) Superius, Canonicus Ultrajectensis dicebatur.

Sæcul. XIII. A.C. 1218.

sibi per prodigium significatum fuisset, edocent, atque ad perseverandum hortantur.

S. Dominicus aliquamdiu Bononiæ versatus, Romam rediit, unde Perusiam ad S. Franciscum & Cardinalem Hugolinum, in illa urbe S. Sedis Legatum, & utriusque amicum, venit. Quadam die, cum serio de rebus Ecclesiæ sermonem conferrent, Cardinalis interrogat, an gratum ipsis futurum esset, si eorum Discipuli ad Dignitates Ecclesiasticas evherentur. *Quippe persuasum mihi habeo*, inquiebat, *hos viros oves suas ad eum modum recturos esse, quo primorum temporum Episcopi, quibus magnam paupertatem amantibus, & sincera flagrantibus Caritate, nihil aliud curæ erat, quam populos sibi commissos verbis & exemplis ad Cœlestia dirigere.* Respondit S. Dominicus; satis honoris suis obtingere, quod ad Fideles docendos, & Fidem contra Hæreticos defendendam vocarentur. S. Franciscus dixit; suos non amplius Fratres Minores fore, si ad Majora ascenderent, eosque, ut Fidelibus prodessent, in humili statu esse relinquendos. Ita uterque Prælaturas esse rejiciendas statuit. At Cardinalis humilitatis studium equidem laudavit, sed mentem non mutavit, ratus, hujusmodi Ministros, pensata, quæ grassabatur, illorum

Wading. an. 1219. n. 1.

illorum temporum corruptela, utilissimos Ecclesiæ futuros. Sæcul. XIII. A.C. 1219.

§. XX.

Primum Fratrum Minorum Capitulum.

Sancto Dominico consilium exponenti; ut ambos Ordines jungerent & unum efficerent, respondit S. Franciscus: *Carissime Frater! voluntas Dei est, ut* n. 2. *Instituta nostra in Discipulis nostris separata existant; quia ista varietate* Opusc. to. 3. colloq. 10. *infirmitati humanæ consulitur, sicque illi, quibus unius Ordinis magnus rigor horrorem incutit, alterius lenitatem amplecti possunt.* Quibus non obstantibus Viri sancti tam inter se quam Discipulos suos perfectam concordiam confirmarunt. Nam S. Dominicus interfuit Capitulo Generali, quod S. Franciscus ad Festum Pentecostes prope Assisium urbem, die vigesima sexta Maji anno millesimo ducentesimo decimo nono celebravit. Advenerunt plus quam vit. per S. Bonav. c. 4 quinque Fratrum Minorum millia; usque adeo per novem decemve annorum Sup. Lib. LXXVI. spatium Ordo iste excreverat. Ergo, §. 5. cum eos mœnia non caperent, ruri propemodum more militari diversabantur, noctu in storeis cubabant, & tuguriolis subito extructis utcunque tegebantur.

Sæcul. XIII. A.C. 1219.

Vad. n. 17.

Quamvis vero nihil annonæ comportassent, nihil tamen iis defuit, incolis vicinarum urbium Assisii, Perusiæ, Foligniaci, Spoleti, aliarumque longius positarum maxima caritate vitæ necessaria præbentibus. Confluebant ex tota illa Regione Viri Ecclesiastici, Laici, Nobiles, plebeji, qui non modo necessaria, sed etiam commoda suis manibus, a singulari humilitatis & devotionis affectu, Fratribus suppeditabant. Usque adeo tangebantur, cum novorum Religiosorum pacem, vitam asperam, pœnitentiam rigidam, concordiam, & erga sancti Instituti auctorem obedientiam, conspicerent. *Hæc est*, inquiebant, *angusta Evangelii via, hinc discimus, cur res tam difficilis sit, divitem in Regnum Cœlorum intrare.*

Cum Cardinalis Hugolinus ad hoc Capitulum veniisset, & quadam die ad Fratres pro Concione dixisset, in fine orationis eos magnis laudibus cumulavit. Mox autem Franciscus timens, ne intempestivum encomium discipulis suis superbiæ & socordiæ occasio esset, conscensa Cathedra & ipse orationem exorsus est, prædicens, quantæ eos calamitates ab hostibus Ordinem persecuturis & quanta pericula manerent. Præterea fore, ut eorum posteris tepor subreperet, & totius Ordinis rigor relaxaretur.

tur. Exprobravit præsentibus vecordiam, quod neutiquam debita fidelitate, sed oblata sibi a Deo tam singulari gratia tepide & oscitanter usi fuissent. Denique tanta verborum vi peroravit, ut in cunctis Fratribus non modo omnem vanæ gloriæ sensum extinxerit, sed etiam pudore affecerit. Offendit hæc res Cardinalem, cui, leniter conquerenti, respondit Franciscus: *Domine! ita loquendum mihi esse credidi, ut laudum tuarum materiam conservarem, & Fratres nostros sustinerem, in quibus virtus Humilitatis necdum satis profundas radices egit.* Sæcul. XIII. A.C. 1219.

Altera die Frater Elias Minister in Thuscia, & Frater Joannes Minister Bononiæ, pluresque alii Cardinalem Hugolinum adeunt, & rogant, ut quasi proprio animi motu Francisco suggereret; admittenda esse consilia Fratrum suorum, quorum non nulli essent viri doctissimi, & ad regendos alios idonei, cum ipse esset vir simplex & illiteratus, nec per infirmam valetudinem omnia Ordinis negotia pertractare posset. His addebant; Reverentiam deberi antiquis Regulis S. Benedicti, S. Augustini, S. Basilii, nec tam longe ab iis Instituti novitate & nimio rigore recedendum esse, *quasi vero nos*, inquiebant, *patribus nostris sanctiores & meliores fieri sperare-*

Sæcul. XIII. A. C. 1219.

mus. Cardinalis, captata occasione, in privato colloquio ista Francisco objecit, tanquam principia certissima, quibus omne humanum Regimen niti oporteret. Sed hæc industria neutiquam fefellit sagacitatem Francisci, qui de loco, ubi apud Cardinalem sedebat, surgens, manu, reverenter tamen, correptum, ad Fratres in Capitulo congregatos deduxit, ibique orationem exorsus est in hunc modum: *Fratres mei! Cari Fratres! Deus vocavit me, ut in via simplicitatis & humilitatis stultitiam Crucis sequerer, dixitque mihi: Francisce, volo, ut hoc novissimo tempore hominibus insanire videaris, atque tam factis quam sermonibus Crucis stultitiam prædices. Volo, ut tu tuique præter me nihil intueamini, meque solum, sine alia vitæ Regula, imitemini. Parcite itaque, nec mihi alterius Regulæ mentionem injicite, præter illam, quam Dominus mihi ostendere dignatus est. Timeo, ne illi, qui ab ea deflectunt, aliosque abstrahunt, vindictam divinam experiantur, & tandem ad eamdem viam non sine suo pudore redire compellantur.* Tumque ad Cardinalem conversus, *viri illi doctissimi,* inquit, *quos mihi tua Dominatio tantopere laudat, prudentia humana te, Deumque decipere vellent, sed se ipsos fallunt, cum Opus, quod JEsus Christus ad eorum,*

rum, meamque indigni Servi sui, salutem præcipit, destruere aggrediuntur. Ego enim nihil eorum, quæ facio, dicove, mihimetipsi tribuo, sed omnia inter longas preces penso cum Patre cœlesti, qui nobis suam voluntatem signis manifestis indicavit. His dictis Franciscus de cœtu se proripuit. Sæcul.XIII. A.C.1219.

Cardinalis, admiratus fervorem, quo locutus fuerat, & perspicacitatem, qua secreta cordium, & quidquid ad regimen Ordinis pertineret, protinus cognoscebat, ad viros Religiosos ait: *Cari Fratres mei, audivistis, quæ ipse Spiritus Sanctus per virum Apostolicum locutus sit. Cavete igitur, ne Deum vobis ita faventem ingrato animo offendatis, qui vere in isto viro paupere est, & per os ejus loquitur. Submittamini, eique obedite, si Deo placere cupitis, nec fructum Vocationis vestræ perditum vultis. Expertus scio, haud facile Franciscum falli, vel a via, quam elegit, retrahi posse.* Cardinali ita differenti illi quoque, quibus prius contraria sententia steterat, consenserunt.

§. XXI.

Fratres Minores subjiciantur Episcopis.

Complures Fratres ex provinciis, ultra mare positis, ad hoc Capitulum se n. 26.

con-

Sæcul. XIII. A. C. 1219.

contulerant, remedium quæsituri, quod in quibusdam locis pessime habiti fuissent, quia nullas literas authenticas exhibuerant, Institutum suum ab Ecclesia fuisse approbatum. Præterea querebantur, quod sibi licentia Verbum Dei prædicandi denegaretur, & Franciscum rogabant; a Papa privilegium obtineret, quo ubique prædicare, etiam sine consensu Episcoporum, possent. His sanctus Vir indignabundus respondit: *Quid hoc sibi vult, Fratres, an voluntatem Dei non agnoscitis? præcipit, ut nobis prius Superiorum & Præpositorum animos humilitate & obsequiis conciliemus, ac deinde verbo & exemplo eorum subditos lucremur. Si viderint Episcopi, vos sancte vivere, eorumque auctoritati nocere non velle, ipsi vos rogabunt, ut eos adjuvetis, & laboretis pro salute animarum, ipsis commissarum. Advocabunt vos, audient, & imitabuntur. Privilegium vestrum singulare sit, nullum habere privilegium, quod vos spiritu superbiæ inflaret, auctoritatem, aliis noxiam, vobis conciliaret, ac jurgia pareret* (*). Aliqui referebant, incidisse se

(*) Haud dubie admiratio subibit, studiose Lector, quod invitis & repugnantibus omnibus SS. Ordinum Fundatoribus, nihilominus

Exem-

se in complures Parochos duræ cervicis, quos nec precibus, nec ulla industria, nec morum humilitate, nec pietate vitæ flectere potuissent, ut licentiam in suis parochiis prædicandi sibi concederent, & aliquod subsidium sustentando corpori necessarium sibi a parochianis porrigi paterentur. Franciscus respondit: *Fratres mei, missi sumus ad auxilium Presbyteris ferendum, & supplendos eorum defectus. Quilibet recipiet mercedem suam non potestati, sed labori suo comparatam. Nibil Deo magis gratum, quam salus animarum, quas facilius lucrabimur, si amicitiam Presbyterorum coluerimus, quam si nos dissidia dividant. Si Sacerdotes populorum saluti obstant, Deus pœnas exiget. Vos vero si filii pacis estis, & Clericos & populum vobis devincietis, eritque hoc obsequium Deo magis acceptum, quam si fidelium animos quidem caperetis, Clericis vero poneretis scandalum. Vestrum est Clericorum vitia tegere, negligentiæ remedium afferre, & nihilominus*

Sæcul. XIII. A. C. 1219.

Coll. 12. to. 3. opusc.

Exemtiones ab aliqua saltem parte Jurisdictionis ordinariæ Episcoporum invehi potuerint. Nempe tam Summis Pontificibus, quam SS. Fundatorum filiis potiora pro Exemtione videbantur argumenta, quæ in Præfatione hujus Partis retuli.

Sæcul. XIII. A.C. 1219. *minus virtute humilitatis omne hominum genus vincere.*

§. XXII.

S. Franciſci Literæ.

Ceterum Literas teſtes & commendatitias, de Approbatione ſui Inſtituti Franciſcus Fratribus proficiſcentibus neceſſarias judicavit, & ſuadente Cardinale Protectore, Bullam in hunc finem ab Honorio Papa die undecima Junii anno milleſimo ducenteſimo decimo nono datam obtinuit, ad omnes Epiſcopos aliosque Præpoſitos Eccleſiaſticos directam, in qua Fratres Minores tanquam viros Apoſtolicos laudat, hortaturque, ut eos benigne excipiant. Hæc prima omnium Bulla eſt novi Ordini conceſſa. Capitulo ſoluto Franciſcus, Diſcipulorum ſuorum præcipuis in diverſas provincias, cum delecto ſociorum numero, miſſis, ſibi ipſi cum duodecim aliis prædicationem in Syria & Ægypto deſtinavit. Delegatis vero ſuis tres Epiſtolas tradidit, quarum prima ad Epiſcopos & Clericos cujuscunque Diœceſis, ſecunda ad Rectores, Conſules, Magiſtratus, tertia ad ſui Ordinis Cuſtodes directa eſt, quibus præcipiebat, ut iſtarum literarum plura exemplа deſcribi & diſtribui curarent. In Epiſtola ad viros Eccleſiaſticos hortatur, ut maxima reve-

tom. 1. opuſc. ep. 13. 14. 15.

reverentia tractent, Domini Noſtri Corpus & Sanguinem, quem aliis Fidelibus adminiſtrandi honor ipſis obtingit, caute ſanctiſſimum Myſterium in vaſis pretioſis cuſtodiant, & decore, quo opus fuerit, deferant. Vult etiam, ut Verbum & Nomen Dei, ubicunque ſcripta occurrant, venerentur. Epiſtolæ ad Magiſtratus hæc eſt ſumma: *Conſiderate, diem mortis appropinquare. Obſecro, tanta quantam vobis debeo ſubmiſſione; ne propter hujus mundi curas, quibus occupamini, Dei & mandatorum ejus obliviſcamini, nam in Pſalmis legimus: Maledicti qui declinant a mandatis tuis,* Pſ. 118. *tempore mortis, auferetur ab eis, quidquid habere videbantur, & quo magis ſapientes ac potentes in hoc mundo fuerint, eo magis in inferno cruciabuntur. Suadeo igitur; Domini mei, omnibus rebus aliis poſtpoſitis, pœnitentiam agite, & Corpus ac Sanguinem Domini Noſtri humili corde recipite. Poteſtatis honorem, quem vobis contulit, Deo reddite, quotidie veſpere populum moneri jubete, ut Deo gratias dicat. Niſi feceritis, certiſſime in die Judicii rationem reddere cogemini. Qui ſcriptum iſtud domi ſuæ cuſtodient, & in eo præcepta ſervabunt, his benedicet Deus.*

Sæcul. XIII. A. C. 1219.

S. Franciſco, ad Miſſionem & iter in provincias Orientis ſe accingenti, colloquens

Sæcul. XIII. A.C. 1219.

quens Cardinalis Hugolinus de Domo S. Damiani aliisque Virginum monasteriis sui Instituti, jam enim plura condebantur, mentionem fecit. Cui ille: *Si solum illud monasterium excipiam, cui Claram inclusi, nullum aliud ego institui, aut me auctore ortum est. Nullius alterius familiæ muliebris, inquam, nisi illius solius, sive Disciplinam Regularem sive corporis sustentationem spectemus, curam in me suscepi. Nihil enim minus mihi probatur, quam ille Fratrum nostrorum impetus, quo Domos puellarum in aliis locis fundarunt, earumque regimen capessiverunt; istud vero nullatenus placet, quod eis nomen Sororum Minorum imposuerint.* Ergo instantissime Cardinalem rogavit, ut Fratres, quantum fieri posset, a familiaritate & cura Monialium averteret, si eorum famæ & in virtutibus profectui consultum vellet. Promisit Cardinalis, se rem ad Summum Pontificem delaturum. At Vir sanctus sæpe, acriter commotus, dicere auditus est: *Timeo, ne dum a nobis Deus uxores abstulit, Diabolus sorores dederit.*

Vading. 1719. *n.* 43.

§. XXIII.

Res Hispaniæ.

Sup. Lib. LXXVII. §. 10.

Inter hæc Honorius Papa animum adjecerat ad removenda impedimenta, quæ

quæ Christianis in Hispania, post Victoriam Alphonsi IX. Regis Castiliæ, contra Mauros prospere bellum gerentibus, obstabant. Alphonso IX. anno millesimo ducentesimo decimo quarto fatis functo, ejusque filio Henrico post elapsum inde triennium patrem ad æterna secuto, Berengaria illius filia, Henrici soror, in Regno Castiliæ succedens, filium suum Ferdinandum, octodecim annorum juvenem, quem ex conjugio cum Alphonso Rege Legionis susceperat, Regem salutari jussit. Quia vero Berengaria Alphonsum Regem sanguinis propinquitate in tertio gradu contingebat, eos Innocentius III. Papa ad separandum se a tori consortio anno 1214. compulerat. Nihilominus confirmavit postea transactionem, inter ambos Reges Castiliæ & Legionis initam, qua Rex Legionis Ferdinandum, filium suum legitimum, agnoscebat. Eamdem Honorius III. Papa, Bulla die decima Julii anno millesimo ducentesimo decimo octavo data, ratam habuit, atque alia die decima nona ejusdem mensis data, Ferdinandum Regem ejusque Regnum sub Sacræ Sedis præsidium singularem in modum recepit, simul Archiepiscopo Toletano, ac Episcopis Palentino & Burgensi præcipiens, ut Censuris Ecclesiasticis illos reprimerent, qui juveni Principi arma inferre audeSæcul. XIII. A.C. 1219.

vit. S. Ferd. 30. Maj. Boll. to. 18. p. 295. Mariana L. XII. c. 7.

ap. Rainald. 1218. n. 64. 65.

Sæcul. XIII. A.C. 1219.

rent. Nempe non nulli ex Optimatibus eum Regem venerari detrectabant; quin etiam ipsius parens Rex Legionis, non obstante juramento contrario a se edito, jus sibi esse in Regnum Castiliæ affirmabat. Verum Ferdinandus possessionem obtinuit, & Regno annos triginta quatuor præfuit, præclaris virtutibus nomen *Sancti* meritus.

ap. Rainald. 1218. *n.* 69. 3. *ep.* 264 *&c*

Eodem anno millesimo centesimo decimo octavo ineunte, Honorius Papa Rodericum Archiepiscopum Toletanum potestate Legati Apostolicæ Sedis munierat, qua bellum in Musulmannos prædicaret, seque ipsum Cruce signatis Ducem præberet. Anno sequente eidem Præsuli licentiam concessit, qua partem pecuniæ, ad urbis Hierosolymæ subsidium imperatæ, bello in Hispania impenderet, & votum illorum, qui in Terram sanctam proficisci promisissent, commutaret, eo onere, ut contra Mauros pugnarent. Tandem Indulgentiam Cruce signatorum tribuit omnibus Hispanis, qui in eosdem arma caperent. Quia etiam Sanctius VIII. Rex Navarræ Crucem acceperat, adversus Infideles moturus, ei Pontifex Sacræ Sedis præsidium, Bulla Romæ die decima septima Junii anno millesimo ducentesimo decimo nono data, concessit. Miramolino *Abu-Jacob* quoque scripsit

ap. Rainald. *n.* 45.

ep. 454.

ep. 559.

Hono-

Honorius, rogans, ut Christianis, in ter- Sæcul. XIII.
ris suis degentibus, Religionis eorum of A.C. 1219.
ficiis libere defungi indulgeret, & ad
dens, se ipsum, Christianorum Papam, *Ric. S. Ger.*
permultis Musulmannis in sua ditione
commorantibus hanc libertatem non a-
dimere; eam Epistolam Gonsalvus E-
ques Hospitalarius detulit. Hoc anno
Honorius Papa, mense Junio Roma ex-
cedens, Reate se contulit, ubi postquam
usque ad mensem Octobrem permansis-
set, Viterbium petiit, ac inde iterum Ro-
mam. Verum, Romanorum insultus
non ferens, Viterbium rediit.

§. XXIV.

Ecclesia Latina Orientalis.

Haud diu post, videlicet vigesima no- *ep.* 611.
na Octobris, literis ad omnes Epi- *ep.* 612.
scopos aliosque Prælatos Patriarchatus *Rain. n.* 21.
Antiocheni datis, Honorius Papa mo-
nuit; quilibet eorum in sua Regione
Theologicam scientiam excoli curaret,
& omnes ab Hæreticis caverent. In a-
lia Epistola dicit, sibi compertum habe-
re, quod Presbyteri in plerisque provin-
ciis Evchariſtiam nec satis caute nec ni-
tide custodirent, nec Sacrosanctum cor-
pus, ea, qua par esset, veneratione at-
trectarent. Quare Pontifex sancit, ut *C. Sanc.* 10.
Evchariſtia fideliter in loco destinato, *de celebr.*
decoro, & semper clauso, asservetur. *Miss.*

Sæcul. XIII. A.C. 1219.

Quilibet Parochus doceat, & frequenter Fideles ſibi commiſſos moneat, reverenter inclinandum eſſe corpus, quando Hoſtia in Miſſa elevatur, vel quando ad ægrotos defertur. Sacerdos autem, decenter veſtitus, Evchariſtiam, velo ſplendido tectam, ante pectus ſuum portet, miniſtro cum lumine ſemper præcedente. Hæc ſunt illius Epiſtolæ Decretalis verba, ex quibus, Lector, notabis, tantum de inclinatione non autem de genuflexione mentionem fieri.

Sup. lib. LXXIV. §. 59.

Legiſti ſuperius, morem elevandi Hoſtiam in Miſſa ſtatim poſt conſecrationem non ante viginti ferme annos fuiſſe invectum, atque uſum tintinnabuli, quo populus, cum Sanctum Sacramentum in Miſſa monſtratur, vel ad infirmos portatur, ad ſe proſternendum monetur, Conſtitutioni Guidonis Parei, Sacræ Sedis anno milleſimo ducenteſimo primo Coloniæ Legati, originem ſuam debere. Unde conſuetudines iſtæ Chriſtianis in Oriente, etiam Latini ritus, poterant eſſe ignotæ.

Sup. Lib. LXXV. §. 35.

Cæſar. IX. c. 51.

§. XXV.

Martyres Marochii.

Simul ac S. Franciſcus ad profectionem ſuam ad Saracenos Orientis cuncta neceſſaria parabat, etiam ad Saracenos Occidentis, nempe Marochium, ex Diſcipulis

scipulis suis viros sex, Vitalem, Berardum *de Corbe*, Petrum a S. Geminiano, Ajutum, Accursium & Ottonem misit. Berardus linguæ Arabicæ non omnino erat ignarus. Petrus & Otto Presbyteri erant, Ajutus & Accursius Laici. His Franciscus nihil magis quam concordiam commendavit, eisque Vitalem Præpositum dedit. Sed is in Arragonia morbo correptus hæsit, quo præcipiente quinque alii cœptum iter prosecuti sunt usque Coimbricam, ibique ab Urraca Regina Portugalliæ, Alphonsi II. conjuge benignissime excepti. Nam ipsa præcipue instante duobus abhinc annis Fratres Minores Domum Coimbricæ obtinuerant, ubi illa tempestate Reges Portugalliæ Sedem fixerant. Exinde quinque Missionarii, sæcularium vestibus super habitum Ordinis inductis, terras Maurorum intrant, ac Hispalim perveniunt, ubi in cujusdam Christiani ædibus octiduo latuerunt. Tandem vehementissimo prædicandi ardore impulsi, ad portam majoris Templi (quod Mahometani *Mosqueam* dicunt) se conferunt, ingressuri. Sed orto ingenti clamore, verberibus cumulati, repelluntur. Nam Musulmanni non aliis nisi Religionis suæ hominibus aditum ad Templa indulgent.

Sæcul. XIII. A.C. 1219.

Vad. 1219. *n.* 49.

vit. ap. Boll. 16. *Jan. to.* 2. *p.* 65.

Sæcul. XIII. A.C. 1219.

Tum quinque Missionarii, ad limen Regii Palatii accedentes, dicunt, se Nomine JEsu Christi, Regis Regum, Legatos adesse ad Regem. In conspectum admissi, Doctrinam Catholicam Principi explicant, hortantur, ut se convertat, & Baptismum recipiat. Cum vero quædam probrosa & erubescenda in Mahometem ejusque Legem adjicerent, offensus Rex omnibus capita amputari præcepit; sed filii sui precibus permotus, mitiore pœna eos turri inclusit, unde postea volentes Marochium, cum Domino Petro Fernandez Castilianensi, & quibusdam aliis Christianis dimisit. Illi Marochii habuerunt Infantem * Portugalliæ, & ipsum Dominum Petrum nominatum, Regis Alphonsi fratrem, qui Fratres Minores, magna caritate hospitio exceptos, omnibus ad vitam sustentandam necessariis fovit. Ergo Missionarii summo fervore Saracenis, ubicunque obvios haberent, fidem prædicabant. Cumque quadam die Frater Berardus conscenso, quod forte aderat, vehiculo ad populum diceret, & Rex per illum locum transiens subiraseretur, quod se præsente non taceret, credidit, emotæ mentis hominem esse, quinque Fratres ex urbe ejici, atque in Regiones Christianorum sine mora remitti, jussit. Infans Dominus Petrus abeuntibus famulos

* Principem

mulos de suis domesticis junxit, qui eos Septam, ubi navibus imponendi fuissent, deducerent. Sæcul. XIII. A.C. 1219.

At quinque Fratres in itinere Ducibus suis clam se subtrahunt, ac Marochium reversi, in foro publico Christum prædicant. Quod cum ad Regem delatum, eos in carcerem mitti jussit, ubi dies viginti sine cibo potuve perstiterunt. Rex vehementer miratus Christianis præcepit, hos Fratres ad Regiones Christianorum reducere. Sed illi iterum ex manibus suorum amicorum elapsi tertio Marochium redeunt. Tunc vero Christiani, furorem Regis metuentes, Infanti Domino Petro suggesserunt; Fratres in ædibus suis detineret, & custodes adderet, ne foras prorumperent. Illi, nihilominus die quadam Veneris clam egressi, Regi se sistunt transeunti, ut sepulchra Antecessorum suorum adiret. Quin etiam Berardus verba facere cœpit; at Rex, iram non tenens, mortis sententiam in refractarios pronunciavit, & proxime ad se admoveri jussos, postquam ad ultimum promissis & tormentorum metu eorum animos frustra tentasset, singulos sua manu capite truncavit, die decima sexta Januarii anno millesimo ducentesimo vigesimo. Eorum corpora extra urbem raptata, ab Infidelibus frustatim concisa, & a Christianis *Vad.* 1220. *n.* 38.

Sæcul. XIII. A.C. 1219.

collecta, Infans Dominus Petrus in Portugalliam misit, ubi in monasterium S. Crucis Coimbricam delata hodiedum extant. Multi ibidem edita fuere miracula, atque post annos ducentos & sexaginta solemni ritu hi Fratres Sanctorum Martyrum numero adscripti sunt a Sixto IV. Papa, qui Fratribus Minoribus eorum Officium publice recitari, Bulla die septima Augusti anno millesimo quadringentesimo octogesimo primo data, concessit. Eorumdem Historiam sub idem tempus ex antiquis Commentariis Frater Joannes Tisserandus, vir ejus Ordinis Religiosus, ac Concionator Parisiis celeberrimus, scripsit.

§. XXVI.

Frater Ægydius Assisinas.

vit. c. 1. ap. Boll. 23. Apr. tom. II. p. 220.

Præter alios, a S. Francisco in Africam missos, Frater Ægydius, Discipulorum ejus tertius, memoratur. Is Franciſci popularis, videlicet Assisii natus, vir simplex & literarum rudis, cum aliquando sub noctem parentes suos narrare audivisset, Bernardum de Quintavalle & Petrum Catanensem, relictis omnibus, Francisci societatem elegisse, eorum exemplo excitatus, ubi illuxit, sanctum Virum quæsivit, socium se obtulit, ac amantissimo amplexu susceptus est. Ægydius laborem manuum maximi facie-

faciebat, ideoque, ex quo ad Ordinem Fratrum Minorum admissus est, conceptum propositum nunquam aliunde quam de labore manuum suarum alimenta accipiendi constanter executus est. A Sancto Francisco anno millesimo ducentesimo duodecimo Romam missus, quotidie, postquam Missæ interfuisset, in silvam, quatuor ferme milliaria seu aliquid ultra leucam ab Urbe distantem, egrediebatur, unde fasce lignorum humeris suis allato, eoque vendito, victum sibi parabat. Quædam mulier, inito de cædendis lignis pacto, quia virum esse piissimum noverat, plus mercedis dedit, quam promiserat. *Sed ipse nolo*, inquit, *a vitio avaritiæ vinci, ac mediam pretii partem restituit.* Nullus tam vilis labor, quem obire dedignaretur, quidquid de lucro quotidiano supererat, in pauperes spargebat, & semper certum tempus ad orandum sibi constituebat. Sæcul. XIII. A. C. 1219.

Talis erat Frater Ægydius, quem cum quibusdam aliis S. Franciscus ad prædicandam Saracenis Africæ fidem misit, quoniam alii Fratres, literis imbuti, laborem hujus profectionis detrectabant. Cum Ægydius sociique Tunetum appulissent, vir quidam, qui apud Saracenos sapientissimus habebatur, postquam satis diu siluisset, ex suo secessu prodiit, palamque edixit: *Venerunt ad nos viri* *vit. c. 2. n. 8. Vad. ann. 1219. n. 34.*

Sæcul. XIII. A.C. 1219.

Infideles, ut legem noſtram contemnant, & populi ludibrio exponant. Facite, quod ſuadeo, peregrinos hos gladio perimite. Tunc vero magnus tumultus inter Muſulmannos & Chriſtianos exoritur, atque illi Chriſtianæ Religionis homines, qui Tuneti habitabant, & apud quos Frater Ægydius cum ſociis ſuis divertebat, vehementiſſime mortem pertimeſcentes, compulerunt Fratres navem conſcendere, negata Saracenis loquendi vel eos adeundi facultate. Die ſequente mane adſunt Saraceni, furioſi: Fratres ad pœnam depoſcunt, & obſtupeſcunt, quod prohibentibus licet ceteris Chriſtianis, ex nave prædicarent, ſeque ad amplectendum fidem Chriſti exhortarentur, ingenti Martyrii deſiderio flagrantes. Tandem hi Fratres cum exequi non poſſent, quæ optabant, ad S. Franciſcum revecti ſunt. Vir ſanctus Fratrem Ægydium amore tenero proſequebatur, de eo ad alios Fratres dicere ſolitus; *Ecce Eques in paucis * fortis! Ecce heros ex noſtris maximus!*

* de la table ronde.

§. XXVII.

S. Franciſcus coram Soldano Meledino.

Inter hæc & ipſe S. Franciſcus in Terram ſanctam profectus eſt. Jam ter-

tio

tio enim iter aggrediebatur, iturus ad Infideles, eorum ſalutis amore & Martyrii deſiderio accenſus. Primo hanc viam tentavit, anno converſionis ſuæ ſexto, ſeu reparatæ ſalutis milleſimo ducenteſimo duodecimo, cum navigio ſe commiſit; ſed adverſis ventis ad Sclavoniæ oram depulſus eſt, indeque Anconam revectus. Anno ſequente in Hiſpaniam commeavit, inde Marochium petiturus, & quæſiturus optatiſſimam Martyrii palmam. Tanto zelo in itinere impellebatur, ut etſi viribus eſſet inferior, ſtrenue ambulantem, ſocius conſequi non poſſet. Verum morbo in Hiſpania impeditus, cum etiam intelligeret, ſe novello gregi paſtorem eſſe neceſſarium, in Italiam rediit. Tandem iterum converſionis ſuæ anno decimo tertio, ſalutis humanæ milleſimo ducenteſimo decimo nono, Anconæ triremes, varii generis auxilia Chriſtianis Peluſium obſidentibus devecturas, cum undecim Ordinis ſui ſociis conſcendit. Paucis, poſtquam adveniſſet, diebus elapſis, cum Chriſtiani ad confligendum cum Saracenis ſe compararent, Franciſcus ad ſocium ſuum, nomine Illuminatum: *Dominus mihi indicavit, ſi modo dimicent, fore, ut Chriſtiani prælio vincantur. Si iſtud arcanum aperio, ſtultus dicar, ſi taceo, conſcientiæ ſtimulos non feram.*

Sæcul. XIII. A.C. 1219.

Bonav. c. 9.

Vading. 1212. *n.* 36.

Id. 1213. *n.* 58. 1214. *n.* 4.

Id. 1219. *n.* 54

Bonav. c. 11.

Quid

Sæcul. XIII. A. C. 1219.

Quid tibi facto opus videtur? Respondit Socius: *Frater mi, judicia hominum te non morentur, non hodie primum stultus crederis, libera conscientiam tuam, & Deum magis quam homines time.* Illico Franciscus, quod sibi revelatum fuerat, manifestat; sed omnibus insanire videbatur. Pugnatur, vincuntur Christiani, sex millibus hominum cæsis, captisve. Hæc illa pugna, quæ in decollationis S. Joannis vigesima nona Augusti commissa, fuisse creditur.

Ambo exercitus in conspectu erant, nec quisquam, nisi præsentissimo periculo se se exponere vellet, a castris Christianorum ad Infideles pergere poterat, præ-
Bonav. c. 9. sertim postquam Soldanus Byzantinum aureum daturum se singulis militibus promisisset, qui occisi Christiani caput ad se detulissent. Nihilominus Franciscus postquam animum, fusis ad Deum precibus confirmasset, cum Fratre Illuminato ad castra Mahometanorum proces-
Matt. 10. 16. sit. Cum in via duas oves obvias sibi haberent, Franciscus ad socium: *Macte animo, Frater mi, tanquam oves ad lupos missi sumus.* Propius accedentibus occurrerunt Saraceni, quibus convicia & verbera ingerentibus, ac vincula sibi injicientibus, Franciscus dice-
Jac. Vitr. Occid. c. 32. bat: *Christianus sum, ad Dominum vestrum me deducite.* Erat is Soldanus Ægypti

Ægypti *Melic-Camel*, quem Scriptores nostri Latini Meledinum dicunt, ac quærenti, quis ambos Fratres ad se misisset, respondit Franciscus: *Deus altissimus misit me, ut tibi populoque tuo viam salutis ostenderem.* Soldanus animi magnitudinem in viro suspiciens, ei aliquot dies aures mansuetas dedit, invitans, ut apud se maneret. Cui Franciscus: *Si converti vis cum populo tuo, lubenter apud te manebo ex amore JEsu Christi. Si vero dubitas Crucifixi legem, relicta Mahometis superstitione, amplecti, magnum rogum accendi impera, in quem ego cum Popis tuis me conjiciam, tumque constabit, quam Religionem profiteri te oporteat.* Popas seu Sacerdotes Franciscus illos appellabat, quos Musulmanni *Imans* dicunt, qui preces publicas populo præibant, & in Fanis verba pro concione faciebant. Respondit Soldanus: *Haud credo, ullum Sacerdotum nostrorum Religionis suæ amore in ignem sponte ruiturum esse*, nam, Francisco mentionem de rogo faciente, Soldanus, aliquem ex Imanis senioribus subito se se proripientem notaverat. Iterumque Vir sanctus: *Si vis mihi tuo & populi tui nomine promittere, vos Religionem Christianam suscepturos esse, si sanus & incolumis ex igne egressus fuero, solus irrumpam. Si consumtus fuero, sors tristis*

Sæcul. XIII. A.C. 1219.

Bibl. Orient. p. 491.

Sæcul. XIII. A.C. 1219.

tristis peccatis meis tribuatur. Si autem Deus me salvum præstiterit, JEsum Christum verum Deum & omnium hominum Redemtorem agnoscetis. Ad hæc Soldanus timere se dixit, si hæc pacta reciperet, ne suorum animos ad seditionem commoveret. Sed Francisco dona Regia obtulit, quæ ille velut lutum terræ contemsit. Crevit vero exinde sancti Viri apud Soldanum reverentia. Tandem metuens, ne suorum non nulli S. Francisci sermonibus victi ad Christianorum castra transirent, valedixit hic verbis: *Ora pro me, ut mihi Deus Religionem sibi magis gratam suggerat.*

§. XXVIII.

Testimonium Jacobi Vitriaci Fratribus Minoribus favens.

c. 32. Hanc de S. Francisco coram Meledino narrationem partim ex S. Bonaventura in vita S. Francisci, partim ex Jacobo Vitriaco tunc temporis Episcopo Acriensi, & obsidioni Pelusii urbis præsente, accepi. Is Elogium Fratrum Minorum in Historia sua rerum Occidentalium concinnat in hunc ferme modum: *Fratres Minores paupertatem & humilitatem primitivæ Ecclesiæ reducere omnibus viribus conantur, cum non solum præcepta, sed etiam consilia Evangelica*

gelica implent. *Papa, confirmata eorum* Sæcul. XIII.
Regula, ipsis auctoritatem ubique prædi- A. C. 1219.
candi, si accedat Prælatorum consensus,
concessit. Bini mittuntur, nec saccum,
nec panem, nec pecuniam, nec calceos ge-
stitant, nihil enim eis licet possidere. Non
habent Monasteria, nec Ecclesias, nec do-
mos, nec agros, nec pecora. Non utun-
tur amictu pelliceo, nec lineo, sed tuni-
cis laneis, cui adbæret cucullus, sine pal-
liolo vel toga, aliove vestitu. Cum ad
prandium invitantur, comedunt, quod
ponitur. Cum eis datur eleemosyna,
nihil in alterum diem servant. Semel
bisve in anno ad Capitulum suum Gene-
rale celebrandum congregantur, quo so-
luto, Præpositus Fratres binos vel plures
in diversas provincias remittit.

Prædicatione, & multo magis suo ex-
emplo mundi contemtum docent non modo
de plebe homines, sed etiam viros No-
biles, qui relictis urbibus, fundis, cete-
risque bonis, habitum Fratrum Minorum,
scilicet vilem tunicam & pro cingulo
funem, arripiunt. Brevi temporis spa-
tio in immensum auctus est eorum nu-
merus; quippe nulla jam est in Orbe
Christiano provincia, in quam Fratres
non pervenerint. Omnes ad se accedentes
suscipiunt, iis solum exclusis, qui ma-
trimonio ligati sunt, aut alteri cuiquam
Ordini adscripti. Eo autem facilius Ty-

rones

Sæcul. XIII. A.C. 1219.

rones suos admittunt, quod omnem curam illarum rerum, quæ ad sustentandum corpus pertinent, soli divinæ Providentiæ committant. Hinc se felices illi æstimant, a quibus hospitium vel eleemosynam Fratres accipere dignantur.

Saraceni quoque, Fratrum humilitatem & sanctitatem admirantes, lubenti animo Evangelium prædicaturos in domos suas recipiunt. Vidimus Auctorem hujus Ordinis, ac Præpositum Generalem, Virum simplicem & literarum rudem, Deo & hominibus carum, nomine Fratrem Franciscum, usque adeo Spiritu inflammatum, ut, postquam ad castra Christianorum, Perusium obsidione cingentium, pervenisset, ad exercitum Soldani quoque se conferre non exhorruerit. Tum hic Scriptor reliqua, quæ paulo ante retuli, subjungit, & sic prosequitur: *Omnes Saraceni Fratres Minores de Jesu Christo ejusque Doctrina differentes benevolo animo audiunt, usque dum Mahometem insectantur eique mendacia & Infidelitatem exprobrant; tunc enim eos verberibus afficiunt, ex urbibus suis expellunt, ac etiam occiderent, nisi Deus famulos suos custodiret. Talis est Fratrum Minorum Ordo, ad cujus perfectionem infirmi eniti non possunt, ne, tempestatibus hujus mundi expositi, fluctibus hauriantur.* Hucusque Jacobus Vitriacus,

cus, defuncto Sancto Franciſco haud plus quam annis octodecim ſuperſtes. Sæcul. XIII. A.C. 1219.

§. XXIX.

Cruce ſignati Peluſium in poteſtatem redigunt.

Necdum Chriſtiani poſt tantum temporis in obſidione difficili conſumti, Peluſio potiundi ſpem abjecerant, & Soldanus *Melic-Camel* eos ſæpe aggreſſus expertusque, quod ſibi ad eos depellendos ſatis virium non eſſet, pacis conditiones obtulit. Promiſit redditurum ſe veram Crucem, urbem Hieroſolymam cum omnibus circumjacentibus agris, omnes Chriſtianos captivos, & pecuniam neceſſariam ad reſtaurandos Hieroſolymæ urbis muros, quos frater ſuus Coradinus, ſeu *Melic-el-Moaddam*, Damaſci Soldanus, eodem anno milleſimo ducenteſimo decimo nono, deſtruxerat. Præterea reſtituere volebat arcem Turonenſem, haud procul Tyro urbe poſitam & complura alia munimenta, ſed eo pacto, ut Caracam ſibi & Montem regium ſervaret. Multis Cruce ſignatorum rationi conſentanea & æquitati videbantur, quæ petebat, ſed neutiquam probabantur illis, quibus Infidelium fallacia magis perſpecta erat, ſcilicet Templariis, Hoſpitalariis, Equitibus Teutonicis, Legato

Epiſt. Jac. de V. ap. Bongars. p. 1146.

Jac. Vitr. hiſt. oric. lib. 3. p. 1137.

Sæcul. XIII. A.C 1219.

gato Pelagio, Cardinali Episcopo Albanensi, Patriarchæ Hierosolymitano, Episcopis, cunctisque Clericis, cum dicerent; Saracenos, oblatæ pacis specie, nihil aliud quærere, quam ut validus Christianorum exercitus spargeretur in diversa, quod si obtinuissent, postea & urbem Hierosolymam & quæcunque se simulassent restituere, facili negotio iterum occupaturos esse. Ceterum credebant Christiani, veram Crucem in potestate Infidelium jam non esse, quam, expugnata a Christianis Acria, Saladinus captivos redemturus, magna diligentia, sed frustra, quæri jussisset. At, quod Soldanus solerter conjecerat, pacis mentio discordiam in Christianorum, Pelusium oppugnantium, animos invexit. Quare Sedis Apostolicæ Legatus urbem obsessam, fame & contagione ad ultima redactam, subito impetu occupare statuit, atque amicorum fidissimis clam ad consilium advocatis, noctis sequentis beneficio usus, militum promtissimis incurrere jussis, urbem sine pugna & pæne sine tumultu cepit, die quinta Novembris, anno millesimo ducentesimo decimo nono, postquam obsidionis ingens labor menses novem tenuisset.

Sup. Lib. LXXVI. §. 30.

Urbe purgata, nam cadaverum fœtore pæne tota infecta erat, Legatus Pelagius inter publicas preces procedens, cum

cum Patriarcha, & toto Clero Acrienſi, in Feſto Purificationis ſecunda die Februarii, anno milleſimo ducenteſimo vigeſimo, ingreſſus, Officium divinum celebravit in quadam Eccleſia, juſſu ſuo præparata, ubi Cathedram Archiepiſcopalem erexit. In urbe complures alias Eccleſias dedicavit, ritu Mahometanæ ſuperſtitionis ejecto. Magnus captivorum numerus venditus; & Jacobus Vitriacus magno labore & multis expenſis infantes, quos baptizaret, ſibi ſervavit, quorum plures quam quingenti ſtatim mortui ſunt. Alios apud ſe retinuit, aliosque amicis ſuis tradidit, ut educarentur, ac in ſacris literis & piis moribus inſtituerentur. Tum Legatus, accedente ſacræ Militiæ conſenſu, urbis & adjacentis Regionis principatum Regi Hieroſolymæ contulit, quo Regni ejus fines proferret. Sæcul. XIII. A.C. 1219.

Hæc de Peluſio expugnato narratio ex Jacobi Vitriaci Epiſtola, quam ad amicos ſuos in Lotharingiam dedit, excerpta eſt, in cujus fine ſubjungit: *Ranerius S. Michaelis Prior nomen dedit Fratrum Minorum Religioni, quæ in toto orbe propagatur, quia formam primitivæ Eccleſiæ & vitam Apoſtolorum perfecte exhibet. Magiſter eorum Frater Franciſcus, virorum amantiſſimus, hominum omnium affectum ſibi conciliat.* 3. ep. 417.

Sæcul. XIII. A. C. 1219.

Ceterum Sedes Antiochena jam biennio vacabat, post obitum Rudolphi Patriarchæ, qui anno millesimo ducentesimo decimo septimo decesserat, postquam annos triginta tres huic Ecclesiæ præfuisset. Et hanc quidem Dignitatem destinaverat Papa Petro Capuano, Cardinalis ejusdem nominis, Tituli S. Marcelli, nepoti, quem, mutata postea mente, Cardinalem creatum, suo lateri adhærere voluit. Quare, precibus trium Canonicorum Ecclesiæ Antiochenæ motus, Patriarcham eis dedit Ranerium, Ecclesiæ Romanæ Cancellarium, eumque suis manibus Viterbii die decima nona Novembris anno millesimo ducentesimo decimo nono ordinavit. Natus is erat in Comitatu Tudertino, atque ex Prioratu S. Frediani Lucæ ad Vice-Cancellarii officium, quod digne per triennium obiit, evocatus.

4. ep. 631. Rain. n. 20. 21

Regest. ap. Rain.

§. XXX.

S. Dominicus Moniales includit.

Sancto Dominico inter hæc Romam reverso, Honorius Papa sub idem tempus Epistolam encyclicam ad omnes Prælatos dedit, ipsi & Ordinis ejus Fratribus faventem, in qua hortatur & præcipit; hos Fratres ad Prædicationis Ministerium, cui consecrati essent, admitterent, eisque vitæ necessaria largiter suppedi-

4. ep. 647. Rain. n. 54.

peditarent, cum propter salutem animarum voluntariam paupertatem essent amplexi. Hæc Epistola die octava Decembris anno millesimo ducentesimo decimo nono data. Literis aliis, die decima septima ejusdem mensis datis, Papa Dominico & sui Ordinis Fratribus Ecclesiam S. Sixti Romæ concessit; ubi vero haud diu habitarunt. Nam cum Papæ exploratum esset, quam eximias dotes ad res gerendas Dominicus a natura accepisset, eum ad opus, quod difficillimum judicabat, perficiendum delegit, scilicet ad omnes Moniales in diversis Urbis Romæ regionibus sparsas in unam Domum colligendas, ut facilius regi & custodiri possent. Porro constituerat Pontifex Mulieres Religiosas in Domum S. Sixti, Fratribus Prædicatoribus alio translatis, cogere.

Sæcul. XIII. A.C. 1219.

4. ep. 654. Rain. n. 50.

Theod. II. c. 4. 5.

S. Dominicus, Summi Pontificis voluntati repugnare non ausus, modeste tamen suggessit, se solum tantæ molis negotium ad finem perducere non posse. Quare Pontifex Cardinales tres, Hugolinum Episcopum Ostiensem, Stephanum Fossæ novæ, & Nicolaum Episcopum Tusculanum, laboris socios addidit.

Opus aggressi, maxime reluctantes habuerunt has feminas Religiosas, noxiæ libertati adsuetas. Nihilominus cum Dominicus ad Monasterium S. Mariæ

Sæcul. XIII. A. C. 1219.

riæ trans Tiberim se contulisset, Abbatissam omnesque ejus puellas, una tantum excepta, eo permovit, ut Papæ se obtemperaturas esse, & ex domo ista excessuras promitterent, si modo eis liceret secum ferre Beatæ Virginis imaginem, non solum ab his Monialibus, sed ab omnibus Romanæ Urbis civibus magno honore cultam, quæ a S. Luca Evangelista picta fuisse credebatur. Recepit Dominicus conditionem, & adjecit, inposterum Religiosas feminas, ad invisendos propinquos suos vel alios, non amplius ex monasterio exituras.

Ubi ad earum propinquos amicosque delatum, quod ipsæ consensissent, in furorem acti advolant, & cum Religiosis mulieribus acriter jurgantur, quod a viro ignoto eo adduci se passæ essent, ut locum & Ecclesiam celeberrimam deserere statuissent. In Virum sanctum autem invecti, Sycophantam & veteratorem appellabant. Jamque puellis tantum timoris incusserant, ut complures promissi sui pœnitentia subiret; sed eas Dominici solertia ad saniorem mentem reduxit, cumque omnes iterum, in potestate Summi Pontificis se futuras esse, affirmassent, quosdam Fratres conversos, viros prudentes & virtutis amantes delegit, qui earum Monasterium custodirent, & omnia necessaria sororibus præ-

starent.

stārent. Tum, cunctis illius domus clavibus ereptis, eas nec cuiquam hominum confabulari, nec ad ædes parentum suorum sine testibus ititare concessit. Sæcul. XIII. A.C. 1219.

§. XXXI.

S. Dominicus duos mortuos ad vitam suscitat.

Tempore quo Domus S. Sixti reparabatur, ut Monialium usui apta fieret, Dominico quadam die ad S. Marcum concionante, Matrona Romana, cui nomen *Gutta-Done*, sancto Viro maxime devota, ut ad populum dicentem auscultare posset, infantem ægrotum reliquit. Domum deinde reversa, mortuum invenit, & presso dolore, ancillis se sequi jussis, filium exanimem ad S. Sixtum, ubi Dominicus adhucdum commorabatur, defert. Aperta erat Domus, videlicet euntibus & redeuntibus operariis patens, & afflicta mater Virum sanctum habuit ante portam Capituli, quasi alicujus adventum præstolantem. Tum, infante ad ejus pedes depositio, ipsa in terram prostrata inter calentes lacrymas rogat, ut sibi filium redderet. Dominicus tenerrima commiseratione tactus, paulisper secedit, in terram se demittit, &, brevi oratione peracta, accedit, Crucis signo defunctum munit, ejusque ma- *ibid. c. 3.*

Sæcul. XIII. A.C. 1219.

nu prehensa sanum & incolumem puerum matri tradit, addito præcepto, ne ulli mortalium arcanum aperiret.

At mulier, tanti gaudii non potens, miraculum haud siluit; quod ubi ad aures Papæ pervenit, exultans, quod Deus sua ætate tam prodigiose Gratiam suam manifestasset, constituit præcipere, ut res hæc toti populo ex cathedra Ecclesiæ promulgaretur. Sed obstitit Dominicus, prolixe affirmans, si factum istud vulgaretur, se mare trajecturum, & nunquam amplius ad Italiæ litora rediturum. Ergo Pontifex mandata retractavit; exinde autem benevolentia, qua Dominicum prosequebatur, & Cardinalium in eum veneratio plurimum aucta est. Quare eorum exemplum secuti ceteri omnes, summi infimique, Dominicum ut Angelum de cœlo intuebantur, quocunque iret comitabantur, beatos se credebant, si ejus manum contingere liceret, & multo magis, si aliquid illarum rerum, quæ S. Viro usui fuissent, sibi servare. Hinc etiam est, quod ejus cultores tot particulas de ejus cucullo & toga pio furto abstulerint, ut ea vix infra genua dependeret. Ad Fratres vero id facientibus obsistentes dicere solebat: *Sinite eos devotioni suæ satisfacere*, lætus quod vestem gereret nimis curtam, quæ aliis risum moveret, & pareret sui

con-

contemtum. Tunc temporis viri quinque, ex primis Dominici Sociis illustrissimi, Tancredus, Otto, Gregorius & Henricus cum eo versabantur. Ceterum, dum ædes S. Sixti perficiuntur, ipse iterum quemdam lapidarium, in cella subterranea fornicis ruina oppressum, ad vitam revocavit. Sæcul. XIII. A.C. 1219.

§. XXXII.

Resurrectio Napoleonis.

Quadam die S. Dominico negotio Translationis Monialium cum tribus Cardinalibus, sibi a Papa junctis, vacante, vir, flebili habitu, capillos avellens & horrendum vociferans, Capitulum, in quo illi sedebant, Abbatissa & puellis Religiosis præsentibus, intrat. Interrogantibus, quid vellet, *Heu!* inquit, *Cardinalis Stephani nepos, de equo lapsus, modo extinctus est.* Erat ei nomen Napoleon, quem juvenili temeritate subdentem calcaria equus excussserat. Audito tristi nuncio, Cardinalis ejus propinquus, linquente animo, corruit, capite in S. Dominicum inclinato. Illico asportatur a suis, cui Vir sanctus Aquam benedictam aspersit. Tunc vero Frater Tancredus, vir caritate & zelo eximius, postea Romæ Prior, ad Dominicum conversus, *Pater mi*, inquit, *cur modo caritas tua in proximum*, *Theod. II. c. 6.* *Jord. MS. c. 55.*

Sæcul. XIII. A. C. 1219.

mum, cur fides in Deum ceſſat? cur pro ſalute hujus hominis non oras? Dominicus defuncti corpus in quoddam cubiculum clam deferri juſſit, eumque vi precum ſuarum vitæ redditum, ſalvum & valentem produxit in publicum. Ceterum Napoleon a mane usque ad horam nonam Canonicam in vivis non fuerat. Idque prodigium, quod die decima quarta Februarii evenerat, Bertus Jordanes ex ore Tancredi accepiſſe fatetur (*).

Poſt.

(*) Hic iterum Natalis Alexander: *Ordinem FF. Prædicatorum egregie commendat Urſpergenſis Abbas, qui eo tempore florebat, quo S. Dominicus ipſum inſtituit; Prædicatores in locum Humiliatorum ſucceſſiſſe ſcribit, qui nulla habita auctoritate aut licentia Prælatorum, mittentes falcem in meſſem alienam populis prædicabant, & vitam eorum plerumque regere ſatagebant, & Confeſſiones audire & Miniſteriis Sacerdotum derogare. Quæ volens corrigere Papa Ordinem Prædicatorum inſtituit & confirmavit. . . . Iſti ſtudio & Lectioni S. Scripturæ jugiter inſiſtentes, tantum in ſcribendo libros opus faciebant, & eos diligentiſſime a Magiſtris ſuis audiebant, ut cum ſagittis & arcu & omni armatura fortium poſſent ingredi & ſtare pro defenſione S. Matris Eccleſiæ, & ex adverſo aſcendere & ponere ſe murum pro Do-*

mo

Postquam Fratres Prædicatores ex Ecclesia S. Sixti ad domum S. Sabinæ, quam hodieque tenent, transiissent, S. Dominicus diem constituit, qua Moniales ad S. Sixtum migrarent, nempe Dominica prima Quadragesimæ die decima sexta Februarii, anno millesimo ducentesimo decimo nono, id est, vigesimo ante Paschā. Illam Ecclesiam intrantes, omnes de manu S. Dominici habitum novi Instituti acceperunt, edito obedientiæ promisso. Prima, cui Vir sanctus vestem Regulæ dedit, fuit septendecim annorum puella, nomine Cæcilia, quæ illo adhuc tempore, cum Theodoricus* post annos circiter septuaginta vitam S. Dominici scripsit, luce fruebatur. Universim autem Virgines illæ quadraginta quatuor numerabantur. Repugna-

Sæcul. XIII. A.C. 1219.

3. c. 7.

d' Appolde

---

mo Israel, dum Fidem roborant, virtutes instruunt, Statuta Ecclesiæ docent, & collaudant, vitia hominum & pravitates redarguunt & castigant. Nihilominus Sedi Apostolicæ in omnibus obediunt, a qua auctoritatem præcipuam trahunt.

In eo falsus est Urspergensis Abbas, quod in locum Humiliatorum Prædicatores successisse scribit, cum Humiliatorum Ordo ab Innocentio III. anno millesimo ducentesimo confirmatus, ad usque Pii V. tempora steterit, a quo tandem extinctus est. Huc usque Natalis &c.

Sæcul. XIII. A.C. 1219.

pugnabant Romani, impatientissime ferentes, quod ex vetere eorum Ecclesia trans Tiberim, Imago, S. Lucæ penicillo adscripta, auferretur. Quo non obstante S. Dominicus nocte sequente eam humeris suis impositam, nudis pedibus incedens, duobus Cardinalibus Nicolao Episcopo Tusculano & Stephano Fossa novæ, plurimisque aliis comitantibus, & innumeris cereis ardentibus, deportavit. Ita imago hæc solemni pompa ad S. Sixtum, ubi adhucdum visitur, translata est. Elapso exinde octiduo, nempe secunda Dominica Quadragesimæ, S. Dominici, in illa Ecclesia concionantis sermonem turbavit quædam mulier, ex qua postquam Dæmones septem ejecissent, sanata Deo se se, accepto nomine sororis *Amatæ*, consecravit.

§. 6. 9.

§. XXXIII.

S. Hyacinthi Exordia.

Long. lib. 6. an. 1218.

Præter alios, testis resurrectionis Napoleonis existebat Ivo, Poloniæ Cancellarius, electus Episcopus Cracoviensis Ecclesiæ, vacantis discessu Vincentii, qui, relicta hac Sede, cujusdam Monasterii Ordinis Cistercienſis quietem amplexus fuerat. Ivo Romam profectus, ad obtinendam electionis confirmationem, Hyacinthum nepotem suum illuc deduxerat; tumque miraculo, quod viderat,

vit. S. Hyac. per le Alb. ap. Sur. 16. Aug.

derat, commotus, amicitiam Dominici impensius colere cœpit, & vehementer rogavit, ut aliquot Discipulos suos in Poloniam mitteret, qui suum Institutum inveherent. Respondit Vir sanctus, se lubentissimo animo obsecuturum esse, si haberet, quos mitteret. Simulque hortabatur, ut non nullos juvenes sibi traderet, quos apud se commorantes informaret, ac deinde in patriam remeare sineret. Episcopus duos ei nepotes suos dedit, ambos Canonicos, Hyacinthum Cracoviæ, & Ceslaum Sandomiriæ, duosque alios nobili stirpe natos, Henricum ex Moravia & Hermannum Germanum, quos Dominicus, Ordinis veste indutos, uno anno in sua Disciplina & virtutibus Christianis instituendos apud se retinuit. Sæcul. XIII. A.C. 1219. *Bzov. an. 1219. n. 8.*

§. XXXIV.

Primum Fratrum Prædicatorum Capitulum.

Eodem anno millesimo ducentesimo vigesimo, cum S. Dominicus, ad conservandum Ordinem suum, singulis annis Capitulum Generale convocare statuisset, primum ad Festum Pentecostes, quod in diem decimam septimam Maji incidebat, Bononiæ celebravit. Mandata dederat; quatuor Fratres Ordinis ex urbe *Theod. IV. c. 1. Vinc. Bell. Jor. M. S. c. 49.*

Sæcul. XIII. A.C. 1220.

urbe Parisiensi venirent, missusque est cum tribus aliis Frater Jordanes, tametsi, ut memoravimus, non plus tribus mensibus in Ordine versaretur. Sed gratia plenus videbatur, atque ad omnia eximiæ virtutis opera proniſſimus. In hoc Capitulo decretum, ut Fratres Prædicatores paupertatem perfectam sectarentur, eamque virtutem Ordinis sui fundamentum ponerent, abdicantes in omne tempus, possessionem agrorum & censuum, etiam illorum, quos Tolosæ habebant, & Papa data prima sua Bulla confirmaverat. Tum præsentibus omnibus S. Dominicus munus Præpositi Generalis, tanquam indignus & minime idoneus dimittere volebat. Sed cum a Fratribus ne quidem audiretur, ipsis consentientibus constituit, ut inposterum Definitores crearentur, quibus toto Capituli tempore in omnes ac etiam ipsum Præpositum Generalem jurisdictio & potestas esset, salva Præpositi auctoritate, postquam solutum esset Capitulum. Præterea præceptum, ut quoliber anno Capitulum Generale altero Bononiæ, altero Parisiis celebraretur, ita tamen ut Capitulum anni proximi milleſimi ducenteſimi vigeſimi primi Bononiæ ageretur. Omnibus Fratribus primi Capituli deinde in diversa sparsis, Frater Jordanes, Parisios reversus, Discipulis Ordinis

Sup. n. 19.

Sup. n. 5.

dinis sui Evangelium S. Lucæ, magno sane fructu, explicavit. Sæcul. XIII. A.C. 1220.

Huc usque S. Dominicus Ordinem suum auctoritate Summi Pontificis rexerat; at Patribus Capituli Bononiensis potius visum, ut deinceps titulo Magistri Generalis omnibus præesset. Ille, accepta Dignitate, nulla in re vitæ prioris rationem mutavit, sed solummodo majore austeritate, abstinentia, vigiliis, & frequentiore corporis maceratione a ceteris internoscebatur, ad omnia Instituti sui officia primus. In corripiendis Fratribus discretionem simul & severitatem adhibebat. Ubi aliquem Fratrum culpam admisisse cognoscebat, in flagranti dissimulabat, & deinde opportunum tempus nactus, mansuete reum reprehendebat, ad confitendum errorem compellebat, & demum materna teneritudine consolabatur. Vix aliqua elabebatur dies, qua Fratres ad Concionem vel Collationem non vocaret, ubi tam blanda vi movebat animos, ut nemo lacrymas teneret.

Cum Bononiensis Civitatis Magistratus, editis quibusdam Statutis, Studiosorum & Magistrorum in eximia hac Schola privilegia accidissent, Honorius Papa rescissis illis Statutis, factum Bononiensibus exprobravit in hunc modum: *Artium liberalium studia, ut de plurí-*

Sæcul. XIII. A. C. 1220.

plurimis aliis emolumentis taceam, urbem vestram in toto terrarum orbe celeberrimam effecerunt. In ea non tam corpora quam animæ alimentis spiritualibus pascuntur, qui doctrinam apud vos hauserunt, in patriam reversi, aliorum mortalium regimini admoventur.

4. ep. 728. 729

Quamobrem absit, ut Studiosos vexetis, sed eos omni bonorum genere prosequamini. Libere enim urbem vestram, ubi scientiis vacent, elegerunt, & cum conditio vestra antea fuerit mediocris, nunc ceteras totius provinciæ civitates opulentia superatis.

§. XXXV.

Frater Elias deponitur.

Vading. 1220. *n.* 29.

Sanctus Franciscus, cum ex Ægypto rediens Venetias perveniſſet, Capitulum Generale ad Festum S. Michaelis hoc anno milleſimo ducenteſimo vigeſimo Aſſiſii celebrandum convocavit. Ubi illuc delatus eſt, querelæ, quæ ad ejus aures contra Fratrem Eliam in Ægyptum usque pervaſerant, geminantur; eum enim Vicarium ſuum Generalem conſtituerat. Tum etiam accuſationis argumenta S. Franciſcus ſuis oculis percepit. Quippe Elias in conſpectum ejus ſe dare auſus eſt, indutus veſte ceteris nitidiore, & meliore panno, cucullo longiore, quali illa ætate

ſæcu-

sæculares utebantur, manicis laxis, in- Sæcul. XIII.
cessu ad modestiam Religiosam neuti- A. C. 1220.
quam composito. Franciscus, nihil omnino præfatus, Eliam, audientibus omnibus circumstantibus, rogavit, ut vestem suam sibi tantisper commodaret. Ille rem tantillam Præposito suo denegare nolens, in angulum secessit, & detractum sibi amictum retulit. Franciscus eumdem super tunicam suam induxit, circa cingulum decore complicat, cucullum capiti non sine aliqua ferociæ specie imponit, ac erecta cervice, porrectissimo pectore, & clamosa voce præsentes salutans, *Deus vos custodiat*, ait, *boni homines*. Tum postquam ter quaterve in medio cœtus elato supercilio ambulasset, vestem Eliæ indignans procul abjicit, atque ad eum, contemnenti similis, conversus, *isto habitu*, inquit, *Religionis nostræ Fratres spurii incedent*. Mox mutato vultu, gestu, ut solebat, modesto, inclinato capite gradiens, ut erat lacero & vili vestitu, breviter omnes ad pietatem exhortatus est, subjungens: *Hæc species sit illorum, qui vere Fratres Minores dicuntur*. Tandem omnia ab Elia noviter in Ordinem invecta abrogavit, excepto mandato, ne quis carnes comederet, quod aliquamdiu tolerandum esse existimavit, ne gulæ favere videretur.

Sæcul. XIII. A.C. 1220.

Ergo Capitulo Generali ad Festum S. Michaelis, ut indixerat, congregato, & munere Vicarii Fratri Eliæ ademto, ei Petrum Catanensem ex discipulis suis secundum suffecit. In cujus etiam manus Fratrum Regimen dimisit; se ipsum enim tum ob eorum multitudinem, tum ob fractas corporis vires tanto oneri ferendo imparem credebat. Quare Fratribus ad Capitulum convocatis, *exinde*, inquit, *mortuus vobis sum. En Petrum Catanensem, Magistrum vestrum! cui ego & vos obediemus.* Mox ad Petri pedes se demittens, obedientiam & obsequium tanquam Ministro Ordinis Generali promisit. At Fratres eo adduci non potuerunt, ut consentirent, nec, quoad Franciscus in vivis fuit, alium Ministrum, sed solum ipsius Vicarium appellari passi sunt.

Petrus Catanensis intelligens se necessitati tot fratrum, quot ad Portiunculam confluebant, succurrere non posse, ex S. Francisco quæsivit, an licentiam concedat, aliquid de Bonis quorumdam Novitiorum, suscipi petentium, servandi, unde alii nihil habentes alerentur. Vir sanctus respondit: *Deus mentes nostras ab hoc pietatis genere avertat, quod nos amore hominum in Regulam nostram impios efficit.* Et Petro dicenti: *Quid ergo faciam? Altare Beatæ Virginis,* inquit,

Sæcul.XIII. A.C.1220.

inquit, *omnibus suis ornamentis spolia. Mittet nobis Deus, unde illa Matri suæ restituamus, quæ proximi Caritati impenderimus. Firmiter crede, magis gratum Virgini futurum, si cultum Aræ suæ detrahi videat, quam si Filii ejus Evangelio adversemur.* Tum arrepta occasione Fratribus sacræ paupertatis amorem ferventissime commendavit. Aderat aliquis ex Ordinis Ministris, qui complures libros collectos sibi retinere cupiebat, sed accedente S. Viri licentia. Interrogavit ergo, quantum Fratri Minori habere liceret. Cui Franciscus: *Ut ego arbitror, Fratri Minori nihil habere licet, præter tunicam, funem, & femoralia. Si necessitas urgeat, etiam calceis utatur.* Et Ministro reponenti: *Quid ergo decernam de codicibus, quos habeo, &, quorum pretium si æstimetur, quadraginta argenti libris comparari vix possent* (hæc summa ferme quingentos Francos nostræ pecuniæ æquaret) iterum Franciscus: *Frater mi, nolo propter libros tuos corrumpere Librum Evangelii, cujus doctrinam sequentes promisimus, nihil possidere in hoc mundo. Fac de libris tuis, quod volueris, non concedam, ut licentia mea tibi scandali occasio sit.* Ceterum sæpe dicere audiebatur, hominem re ipsa haud plura sci-

Sæcul. XIII. A.C. 1220.

re, quam operetur, & arborem ex fructibus cognoscendam esse.

§. XXXVI.

S. Francisci Doctrina.

Sanctus Franciscus interrogatus, an ipsi probaretur, quod viri literati, in Ordinem recepti, Sacræ Scripturæ operam darent, *probatur*, respondit, *si modo vacare orationi non omittant, & imitentur JEsum Christum, quem sæpius orasse quam legisse scimus. Si non ideo S. Scripturam volvant, ut discant, quid dicere debeant, sed ut id, quod didicerunt, & ipsi operentur, & deinde etiam*

Collat. 15. opus. to. 3.

ab aliis perfici curent. Dicebat præterea: *Nolo, ut Fratres mei in scientiis & libris exercitentur, sed ut fundamento sanctæ humilitatis, simplicitatis, orationis, & Magistræ nostræ paupertatis nitantur. Aliqui Fratres, alios docendi munus obtendentes, has virtutes negligent; indeque fiet, ut frustra instructi S. Scripturæ scientia, per quam lumine, devotione, & Dei amore impleri sua opinione debuissent, intus frigidi*

Collat. 16.

& vacui maneant. Ita ad primæ suæ vocationis Institutum revocari non poterunt, postquam tempus vivendi secundum Regulam vano & falso studio amiserint. Rursus dicere solebat: *Quidam Fratres omne suum tempus ad acquirendam*

vendam scientiam impendunt, atque humilitatis obliviscuntur & ab oratione cessant. Postquam prædicarunt, si sciant, Auditorum suorum non nullos pie fuisse commotos, successu superbiunt & inflantur, ignari, Deum hanc gratiam precibus & lacrymis aliorum Fratrum pauperum, humilium, & simplicium, tametsi id ipsi non noverint, concessisse. Sæcul. XIII. A C. 1220.

Quadam die S. Franciscus cum Fratre Leone commeans, cum de vero & sincero virorum Religiosorum gaudio confabularentur, & quid sentiret Leo exposuisset, dixit: *Etiamsi Fratres Minores exemplum virtutis & probitatis per totum terrarum orbem spargerent, neutiquam tamen in eo perfectum gaudium situm est. Quamvis Dæmones ejicerent, surdos, cæcosque sanarent, & mortuos excitarent. Quamvis eis datum esset donum omnium linguarum & scientiarum, quamvis gratiam Prophetiæ accepissent, & uniuscujusque conscientiæ arcana cognoscerent. Quamvis tanta valerent eloquentiæ vi, ut omnes Infideles converterent, necdum tamen illud, ex quo perfectum gaudium proficiscitur, assecuti dici possent. Sed ponamus, nos ambos a via ad Portiunculam redire, rigentes frigore, pluviis madefactos, lutosos, ita famelicos, ut prope emoriamur, & fores pulsare, ostiarium autem ira* Opusc. to. 1. p. 93. Vading. an. 1221. n. 31.

Sæcul. XIII. A.C. 1220.

asperum venire & quærere: Qui estis vos? Nos respondere: Duo ex Fratribus vestris sumus, & ipsum reponere: De perdita fæce hominum estis, qui, per orbem vagantes, eleemosynas pauperibus destinatas furamini, tumque clauso ostio nos nivibus, vento, imbribus expositos relinquere. Si repulsam imperturbato animo perferimus, & in querelas non effundimur, si in sensu humilitatis & caritatis cogitamus, ostiarium hunc interna nostra penitus cognoscere, eumque Deo sic jubente talia ad nos dixisse, scias, in ista patientia veram viri Religiosi lætitiam esse constitutam.

Ponamus amplius; nos ostium monasterii iterato contingere, eumdemque ostiarium contra importunos erumpere, & colaphis robuste impactis dicere: Ite nequissimi furciferi, ite ad publicum Nosocomium. Qui estis vos? Dixi, hodie in domo nostra non cænabitis. Nos quidem hæc patienter tolerare, & tota mente ac sincera caritate ei ignoscere. Sed fame, frigore, & incumbente nocte pressos tertio ad januam strepitum excitare, clamare, & cum fletu rogare, ut aperiat. Ipsum vero multo acrius accensum dicere: Vah homines supra omnem modum importunos & insolentes! sed faxo, ut taceant. Tum eum exire nodoso fuste armatum, nos apprehenso

cucul-

cucullo tenere, in terram, lutum & nives dejicere, & totum corpus verberibus tundere. Si hæc omnia lætantes patimur, & memores, noſtrum eſſe opprobria & arumnas JEſu Chriſti ſuſtinere, diſce Frater, in his adverſis perfectam inveniri lætitiam. Denique omnium Donorum Spiritus Sancti præcipuum eſt, ſe ipſum vincere, atque lubenti animo ignominioſa ex amore Dei pati. Huc usque S. Franciſcus.

Sæcul. XIII. A.C. 1220.

§. XXXVII.

Pœnitentia Interfectorum Epiſcopi Anicienſis.

Superiore anno exeunte Robertum *Meunium* Epiſcopum Anicienſem parricidio ſuſtulerat vir quidam Equeſtris, nomine Bertrandus *de Cares*, quem Epiſcopus ob damna Eccleſiæ illata excommunicaverat. Hunc Antiſtitem, licet Natalibus clarum, multo illuſtriorem reddiderant virtutes, præſertim amor puritatis, quam tota vita cuſtodivit, etſi præſtantem corporis ſpeciem a natura accepiſſet. Interfectus eſt vero vigeſima prima Decembris, anno milleſimo ducenteſimo decimo nono, & populus indignans paſtoris ſui necem, ac in latronis propinquos furens, eorum arces munitas ſolo æquavit. At Bertrandus,

Gall. Chron. to. 3. p. 916.

G. Nang. an. 1220. Chro. Antiſſ. eod.

Sæcul. XIII. A. C. 1220.

trandus, tetri facinoris pœnitentia subeunte, Romam cum conscíis commeavit absolutionem a crimine petiturus. Honorius Papa, ut ex gravissima pœna sentirent, quantum deliquerint, eos diu ante fores Palatii sui stantes, nudis pedibus, interula tectos nequicquam ejulantes & flentes expectare coegit. Tandem, ne in desperationem agerentur, & quia se meliorem in modum satisfacturos esse promittebant, juramento adstrictos, quod sequentem pœnitentiam implere vellent, absolvit.

Porro Pœnitentia fuit hujusmodi: *Illi, qui convenerunt, Episcopo insidias structuri, sed inscii, quod de ipsa Præsulis vita ageretur, si nihil aliud ad ejus necem contulerunt, sine mora Ecclesiæ Anicienſi, quæcunque ab ea tenent Feudo, reddant, nunquam ea repetant, nunquam eis jus sit in hunc finem actionem movendi. Tum per dies quadraginta in urbe Anicienſi, si ibi tuto degere possint, saccis vel ciliciis tecti, abscissis capillis, in pane & aqua bis in septimana jejunantes, ostiatim mendicent. Si ipsis Anicii tuto prodire non liceat, eandem quadraginta dierum pœnitentiam in aliqua alia urbe vicina peragant. Quo completa, in Terram sanctam proficiscantur, biennio ibidem militaturi. Reliquo autem vitæ tempore omnibus*

diebus

diebus Veneris in pane & aqua jejunent. Sæcul.XIII. A.C. 1220.

Bertrandus vero criminis auctor, postquam Ecclesiæ Anicienſi omnia, quæ forte habet, Feuda restituerit, juret, se nunquam cuicunque Christiano arma illaturum esse. Ter quadraginta diebus Anicii, vel si in illa civitate secure versari non liceat, in alia sacco vestitus, & cineribus stratus, abscissis capillis, nudis pedibus ostiatim mendicet, & ter in septimana in pane & aqua jejunet. Omnibus diebus Dominicis per tres suas Quadragesimas ad Clericos & populum urbis procedat, nudus, virga manus tenens, quibus feriatur. Postea mare transmittat, & in Terra sancta annis septem militet. Inde reversus Papam adeat, cum literis Patriarchæ, aliorumque virorum spectatæ auctoritatis, in quibus de ejus in Palæstina moribus testimonium contineatur. Tota vita sua singulis annis bis quadraginta dierum jejunium servet, atque in pane & aqua diebus Veneris & in Vigiliis jejunet. Septem annis a Communione Corporis & Sanguinis Domini Nostri abstineat. Si, postquam ter quadraginta diebus præscripta perfecerit, Ordini Cartusienſi vel Cisterciensi nomen det, reliquæ pœnitentiæ indulgentiam consequetur.

Sæcul. XIII. A. C. 1220.

Huc usque Epistola Papæ, die decima Julii, anno millesimo ducentesimo vigesimo data, atque ad Episcopos Vivariensem & Tricastriensem directa, quæ reos ad suscipiendam pœnitentiam etiam adhibitis Censuris Ecclesiasticis compellere jubentur. Ceterum hoc exemplum inducere operæ pretium censui, ut quantum pœnitentiæ modus illa ætate a pœnitentia primorum sæculorum diversus sit, appareat.

4. ep. 810. ap. Rain. n. 28.

§. XXXVIII.

Res Cruce signatorum in Oriente.

to. 8. Spicil. p. 373.

Inter hæc Jacobus Vitriacus, Episcopus Acrienſis, Pelusii commorans, Epistola ad Honorium Papam, in Octava Paschatis, hoc anno millesimo ducentesimo vigesimo in diem quintam Aprilis incidentis, data, Res Cruce signatorum perscripsit in hunc modum: *Pelusio expugnato, complures ex nostris fortuna prospera abusi, iram Dei suis criminibus provocarunt, præsertim commissis fraudibus in divisione prædæ, Infidelibus detractæ, quæ in bonum commune comportari debuisset. Has opes male partas lusu, commessationibus, luxuria & expensis in meretrices collatis perdiderunt. Præterea detractores, seditiosi, refractarii, Sacerdotum & Excommunicationis Ecclesiasticæ contemtores, proditores, summa*

ma nequitia Belli sacri successum retardarunt. Rex Hierosolymæ, omnibus prope copiis suis abductis exercitum nostrum deseruit. Templi Magister cum majore Fratrum parte abiit. Equites Franci ferme omnes recesserunt, nec Patriarcha ultra apud nos commorari sustinuit. Cyprenses & ferme omnes Orientis milites ad sua redierunt, qui vero supersunt, gravissima paupertate premuntur, vix quatuor quinqueve Ordinis Equestris viri suis sumtibus sustentantur, Legatus Sacræ Sedis illis, quibus potest, ex eleemosynis in ærarium commune congestis alimenta aut stipendia præbet. Sæcul. XIII. A. C. 1220.

Itaque commilitones nostri ex urbe pedem efferre non audent, cohibiti metu Saracenorum, qui omnes longius errantes capiunt, jamque ultra tria nostrorum millia in vinculis Alexandriæ, Cairi, & Damasci tenere dicuntur. Quin etiam Christianorum aliqui sua sponte ad castra Infidelium deficiunt, & apostatant, eo consilio, ut detur licentius vivere. At Ægypti Soldanus, cognita in istis hominibus ingenii levitate, eos in remotissimas Regni sui provincias ablegat, unde fugere non amplius possint, ubi ab omnibus contemtis vix tantum alimenti porrigitur, ut miserrimam vitam exigere possint, Infidelibus exprobrantibus, quod certe meliores & fideliores Saraceni

Sæcul. XIII. A. C. 1220.

ni haud futuri essent, quam Christiani fuissent. His Episcopus Acriensis subjungit; jam exercitum Christianorum, quos calamitas ad saniora compulisset, si eorum modestia cum priore morum licentia comparetur, Monachorum congregationi non absimilem videri. *Ejectæ sunt,* inquit, *mulieres pellices, vacant lupanaria, clausæ popinæ, lusus, in quibus omnia fortunæ, nihil industriæ datur, prohibiti, Præfectus domui Legati S. Sedis, & duodecim Consiliarii, delinquentes severe plectere jussi.*

Mentionem deinde facit de quodam Principe, bello inclyto, Saracenorum hoste, quem ipse Davidem Indorum Regem nominat; sed conjicere debemus, fuisse celebratissimum illum *Ginguiscan,* quem Scriptores imperiti, eumdem ac Joannem Presbyterum, sub quo prius meruerat, non distinxerint. Tum Jacobus prosequitur in hunc modum: *Anno superiore in manus nostras incidit quidam liber, magnæ apud Saracenos auctoritatis, scriptus ab Astrologo, qui ab ipsis propheta habetur. Is prædixit, quam metam verum Mahometanorum Religioni Numen posuisset, eamque, sicut bello & armis suam deberet originem, ita etiam hostium suorum gladio perituram.*

Vaticinia. *Ea etiam omnia accurate vaticinatus est, quæ oculis nostris conspeximus, quare facilius*

facilius ei in illis, quæ futura sunt, fidem adhibuimus. Prædixit vero, Christianos, capto Pelusio, Alexandriam quoque, Cairum, totam Ægyptum, Damascum, Alepum, & tandem Hierosolymam expugnaturos esse. Hoc anno Syri alium veterem librum nobis ostenderunt, lingua Arabica scriptum, cum Titulo: Revelationes S. Petri a S. Clemente ejus Discipulo conscriptæ, in quibus omnia, quæ ab exordio Ecclesiæ evenerunt, & quæ usque ad Antichristi tempora ac finem mundi eventura sunt, diserte prædicit; præter alia Religionis Saracenorum interitum, brevi amisso Pelusio secuturum. Tum etiam mentio occurrit de duobus aliis Regibus, quorum alter ex Oriente, alter ex Occidente, ad Sectam Mahometis, quam omnes probi abominantur, abolendam venturus est. Hunc librum in solatium populi prælegi jussimus. Et ecce, post breve temporis spatium, adest gratissimus nuncius, de molimine Regis David, ab Oriente, & adventu Friderici Imperatoris, qui mense Augusto proximo, valido cinctus exercitu, auxilia nobis allaturus dicitur.

Sæcul. XIII. A. C. 1220.

Sed aliis quoque referentibus accepit Papa, quod Joannes Rex Hierosolymæ, relicta urbe Pelusio, Acriam reversus esset. Cujus rei causæ duæ vulgabantur, altera quod universas vires Saracenis

Sæcul. XIII. A. C. 1220.

cenis ex Syria ingruentibus vellet objicere, altera, quod jura Reginæ conjugis ſuæ in Regnum Armeniæ adverſus Raimundum, Principem Antiochiæ, vindicare cogitaret. Sed vera diſceſſus cauſa fuit funeſta diſcordia, nata inter Regem & Pelagium S. Sedis Legatum, qui totius exercitus imperium & cujuscunque fortunati eventus laudem ambiebat. Quin etiam Dynaſtiam Peluſiacenſem Romanæ Eccleſiæ ſubjicere tentaverat, vi cujusdam Epiſtolæ Pontificis, qui ipſi tribuebat poteſtatem decernendi de omnibus ditionibus, quæ Chriſtianorum armis occuparentur. Verum Rex Hieroſolymæ, præſidio Peluſio urbi impoſito, ejus conatus anteverterat. Hinc Papa Genuenſibus, hac de re conquerentibus, ſcribens, quantum id ipſum ſibi diſpliceret, ſignificavit. Honorius Papa igitur, comperto Regis diſceſſu, data ad eum Epiſtola, dicit, dubitare ſe, an ſincere expeditionem in Armeniam moliatur, & nihilominus diſtricte prohibet, ne eam exequatur, hortaturque, ut concordiam inter omnes Chriſtianos ultra mare poſitos foveat, & Pelagio Legato ſuo, ac ſi ipſe adeſſet, obtemperet. Hæc Epiſtola die undecima Auguſti anno milleſimo ducenteſimo vigeſimo data eſt.

G. Naug. an. 1220.

4. ep. 662.

5. ep. 10. Rai. 1221. n. 15.

5. ep. 26. R. n. 55.

Præ-

Sæcul. XIII. A.C. 1220.

Præterea belli sacri in Oriente tunc temporis facies cognoscitur ex Epistola Petri *de Montaigu*, Templariorum Magistri, ad Episcopum Elisiensem in Anglia, Acriæ, vigesima die Septembris, anno millesimo ducentesimo vigesimo, data, in qua dicit: *Scito, primo post expugnatum Pelusium trajectu* (nempe sequente vere) *tantam peregrinorum multitudinem advenisse, ut illis copiis, quæ ibi remanserunt, junctis ad urbis præsidium & propugnanda castra nostra sufficere possint. Legatus cum Clericis, cum JEsu Christi Regnum augeri cupiat, sæpe milites exhortatus est; excursionem in Infideles susciperent, sed obstiterunt Christiani exercitus Barones, pensantes, quod pauciores essent nostræ copiæ, quam ut hostibus ab urbibus repellendis, simulque iis aperto Marte lacessendis pares essent. Nam Soldanus Babyloniæ cum innumerabili Infidelium multitudine locum castris suis prope Pelusium delegit, ac utrumque amnis alveum pontibus stravit munitis, ut nos arceat. Nihilominus urbem, castra nostra & litus maris cuniculis munivimus, expectantes a Deo solatium, opera illorum, qui nobis auxilia advecturi sunt.*

Math. Par. 1221.

Saraceni vero, non ignari inopiæ nostræ, triremibus multis armis virisque instructis, tanta mala Christianis in Terram

Sæcul. XIII. A.C. 1220.

ram sanctam navigantibus intulerunt, ut supra fidem sit. Tanta erat in exercitu nostro auri penuria, ut aliquamdiu ipsas triremes custodire non valuerimus, nunc vero viris impositis eas expulimus, navali pugna hostem aggressuras. Scito etiam, Coradinum Damasci Soldanum, validissima Saracenorum manu collecta, non inscium, quod Acria & Tyrus urbes destitutæ sint milite, qui eas defendant, Fidelibus tam aperte quam per insidias plurimum nocere. Et infra: *Multum temporis effluxit, ex quo Imperatorem aliosque Principes ad nos trajecturos expectamus; si autem æstate proxima hoc auxiliis frustremur, Ditiones nostræ in Syria & Ægypto tam antiquiores quam novæ evidenter periclitantur. Simul omnium nostrum, quotquot hic ultra mare agimus, opes sumtibus, in bello factis, ita exhaustæ sunt, ut vix superfit, unde frugali mensæ necessaria comparemus, nisi Fideles promte subsidia afferant.*

Honorius Papa etiam literas a Cardinali Pelagio Episcopo Albanensi, ejusque in Oriente Legato, atque alias nomine totius exercitus Christiani, apud Pelusium castra tenentis, datas accepit, in quibus significabant, nunquam majorem quam modo Terræ sanctæ fuisse necessitatem, quod multi Cruce signatorum recessissent, & qui remanserant, ad repe-

repellendas Infidelium incursiones non sufficerent. Id Papa rescripsit Conrado, Scholastico Moguntino, suoque in Germania Legato, ut Cruce signatorum profectionem urgeret. Atque ut animum adderet, certiorem fecit, Imperatorem Fridericum, cum Episcopo Metensi Cancellario suo, tum Ducem Bavariæ, complures alios Germaniæ & Apuliæ Principes, numero plusquam quadringentos, cum multis viris Equestris Ordinis ac peditibus, Crucem accepisse. Hæc Epistola vigesima septima Novembris data. Sæcul. XIII. A.C. 1220.

§. XXXIX.

Guilielmus Segnelacensis Episcopus Parisiensis.

Petrus Cubicularius seu Nemoracensis dictus, Episcopus Parisiensis, Cruce jam abhinc biennio accepta, obsidioni Pelusii initio interfuit, obiitque haud diu postquam advenisset, die decima tertia Decembris anno millesimo ducentesimo decimo octavo. Is antequam ex Gallia solvisset, mense Junio, eodem anno, Testamentum condidit, quo, ut complura alia Legata pia silentio prætereamus, domui S. Victoris magnam suam Bibliothecam, nempe forulos, in quibus major quam in ceteris librorum numerus continebatur (erant vero omnino *Gall. Chron. to. 1. p. 441. Dubois to. 2. p. 265. &c.*

Sæcul. XIII. A. C. 1220.

octodecim) donavit. Petro defuncto, Capitulum Parisiense Episcopum postulavit Alebrandinum Cajetanum, nobilem Romanum, Canonicum Parisiensem, & Cardinalem Presbyterum S. Susannæ, quem, hanc electionem a se amolitum, Papa Episcopum Sabinensem creavit. Quin Alebrandinus ne quidem eo adduci potuit, ut cum Episcopatu Sabinensi Præbendam suam Ecclesiæ Parisiensis retineret, licet id ipsi suaderet Papa, & vehementer urgeret. Hinc Capitulo præcepit Papa, ut hanc Præbendam Jacobo Cajetano, Cardinalis nepoti, conferret. Quod ex ejus Epistola die decima tertia Aprilis anno millesimo ducentesimo vigesimo primo data cognoscimus.

Ital. Sac. to. 1. p. 193.

Cardinali Alebrandino Episcopatum Parisiensem recusante, Capitulum Magistrum Walterium *a Cornu*, ejusdem Ecclesiæ Decanum, Henrici Clementis, Franciæ exercitibus Præfecti, nepotem elegit. Sed Papæ hæc electio non probabatur, in qua Capituli suffragia erant divisa, atque ex plenitudine potestatis ad Ecclesiam Parisiensem Guilielmum Segnelacensem, Ecclesiæ Antisiodorensis jam annis quatuordecim Antistitem, transtulit. Nolebat huic oneri humeros supponere Guilielmus, atque ut Translationem amoliretur, Romam illa æstate

Chron. Antis. an. 1220. Hist. Ep. Ant. to. 1. Bibl. Labb. p. 492.

æstate petiit; sed nihil obtinuit. Munus Episcopale Parisiis obibat, mense Martio anno millesimo vigesimo, videlicet vigesimo primo ante Pascha, quod ex Concessione Cæmeterii S. Nicolai de pratis apparet. Guilielmus jura temporalia Ecclesiæ contra Optimatum molimina vigore Sacerdotali defendit. Insolentiam quorumdam Scholasticorum Parisiensium repressit, qui raptu, adulteriis, furtis, cædibus pacem ac securitatem publicam, & non aliorum studiosorum modo, sed etiam civium quietem turbabant. Haud diu ante Episcopi Officialis Parisiis sententiam promulgaverat, qua excommunicabantur Clerici, Scholastici eorumque famuli, qui sine licentia Episcopi aut ejus Officialis Parisiis diu noctuve armati incederent. Illos præterea excommunicationis telo ferierat, qui mulieres abstraherent, vi adhibita in alienam domum irrumperent, virginibus pudorem eriperent, qui lasciviendi causa conventus agerent, & illos, qui hujusmodi crimina commissa haud ignorarent, & reos intra unius hebdomadæ spatium non indicarent. Absolutio ab hac censura Episcopo aut ejus Officiali erat reservata, ad eos autem Scholasticos, qui arma gestantes Lutetiam primum adveniebant, aut inde ad sua remeaturi erant, non extendebatur.

Sæcul. XIII. A.C. 1220.

Dubois c. 7. p. 270.

Sæcul. XIII. A.C. 1220.

Hæc sententia die Veneris post Epiphaniam anno milleſimo ducenteſimo decimo octavo, id eſt, decimo nono ante Paſcha, data eſt. Guilielmus Segnelacenſis, ſuſcepto Eccleſiæ Pariſienſis Regimine, elapſis exinde menſibus decem & octo, contra ſceleratos remedia efficaciora adhibuit. Seditioſorum præcipuos conjecit in vincula & carceres, aliisque ex urbe expulſis, pacem & ſecuritatem reduxit.

§. XL.

Fridericus II. Imperator coronatur.

Fridericum Regem Siciliæ, & antea electum Regem Romanorum, jam dim Honorius Papa vehementer hortabatur, ut Terræ ſanctæ ſuccurreret, quod ipſe ſæpe promiſerat; ſed differenti profectionem prætextus nunquam deerat. Prius Imperator coronari volebat, eoque ardentius, quod ejus æmulum mors abſtuliſſet. Nam Otto Imperator anno ſalutis milleſimo ducenteſimo decimo octavo die decima nona Maji anno Imperii ſui vigeſimo e vita deceſſerat, qui ut publica ſigna ederet, quanto peccatorum ſuorum dolore tangeretur, pedibus puerorum in culina famulantium collum ſuum calcari voluit, & toto diu-

Alb. Stad. 1218.

turni

turni morbi sui tempore quotidie a Presbyteris flagellis cædi, tandem ei Sifridus Episcopus Hildesheimensis absolutionem impertitus est, ab Honorio Papa deinde confirmatam. Tum Fridericus eodem illo anno Rex Romanorum in Comitiis Erfordiæ agnoscitur. Ipse hoc anno milleſimo ducenteſimo vigeſimo comitiis Francofordiæ celebratis, rebus non nullis ad suscipiendum in Italiam iter compositis, filium suum Henricum, nec-dum infantiam egressum, Regem Romanorum eligi jussit, prætexens turbas, quæ se absente in Germania nasci possent. Comperto deinde, offensum esse Papam, quod electio Regis se inconsulto fuisset peracta, ad eum prolixam Epistolam dedit, in qua affirmabat, Germaniæ Optimates id se invito fuisse molitos.

Sæcul.XIII. A.C.1220. *Th.Cantipr. lib.II.c.53. n.19. Alb.Stad. 1220 ep.ap. Rain.n.2.*

Sed neutiquam hæc excusatio probabatur Pontifici, satis intelligenti, contra acipse optasset, & Fridericus promisisset, Siciliam Imperio jungi.

Sup. Lib. LX.§.15.

Fridericus Longobardiam attigit mense Septembri anno milleſimo ducenteſimo vigeſimo, cumque Romam perveniſſet, ab Honorio Papa in Basilica Sancti Petri cum Imperatrice Constantia conjuge sua in Festo S. Cæciliæ die vigesima secunda Novembris Dominica ultima post Pentecosten coronatus, de

Ric.S.Ger. 1220.

Sæcul. XIII. A.C. 1220.

manu Cardinalis Hugolini Episcopi Ostiensis Cruce accepta, votum in Terram sanctam proficiscendi antea editum publice confirmavit, promisitque, se validum subsidium, ubi Crucesignati mense Martio anno millesimo ducentesimo vigesimo primo mare trajicerent, missurum esse, & mense Augusto se ipsum navem conscensurum. Inter Missæ solemnia, cum Imperator coronaretur, Papa excommunicationis sententiam denunciavit contra omnes Hæreticos eorumque Fautores, ac contra illos, qui sibi subditos ad Statuta & Consuetudines Ecclesiæ Libertati adversas servare compellerent, nisi hos abusus intra duorum Mensium spatium abrogarent.

Hon. V. ep. 250. Rain. n. 21.

5. ep. 310 c. noverit 49. de sent. excom.

Const. Frid. post lib. Feud.

Eodem die Fridericus Imperator in Basilica S. Petri Legem Summi Pontificis Constitutioni consentaneam promulgari jussit, cui ipse pœnas temporales addit; nempe contra illos, qui conderent vel servarent Statuta Libertati Ecclesiasticæ repugnantia, decernit infamiam, latæ sententiæ, aliorumque Actorum publicorum abrogationem, atque ut expleto anno Imperii Banno percellantur, & eorum bona cuicunque occupanti concedantur.

Præterea, qui Ecclesias vel viros Ecclesiasticos imperatis tributis vexaverint, Banno Imperii subjiciantur, & ad resti-

restituendum triplum compellantur. Quicunque Personam Ecclesiasticam coram Judice sæculari sive in judicio civili, sive criminali persecutus fuerit, jus suum amittat, & Judex Jurisdictione sua privetur. Eadem pœna sit Judicis, si a Clerico ter monitus ei justitiam non administret. Patarini, Leonistæ, Arnaldistæ aliique Hæretici infamia notantur, eis publice bellum denunciatur, Banno proscribuntur, eorum opes ærario Principis addicuntur, liberi ab hæreditate parentum excluduntur. His adduntur pleræque clausulæ, quæ in Decreto ultimi Concilii Lateranensis contra Hæreticos occurrunt. Tum sequuntur non nulla Statuta naufragis, peregrinis in itinere morientibus, & agricolis faventia. Tandem hanc Imperatoris Constitutionem Papa confirmat. Sæcul.XIII. A. C. 1220.

§. XLI.

Papa profectionem sacram urget.

Ceterum Pontifex in omnibus provinciis auxilia Pelusium mittenda urgebat. Data Epistola, Archiepiscopum Rotomagensem ejusque Suffraganeos hortatus est, ut, prædicatoribus in totam illam provinciam missis, Cruce signatos ad arma capienda excitaret. Conrado Reisembergensi, suo in Germania Legato, antea Ecclesiæ Spirensis Decano, & 5. *ep.* 356. *Rainald.* 1221. *n.* 1. *Bucel. p.* 1. *p.* 18. *ep.* 357.

Sæcul. XIII. A. C. 1220

Moguntinæ Canonico, nuper electo Episcopo Hildesheimensi, monita transmisit, ne acquisita Dignitate Episcopali a prædicatione Belli sacri retardari se pateretur. In Italia Legatum suum in negotio sacræ peregrinationis creavit Honorius Cardinalem Hugolinum Episcopum Ostiensem, quem ob fervorem discretum & optimi exempli vitam, populis ad hoc bellum excitandis maxime idoneum censuit. Epistola, qua eum Papa Episcopis Italiæ commendat, die decima quarta Martii anno millesimo ducentesimo vigesimo primo data est.

ep. 460.

ap. Hon. ep. 450.

Quin etiam Fridericus Imperator, Salerni commorans, jam die decima Februarii ad Cardinalem Hugolinum Epistolam dederat, in qua dicebat, se, ut piissimo & utilissimo bello faveret, plenam potestatem ei tribuere, qua omnes Banno Imperii subjacentes, intra Legationis suæ fines, absolveret, ita enim negotium expeditionis contra Saracenos sibi curæ esse, ut nihil magis.

ep. 440.

Eumdem ardorem Imperator profitetur, cum Mediolanenses ad opem Palæstinæ ferendam exhortatus est, data Epistola, cujus ornatus jactantiam magis & simulationem, quam sinceritatem redolet.

Interim Fridericus, cum ipsi expeditio suscipienda esset, tergiversabatur; ut

ut cognoscimus ex Papæ querelis in Epistola, die decima tertia Junii ad eum data, in qua dicit: *Utinam Deus tibi hanc mentem inderet, & pensares, quam ardenti tui desiderio Ecclesia Christianorum transmarina teneatur, & quanta spe recreaveris Ecclesiam universam, quæ te ad vindicandam urbem Hierosolymam, relictis omnibus, summum conatum adhibiturum eo confidentius credit, quod ad id perficiendum cunctis necessariis divinæ Providentiæ beneficio instructus sis. Nunc vero multorum murmurantium gemitus audiuntur, quod edito voto promissa exequi differas, & retineas triremes, in quas arma virosque contuleras, tempestive auxilio futuras, si modo mitterentur, cum hujus generis navigiis exercitus Cruce signatorum careat.* Claudit Papa Epistolam, Principem in nomine JEsu Christi, qui ipsa veritas esset, obtestans, ut bona fide promissa impleat, & in re tanta sincere agat. Respondit Imperator, se, ut mandatis Papæ obsequeretur, in Palæstinam misisse triremes quadraginta, Ducibus Comite Maltensi, & Episcopo Catanensi, instructas. Cui reposuit Papa; si Imperatori fixum fuisset tunc non proficisci, saltem triremes suas mittendas fuisse, quæ multo plus auxilii attulissent.

Sæcul.XIII. A.C.1220.

ep. 709.

Sæcul. XIII. A. C. 1221.

Hoc anno milleſimo ducenteſimo vigeſimo primo ineunte, Fridericus Imperator in Apulia verſabatur, unde in Siciliam delatus, complures Conſtitutiones Regno utiles edidit. Quia vero etiam de quibusdam Eccleſiis Cathedralibus ſuo arbitrio decrevit, Papa per literas conqueſtus eſt, in hunc modum: *Diu eſt, ex quo fama ad nos detulit, quod poteſtatem tuam ad electionem Epiſcoporum extendas, nominatim ad Eccleſiam Averſanam aliasque in provincia Salernitana vacantes. An funeſtum Anteceſſorum tuorum abuſum revocare moliris, immemor, quod contrarium Innocentio Papæ tumque nobis jurejurando promiſeris?* Hæc Epiſtola vigeſima prima Auguſti data.

Ric. S. Ger.

§. XLII.

Robertus Imperator Conſtantinopolitanus.

Inter hæc Conſtantinopoli Robertus Cortenacenſis Imperium conſecutus fuerat. Cum Jolanda Imperatrix, Petro Imperatore Marito ſuo in vinculis detento Conſtantinopolim perveniſſet, in lucem edidit filium, quem a propinqui ſui nomine Balduinum amici appellarunt, atque anno milleſimo ducenteſimo decimo nono mater fatis functa eſt. Petrus

du Cange hiſt. C. P. lib. 3.

Chr. Antis.

trus vero decedens duos alios filios reliquerat, sed absentes, quare ne Imperium Duce careret, usque dum Successor possessionem arriperet, Optimatibus visum, Cononem Betunienſem Præfectum ſeu Vicarium Imperii eligere. Jus Regni competebat Philippo Cortenacenſi, Comiti Namurcenſi, Petri Imperatoris filio natu majori, quem Optimates, Legatione in Franciam adornata, ad coronam invitarunt; ſed ille honorem onusque a ſe removens, Robertum fratrem ſuum obtulit, qui cum Legatis, anno milleſimo ducenteſimo vigeſimo exeunte, iter ingreſſus eſt. Is hyeme in Hungaria apud Andream Regem, qui ejus ſororem Jolandam duxerat, transacta, poſtquam Conſtantinopolim pervenit, in Eccleſia S. Sophiæ, in Feſto Annunciationis, die vigeſima quinta Martii, anno milleſimo ducenteſimo vigeſimo primo, coronatus eſt a Patriarcha Mathæo Gervaſii Succeſſore. Is antea Epiſcopus Æquilienſis in Longobardia, ad Sedem Patriarchalem Conſtantinopolim translatus, officio paſtorali haud digne profecto functus eſt.

Sæcul. XIII. A. C. 1221.

5. *ep.* 397.

Robertus Imperator Pacta Clericorum Romaniæ, Dominica tertia Adventus, die decima quinta Decembris, anno milleſimo ducenteſimo decimo nono, cum Cononе Betunienſi, haud diu poſt defun-

Sæcul. XIII. A. C. 1231.

defuncto, inita, rata habuit. Cujus Transactionis, præsente Cardinali Legato Joanne Columnio peractæ, præcipua statuta erant sequentia: Clerici & viri Religiosi tam Latini quam Græci cum suis familiaribus, iisque, qui ad Ecclesias confugiunt, ab omni Jurisdictione Laicorum exemti sint. Omnes Ecclesiæ Cathedrales gaudeant rebus suis immobilibus, quas legitima possessione tenebant tempore Imperatoris Alexii, cognomento *Bambacorax*. Est is Alexius Comnenus ob vocem inamœnam ita dictus. Ecclesiæ his bonis libere utantur, exemtæ ab omni Jurisdictione Laicorum & ab omni exactione, excepta *crustica*, id est, Censu. De Decimis Feudorum singulares constitutiones conduntur, sive Feuda sint a Summo Principe, sive ab aliis Optimatibus concessa. De aliis bonis Latini totam decimam partem solvant, Græci vero solummodo partem trigesimam per decem annos, quibus elapsis, partem decimam pendent, nisi Ecclesia Romana dispensaverit. Videlicet Ecclesiæ Græcæ mos non erat Decimas dare. Hæc pacta a Roberto Imperatore mense Junio anno millesimo ducentesimo vigesimo primo confirmata sunt.

Honor. lib. 6. ep. 285. Rain. n. 24.

V. Cange. Glos. Crustica.

§. XLIII.

§. XLIII.

Sæcul.XIII, A.C. 1221.

Fratres Minores in Germania.

Sancto Franciſco hoc anno Capitulum Generale ad Feſtum Pentecoſtes, die trigeſima Maji, celebrante, Miniſter Generalis ſubrogandus erat Petro Catanenſi, Aſſiſii die decima Martii vita functo; cumque S. Franciſcus Deum conſuluiſſet, credidit, divinam voluntatem ſibi innuere, ut Fratrem Eliam ſecundo ad hunc gradum eveheret, quod etiam effectum dedit. In hoc Capitulo antequam Fratres dimitteret, Franciſcus pedibus Eliæ aſſidens, prehenſa ejus tunica, quid vellet ſecreto ſignificavit. Tumque Elias ſurgens ad totam Congregationem dixit: *Fratres mei, dicam quid cupiat Frater.* (ita enim ſimpliciter S. Franciſcum ob Magiſterii excellentiam appellabant) *Datur Regio* (Germania) *quorum incolæ Chriſtiani ſunt & Deo devoti. Hi per patriam noſtram commigrant, ut ſcitis, longos ſcipiones in manibus & amplas ocreas in pedibus gerentes. Solis ardentis patientes ſunt, quod ex ſudore diffluente cognoſcitur, atque ad Sanctorum limina pie pergentes, Laudes Dei & Cœlitum decantant. Sæpius ex Fratribus noſtris aliquos ad hanc Gentem miſi, qui male affecti redierunt. Quare neminem ad illuc proficiſcendum cogo, ſed*

Vadi. 1221. *n.* 3. 4.

Sæcul. XIII. A. C. 1221. *sed si quis amore divinæ Gloriæ & salutis animarum motus hoc iter susciperet, ei tantum obedientiæ meritum, atque etiam amplius promitto, quantum, si cum sacris militibus mare transmitteret, acquireret.*

Illico Fratres ferme nonaginta se se obtulerunt, ad obeundam hanc Missionem, quam tanquam Martyrii occasionem amplectebantur. Iisque Præpositus datus est, ac in Germania Minister, Frater Cæsarius, Spiræ natus, haud diu ante Fratris Eliæ prædicatione conversus, vir magna caritate, ac prius in Sæ-
n. 6. 7. culo eloquentissimus Orator. Is ex omnibus, qui se Missioni Germanicæ operam daturos promittebant, haud plures quam viginti septem Fratres, Clericos duodecim & Laicos quindecim delectos, trinos deinde aut quaternos in
n. 8. diversa sparsit. Cum ad Festum S. Michaelis Tridentum perveniissent, eis Episcopus per dies quindecim omnia subsidia necessaria pio affectu præbuit. Ubi vero per valles inter continua montium juga iter faciendum fuit, multa a ferocibus indigenis passi, non nunquam silvestribus pomis, si quæ sponte nascentia in arboribus inveniissent, vires utcunque reficere coacti sunt. Tandem Augustam Vindelicorum evadunt, ubi ab Episcopo, Clericis & toto populo magna

gna devotione suscipiuntur. Ibidem ad Festum S. Galli, nempe diem decimam sextam Octobris, Cæsarius, primo Capitulo Generali in Germania cum triginta ferme Fratribus celebrato, eosdem in varias vastissimæ Regionis provincias dimisit. Sæcul. XIII. A. C. 1221.

§. XLIV.

Martyres Septenses.

Sub idem tempus, ut conjicere est, Daniel Minister in Calabria a Fratre Elia licentiam, cum sex aliis Fratribus Samuele, Domno seu Domnulo, Angelo, Leone, Nicolao & Hugolino ad Saracenos migrandi, iisque Fidem prædicandi obtinuit. Ergo in portu quodam Thusciæ navem conscendunt, & Tarraconam appelluntur, unde Septam*, proximam in illo freto Africæ urbem, trajicere statuunt. Prior illuc navigavit Daniel cum tribus aliis, quia gubernator plures devehere detrectaverat. Ad illam oram expositi, extra urbem in quodam pago commorati sunt, ubi mercatores Pisani, Genuenses, & Massilienses diversabantur, quippe, nisi licentiam a Præfecto impetrassent, Christianis urbem intrare non permittebatur. *Sur.* 13. *Oct.* *Vad.* 1221. *n.* 36. * Ceuta

Interim vero Fratres quatuor Minores his mercatoribus Verbum Dei prædicabant, præstolantes socios suos, qui die

Sæcul. XIII. A. C. 1221.

die vigesima nona Septembris advenerunt. Die Veneris sequente, mensis Octobris prima, de rebus ad propriam salutem spectantibus consultarunt. Sabbato peccata sua confessi, sanctam Communionem acceperunt, tumque recitatis vesperis sub noctem alter alterius pedes laverunt.

Die Dominica summo mane, antequam hominum frequentia plateas strepitu impleret, urbem intrant, cineribus capita aspersi, & magna voce prædicare incipiunt; non dari salutem nisi in Jesu Christo. Irruunt Mauri, atque contumeliis & verberibus affectos, ad Regem suum deducunt, qui fratrum istorum capita rasa, &, relicta circum capillorum parte, coronata conspiciens, homines esse dementia laborantes ratus, vinculis onustos in carcerem conjici præcipit. Tum postquam octiduo inclusi fuissent, die Dominica, mensis Octobris decima, Rex in conspectum admissis, magnas opes offert, si Musulmannorum religioni nomen darent. In Fide Christi constantes separari & singulos tum promissis tum minis tentari præcipit; sed videns, eos non solum vinci non posse, sed etiam Mahometem insectari, contumaces capite damnat. Tunc vero seni alii, ad pedes Danielis se demittentes, gratias agere, quod sibi viam ad coronam

Marty-

Martyrii præiviſſet, & Benedictionem petere. Ille omnes ulnis ſuis complexus forti animo eſſe jubet. Mox nudi ad locum ſupplicii trahuntur, quo cum ipſi tanquam ad convivium invitati proceſſiſſent, omnes ſeptem gladio feriuntur. Sæcul.XIII. A.C.1221.

Eorum capita & corpora a pueris virisque Infidelibus confracta ac fruſtatim conciſa, Chriſtiani deinde collecta & interim in armamentario Maſſilienſium occultata, in oppido ſuo prope Septam urbem ſepelierunt. An aliquando inde translata fuerint, aut ubi nunc ſint, neſcimus. Illud vero nemo ignorat, quod poſt annos exinde ferme trecentos, nempe anno milleſimo quingenteſimo decimo ſexto, Fratres Minores a Leone Papa X. licentiam obtinuerint, de his ſeptem Martyribus officium ſolemne recitandi, die nona Octobris, quamvis Martyrologium Romanum die ejusdem menſis decima tertia, qua ſcilicet paſſi ſunt, eorum mentionem faciat. *Vad.* n. 42. *M. R.* 13. *Oct.*

§. XLV.

S. Antonii Patavini exordia.

Capitulo Generali ad Pentecoſten anno milleſimo ducenteſimo vigeſimo primo celebrato interfuit S. Antonius Patavinus, nuper in Ordinem ſuſceptus. Is Ulliſſipone in Luſitania natus, anno *vit. ap. Boll.* 13. *Jun. to.* 20. *p.* 705.

Sæcul. XIII. A.C. 1221.

millesimo centesimo nonagesimo quinto, & e fonte Baptismi Ferdinandus dictus, cum ad annum ætatis decimum quintum perveniſſet, Monasterium Canonicorum Regularium S. Vincentii prope Ulisſiponem adiit. Ut vero amicos frequenter ad se invisentes fugeret, elapso biennio, ad Conventum S. Crucis ejusdem Ordinis S. Augustini Coimbriam transiit, ubi ad sacrarum literarum stu-

Sup. n. 25.

dium incubuit. Cum Infans Dominus Petrus corpora quinque Fratrum Minorum, qui Marochii, anno millesimo ducentesimo vigesimo ineunte passi fuerant, in Lusitaniam transferri jussisset, & eorum Martyrii adjuncta Ferdinando abamicis fuissent relata, eamdem palmam consequendi spe incensus, Franciscanorum Institutum suscipere decrevit. Haud diu post Fratres Minores, domum prope Coimbriam habentes, ad Conventum S. Crucis venerunt, eleemosynam, ut solebant, collecturi. Tunc vero lætitiam vix capiens Ferdinandus, captata secreto eis colloquendi occasione, mentem suam iisdem candide aperuit. Gratissima Fratribus mutatio fuit, & tunc quidem, die, qua destinata novus Novicius exequeretur, præstituta, recesserunt. Adsunt ipsi illa die, &, veste Ordinis sui in ipso S. Crucis Monasterio ei tradita, ad locum sui domicilii, quod S. Antonius

de Olivarez dicebatur, volentem deducunt, & rogantem, ut se deinceps Antonium appellarent, sicque mutato nomine importunitatem illorum, qui ipsum quæsituri essent, falleret. Sæcul. XIII. A.C. 1221.

Cum Antonius vehementissimo Martyrii desiderio arderet, licentiam obtinuit in Africam navigandi. Sed in eam mundi partem appulsus, diuturno & gravi morbo afflictus est; unde in Hispaniam revertendi consilium cepit, &, nave conscensa, vi ventorum in Siciliam depulsus est. Ubi inaudiens, Capitulum Generale Assisii brevi esse celebrandum, illuc licet male affecta valetudine, ut potuit, se contulit. Soluto deinde Capitulo, omnes Fratres, quocunque eos obedientia vocabat, dimittuntur. Sed nemo expetebat Antonium, utpote omnibus ignotum. Itaque se ipsum Fratri Gratiano, Campaniæ Romanæ Ministro, offert, & rerum divinarum scientiam suam ac præclaras dotes silentio premens rogat, ut se in Disciplina Regulari instituendum a Ministro Generali exposceret. Ergo Gratianus Antonium secum deduxit, rogantemque, ut sibi quemdam locum recessus concederet, in eremum montis S. Pauli prope Bononiam misit, in qua solitudine corpus macerans, in pane & aqua jejunans, con-templa-

Sæcul. XIII. A.C. 1221.

templationi & orationi intentus diu permansit.

§. XLVI.

Ordo tertius S. Franciſci.

Vad. 1221. n. 13.

Dimiſſo Capitulo Generali, cum S. Franciſcus pœnitentiam prædicaret, in urbibus Aſſiſio propinquis, atque præter alias Canariæ*, incolæ ejus ſermonibus usque adeo commoti ſunt, ut relictis omnibus turmatim Virum ſanctum ſequerentur.

* forte Camerini.

His juncti ſunt ex vicinis oppidis plurimi, rogantes, ut modum eos doceret, quo facilius vitam Chriſtianam degerent. Multis viris uxores ſuas relinquere & mulieribus a maritis diſcedere cupientibus ſeſeque in Monaſteria includere, Franciſcus, ne legitima matrimonia ſolveret, & regionis illius agris cultores ſubtraheret, omnibus ſuaſit, ut domi ſuæ Chriſtiana pietate Deo ſervirent, promiſitque ſe eis daturum Regulam, quam ſi ſervarent, in via virtutis procedere, & vitam degere poſſent, a Religioſorum virorum Inſtituto haud multum abhorrentem, etſi rigorem non ſentirent. Aliorum quoque fervorem nimium in urbibus Thuſciæ, præſertim Florentiæ, continuit, ſicque tertius Ordo S. Franciſci ortus eſt, cujus Conſtitutiones, ipſius manu ſcriptæ non extant, ſed ſolummodo

Vading. nota 1. *in Reg. tert.*

modo in ordinem ab alio diggestæ, & a Nicolao IV. Papa, post annos sexaginta octo, confirmatæ. Qui hunc tertium Ordinem profitebantur, Fratres *de pœnitentia* dicti sunt, atque omnium primus refertur Lucheſius, qui S. Franciſco prope oppidum, vulgari lingua *Poggi-Bonzi*, in Thuſcia occurrit. Is prius mercaturam fecerat, avaritiæ vitio notissimus, ac præterea Welphorum factioni plus æquo addictus; ſed ipſe converſus, uxori quoque ſuæ, cui nomen *Bona-Donna* perſuaſit, ut inpoſterum vitam ad Chriſtianæ Diſciplinæ leges componeret. His ergo S. Franciſcus tertii Ordinis habitum contulit, coloris cineracei, modeſtum, cum nodoſo cingulo, & viva voce futuram vitæ rationem præſcripſit. Sæcul. XIII. A. C. 1221.

§. XLVII.

Ordo Fratrum Prædicatorum propagatur.

Sanctus Dominicus Bononiæ alterum Ordinis ſui Capitulum Generale, in eodem Feſto Pentecoſtes, die trigeſima Maji, anno milleſimo ducenteſimo vigeſimo primo, celebrans, octo Fratres Provinciales, ſpectatæ virtutis viros eligi, juſſit, qui Fratribus in totidem Provincias ſparſis, nempe in Hiſpaniam, *Theod. IV. c. 7.*

Sæcul. XIII. A.C. 1221.

Franciam, Longobardiam, Campaniam Romanam, Provinciam, Germaniam, Hungariam, & Angliam, præeſſent. In Angliam miſit Giſelbertum cum tot Fratribus, quot ad conſtituendam Congregationem neceſſarii videbantur. In Hungariam miſit Paulum, in illa Gente natum, haud diu abhinc Ordini adſcriptum, poſtquam Jus Canonicum Bononiæ publice docuiſſet. In eodem Capitulo Dominicus Priorem Provinciæ Lombardicæ creavit Fratrem Jordanem. Is tunc Pariſiis agebat ſub Priore Mathæo, cui & Ordini ipſius eodem anno Univerſitas jus ſuum omne contulit in S. Jacobi domum, in qua Dominicani Fratres ſedem fixerant. Huic Donationi conditiones adjectæ; Fratres Prædicatores profiterentur, ſe hanc domum Univerſitati Pariſienſi in acceptis referre, & Magiſtros Scholaſticosque tanquam Fratres ſuos, precum ſuarum & bonorum operum participes efficerent.

Jord. c. 50. Boll. vita. Jord. to. 4. p. 722. n. 13.

Jord. M.S. 51.

Sub idem tempus Eberhardus Archidiaconus Lingonenſis, vir ſplendore virtutum & auctoritate in Eccleſia illa conſpicuus, Fratrum Prædicatorum Inſtitutum amplexus, ſuo exemplo multis aliis converſionis occaſio fuit. Cum Fratrem Jordanem tenero amore proſequeretur, eum in Longobardiam proficiſcentem comitatus eſt, etiam deſide-

rio

rio S.Dominicum videndi impulsus. Ce- Sæcul. XIII.
terum quia Frater Eberhardus in Francia A.C.1221.
& Burgundia erat notissimus, nemo non
iter facientis paupertatem Evangelicam
mirabatur. Tandem Lusuni, cujus civi-
tatis Episcopatum olim sibi oblatum re-
cusaverat, morbo correptus, paucis post
diebus extinctus est. Advertens, quod
sibi ab amicis celaretur, ex medicorum
judicio de vita actum esse, ad Provin-
cialem ait: *Illis, quibus amara est mor-*
tis memoria, celanda est; sed ego hac
miserabili carne spoliari non pertimesco, 2. Cor. 5. 1.
sperans, me ad cœlestia tabernacula per-
venturum. Jordanes vero hoc morien-
ti Eberhardo Testimonium reddidit:
Beata omnino ejus mors mihi videbatur,
ex eo, quod cum ipsius obitum mihi do-
loris & perturbationis materiam futu-
rum esse crederem, me potius sancta læti-
tia repleri senserim.

§. XLVIII.

S. Dominici obitus.

Celebrato Capitulo, S. Dominicus ali- *Th. c.8. 12.*
quamdiu Bononiæ commorans, & *Jord.c.52.*
non nunquam illius civitatis Clericos a- *Th.5. c. 1.*
micos suos invisens, cum quadam die
de contemptu mundi & vitæ præsentis
ludibrio disseruisset, subito valedicens,
videtis me hodie sanum, inquit, *sed ante*
Beatæ Dominæ nostræ assumtæ Festum

Sæcul. XIII. A.C. 1221.

migrabo ad Dominum. Exinde Cardinalem Hugolinum, in Longobardia S. Sedis Legatum, adiit, cum eo de Ordinis sui propagatione consultaturus; unde Bononiam reversus est, mense Julio eeunte, labore itineris & æstu, illo anni tempore intolerabili, summopere fatigatus. Nihilominus ubi domum pervenit, cum Priore, nomine Venturo Veronensi, & Cellario, nomine Rudolpho Faventino, de variis Ordinis negotiis usque ad noctem deliberavit. Ubi tempus monuit, cubitum discedendum esse, illi instantissime rogare Dominicum; quietem usque adeo necessariam sibi ipsi indulgeret, & a Psalmis matutinis abesset. Ipse vero ad Ecclesiam processit, & postquam ibi pro more suo noctem orando transegisset, etiam matutinis interfuit.

Quibus persolutis, dixit ad Priorem, caput sibi dolere, ac protinus eum morbus invasit, ex quo decessit, videlicet violenta febris, quam alvi tormina comitabantur. Tanta fuit ægrotantis patientia, ut nihilominus semper hilaris conspiceretur. Noluit in lecto decumbere, sed, ut adsueverat, super saccum jacebat. Extremum vero tempus imminere sentiens, Noviciis in conspectum adduci jussis amorem Dei & Disciplinæ regularis in Ordine suo commendavit.

Tum

Tum Priore & compluribus aliis Presbyteris convocatis, generaliter omnia peccata sua confessus, adjecit: *Huc usque, Deo custodiente, virginitatem servavi, quam si & vos illibatam vultis, omne cum mulieribus commercium, quod periculo non caret, fugite. Huic virtuti si paupertatem jungitis, Deo amabiles eritis & utiles proximo, sparso bonæ famæ odore. Deo ferventi animo servite, & hunc Ordinem omnibus viribus propagate.* Super omnia inculcavit paupertatem Evangelicam, tanquam Instituti Prædicatorum fundamentum, & ne istam constitutionem prudentia carnis everteret, severe prohibuit, addita divinæ suæque maledictionis comminatione, ne possessio rerum temporalium in Ordinem introduceretur. Sæcul.XIII. A.C.1221.

Obiit S. Dominicus, jacens in cinere, die Veneris sexta Augusti anno millesimo ducentesimo vigesimo primo. Super nudum corpus catena ferrea ad modum cinguli inventa est. Sepultus est Bononiæ apud Fratres suos, parentante Cardinale Hugolino, qui viventis virtutes maximi fecerat, & amicitiam singulari affectu coluerat, tunc præsens, cum Dominicus Napoleonem a mortuis revocavit. Præter hunc Cardinalem defuncti exequias honorarunt illi Præsules, qui Sacræ Sedis Legatum obse-

Sæcul. XIII. A. C. 1221.

quii cauſa comitabantur, atque etiam Patriarcha Aquilejenſis, quidam Epiſcopi, Abbates, & maxima populi frequentia. Complura miracula edita Dominici ſepulchrum illuſtre effecerunt. Ceterum Vir ſanctus a natura acceperat ſtaturam mediocrem, venuſtiſſimum corporis habitum, decoram faciem, colorem purpureum, nitentem barbam & flavam cæſariem, micantesque oculos, quibus omnium ſe intuentium venerationem & amorem rapiebat. Semper jucundus videbatur, niſi forte proximi patientis commiſeratio ad mœrendum compelleret. Vox ejus erat amœna, blanda, & more tubæ ſonora. Ad Cœleſtia autem abiit anno ætatis quinquageſimo primo (*).

§. XLIX.

(*) Tandem Natalis Alexander poſtquam varia de Ordinis ſui Sancto Patre retulit, ex Magiſtro Alexandro, poſtea Ceſtrenſi Epiſcopo, ſive ſomnium ſive parabolam cujusdam Scholaris Bononienſis narrat, quem quadam nocte in ſomnis medio campo tempeſtate nimia deprehenſum, & tres domos pulſantem, a tribus Matronis Juſtitia, Veritate & Pace repulſum, quarta ſeu Miſericordia ſuſcepit, bonumque conſilium ſuggeſſit, his verbis: *Si ab imminente tempeſtate ſalvari deſideras, vade ad Sanctum Nicolaum, ubi habitant Fratres Prædicatores.*

Sæcul.XIII.
A. C. 1221.

§. XLIX.

Pelusium amittitur.

Pelagius S. Sedis Legatus Pelusii summopere dolens, quod Cruce signati innumeri rem Christianam juvare non possent, absente Rege Hierosolymæ, datis ad eum literis rogavit, ut abjecta mora rediret. Adfuit ille, cumque communi consilio, quid agendum esset, statuissent, Rex & Legatus, magna exercitus parte arma capere & sequi jussa, ad Festum S. Petri, scilicet mense Junio exeunte, Pelusio excesserunt, & Cairum versus iter ingressi sunt, annona ad duos menses suffectura instructi. Cum ad locum perveniissent, ubi Nilus in tres latissimos alveos dividitur, æquali inter Pelu-

G. Nang. an. 1221. Godef. Mo. eod ep. ap. Math. Par. an. 1222. Abulfarag. p. 294.

---

tores, & invenies ibi stabulum Pœnitentiæ, & præsepe continentiæ, & pabulum doctrinæ, & asinum simplicitatis, & bovem discretionis, Mariam illuminantem, & Joseph proficientem, & puerum JEsum te salvantem. Hæc cum evigilaret . . . mox implevit. Post alia subjungit Natalis: *S. Dominicum inter Scriptores Ecclesiasticos non recensui.* Et ostendit deinde, quæ S. Viro tribuuntur, vel supposititia esse vel valde incerta. Verum illud admirationem movet, quod Natalis de mortuis a Sancto Viro suscitatis, & a Fleurio suo loco memoratis altissime sileat.

Sæcul. XIII. A.C. 1221.

Pelusium & Cairum distantia, navibus, quibus Saraceni fluvium junxerant, in suam potestatem redactis, in campo, quem idem Nilus alluebat, castra metati sunt. *Camel* Soldanus copias, quantas poterat ex tota Syria, fratribus suis aliisque suæ gentis Principibus sibi favventibus, contraxerat, Pelusium ex potestate Francorum liberaturus. Sed cognita eorum temeritate & multitudine, nullo justo prœlio decernere statuit, vias vero obsideri & muniri jussit, ne ex Pelusio vel annonam vel virorum supplementa acciperent, sperans, nullo militum impendio hostem deleri posse.

Non fefellit solertem Barbarum conjectura sua; nam Christiani, deficiente commeatu, & Nili se se, ut solet, attollentis fluctibus tota castra inundantibus, famelici, & lutosæ aquæ usque ad genua immersi, inducias cum Saracenis inire coacti sunt, his conditionibus: Pelusium redderent, Soldanus vero, Crucis veræ partem, quam Saladinus Hierosolyma abstulerat, restitueret, Inducias ad annos octo concederet, & omnes captivos Christianos, dato Acriam usque præsidio, dimitteret. Ita amissum est Pelusium die Mercurii, in Festo Nativitatis Beatæ Virginis, octava Septembris, anno millesimo ducentesimo vigesimo primo, postquam anno uno & decem mensi-

mensibus in potestate Christianorum fuisset. Sæcul.XIII. A.C.1221.

Funesto nuncio in Italiam delato, Honorius Papa nulli labori pepercit, quo auxilia in Terram sanctam acceleraret. Anno sequente millesimo ducentesimo vigesimo secundo, relicta Urbe, Anagniam venit, atque Imperator a Papa rogatus Verulos se contulit, ubi postquam dies quindecim mense Aprili consilia agitando consumsissent, statuerunt, Conventum frequentiorem Veronæ ad Festum S. Martini celebrare, quo Principes Christiani tam Ecclesiasticici quam Sæculares vocarentur, de re ingentis momenti, mittendis nempe in Terram sanctam supplementis deliberaturi, nam adhuc Fridericus Imperator nihil magis sibi curæ esse affirmabat. Papa ad hoc Colloquium Veronense invitavit Joannem Regem Hierosolymæ & Pelagium Episcopum Albanensem, in Oriente Legatum, cui Epistolam, Verulis vigesima quinta Aprilis anno millesimo ducentesimo vigesimo secundo datam scripsit.

Ric. S. Ger. an. 1222.

ap. Rainard. 1222. *n.* 2.

§. L.

Ecclesia Latina in Cypro & Romania.

Inter hæc ad aures Summi Pontificis pervenerat, non nullos Episcopos Græcos

Sæcul. XIII. A.C. 1222.

cos in Insula Cypro Jurisdictionem sibi arrogare in illas Diœceses, in quibus Episcopi Latini a S. Sedis Legatis positi fuerant. Rex Cypri Henricus Lusignanus, vel verius ejus Senatus, nam ipse necdum prætextam depositam fuerat, datis ad Papam literis rogaverat; concederet, Græcos ab Episcopis Græcis regi, etsi Romanæ Ecclesiæ non subjectis, ut sic concordia conservaretur. Cui Papa respondit: id se nequaquam esse passurum, quandoquidem duo Episcopi in una Ecclesia monstrum exhiberent, haud aliter, quam si uni corpori humano duo capita imponerentur. Tum addit: *Quare Patriarchæ Hierosolymitano, & Archiepiscopis Tyriensi ac Cæsariensi præcipimus, ne hujusmodi Episcopos Græcos in illis Diœcesibus cum potestate Episcopali versari amplius sinant. Sed Presbyteris & Diaconis Regni Cyprensis districte injungimus, ut Archiepiscopo & Episcopis Latinis, ubi instituti sunt, obtemperent, & tanquam filii obedientiæ Ecclesiæ Romanæ, Matri suæ, obsequantur.* Hæc Epistola die trigesima Maji anno millesimo ducentesimo vigesimo secundo data.

6. *ep.* 127.

c. 9. *Sup. Lib. LXXVII.* §. 40.

Superius notavimus, in ultimo Concilio Lateranensi fuisse prohibitum, ne in urbibus, in quibus Latini cum Græcis permixti degebant, duo Episcopi essent, sed

sed statutum, ut Græci etiam Catholici, suæ Nationis Vicarium haberent. Sæcul.XIII. A.C.1222.

Robertus Imperator Constantinopolitanus ad Honorium Papam miserat Priorem S. Sepulchri urbis Constantinopolitanæ cum Epistola, cui Papa respondit in hunc ferme modum: *Gratias Deo diximus, quod, Joannis Cardinalis S. Praxedis opera, materia antiquæ & scandalo plenissimæ inter Ecclesiam Constantinopolitanam & Imperium discordiæ sublata, pax solide reducta fuerit. At vices tuas paterno affectu dolemus, cum tam te quam Imperium undique ab inimicis fidei Orthodoxæ deprimi & affligi asseras. Quare omnes illos, qui contra te & Constantinopolitanum Imperium Græcis adhæserint, ipsisque præstiterint auxilium & favorem, excommunicationis mucrone perculimus, & mandavimus, excommunicatos in civitatibus maritimis denunciari. Contra nobili viro Huberto Comiti de Blandraco & sociis ejus in subsidium Imperii tui proficiscentibus Indulgentiam, quam in auxilium Terræ sanctæ transfretantibus impertiri solemus, concessimus.* Hæc Epistola vigesima septima die Junii anno millesimo ducentesimo vigesimo secundo data est. Eadem quoque die literas eodem argumento ad Imperii Proceres scripsit Papa, etiam atque etiam eos omnes

ap. Rainald. n. 14.

6.ep.447.

Sæcul. XIII. A. C. 1222.

omnes cohortatus, ut Roberto Regi obsequerentur, & ipsi animis conjuncti essent. Quia vero inter hostes Latini nominis Theodoro Comneno Epiri Principe nemo ferocius imminebat, Papa datis ad eum literis monuit, hortatus est ac rogavit, ut ad pacis perpetuæ fœdera cum Roberto Imperatore pangenda animum adjiceret.

Cum graves querelæ ad aures Honorii Papæ contra Mathæum, quem ad Dignitatem Patriarchalem urbis Constantinopolitanæ evexerat, delatæ fuissent, die decima septima Junii dedit ad eum Epistolam in hunc ferme modum: *Missam rarissime celebras, cum excommunicatis communicas, pacta iniqua contra alias nationes cum Venetis iniisse dicaris. Quos Legatus noster excommunicavit, absolvis, Appellationis ad Nos interjectæ nulla tibi ratio est, monitum ergo te volumus; ne nos ad destruendum in te opus nostrum compellas. Sape tibimetipsi, & errata emenda.*

7. ep. 374.

§. LI.

Imperatores Græci Niceæ & Thessalonicæ.

Niceph. Greg. lib. 2. c. 1.

Hoc anno millesimo ducentesimo vigesimo secundo, Theodoro Lascari Imperatori Græcorum Constantinopolitano,

tano, Niceæ ſedem tenenti, poſtquam annos octodecim, capta Conſtantinopoli, imperaſſet, ſine prole fatis functo, ſucceſſit Joannes Ducas Vatacius, ejus gener, qui Theodori filiam Irenem uxorem acceperat. Joannes annum ætatis agebat vigeſimum ſeptimum, tribusque haud plus annis in ſolio ſedit, Princeps rebus gerendis aptus, negotiis intentus, & propoſiti tenax, conſilia amicorum explorabat, nihilque intentatum relinquebat, quo deſtinata exequeretur. Unde ipſo imperante res Latinorum ſemper in pejus ruere viſæ ſunt. In alia Orientis parte Theodorus Comnenus, cum abeſſet Demetrius Rex Latinus Theſſalonicæ, in Italiam profectus ad contrahenda auxilia, tempore uſus, Theſſalonica occupata, Imperatorem ſe appellari juſſit, atque Archiepiſcopo Theſſalonicenſi ei coronam imponere recuſante, ab Archiepiſcopo Acridano ſeu Locridano in Bulgaria, jam ab ætate Juſtiniani Imperatoris Primatum conſecuto, coronatus eſt. Ita Principes in orbe quatuor exiſtebant, Robertus Cortenacenſis, tunc urbis Conſtantinopolitanæ Dominus, Joannes Vatacius Niceæ, David Comnenus Trapezunte, & Theodorus Angelus Comnenus Theſſalonicæ reſidens, Imperatoris Conſtantinopolitani nomine gloriabantur. Joannem

Sæcul. XIII. A.C. 1222.

Georg. Acrop. n. 18.

Sup. Lib. XXXII. §. 50.

Sæcul. XIII. A. C. 1222.

Vatacium Imperatorem Manuel *Charitopulus* Patriarcha coronavit; nam Michaele Autoriano defuncto, Theodorus Ironicus cognomento *Copas* die Dominica vigesima Septembris anno millesimo ducentesimo decimo quinto ordinatus fuerat. Ei, elapso sexennio, anno millesimo ducentesimo vigesimo primo, successit Maximus, Monachus Abbas Acrometarum, qui istud in Ecclesia fastigium feminarum in Regia dominantium favori in acceptis referebat. Verum tanto honori Maximus amplius quam mensibus sex superstes non fuit, eique Manuel *Charitopulus*, cognomento Philosophus, subrogatus est.

Acrop. n. 19. Catalog. Jus Græc. Rom. Sup. lib. LXXVI. §. 25. V. Leo. Allat. de consen. p. 723

§. LII.

S. Engelbertus Germaniæ Rector.

Anno millesimo ducentesimo vigesimo, postquam Fridericus Imperator Henricum filium suum natu majorem in Comitiis Francofordiensibus Regem Romanorum salutari curasset, in Italiam profectus, eumdem cum Vicarii potestate in Germania reliquerat. Quia vero necdum annos pueriles erat egressus, fratrii adolescentiam Principibus commendavit, eique Tutorem ac Imperio in Germania Moderatorem addidit Engelbertum, Archiepiscopum Colonienſem, cujus viri merita satis perspecta sibi habebat.

Alb. Stad. & Godefr. 1220. Sup. n. 37.

bebat. Engelbertus, Imperii Principibus Aquisgranum advocatis, die octava Maji anno milleſimo ducenteſimo vigeſimo ſecundo, Dominica ante Aſcenſionem, ſolemni ritu juvenem Regem unxit, quem amabat ut filium, ac reverebatur ut Regem; nam auctoritate, ſibi ab Imperatore commiſſa, non alio conſilio, non alia mente utebatur, quam ut in omnibus ordinibus regnaret Juſtitia. Quod ſtrenuo viro hinc odium improborum, rapto vivere cupientium, inde bonorum omnium, maxime mercatorum, benevolentiam & amorem conciliavit. Ad comprimendos Rebelles, duos quos acceperat gladios, ſpiritualem tanquam Epiſcopus, & ferreum tanquam Dux adhibebat. Ita Cæſarius monachus ipſius vitæ Scriptor loquitur. Alios excommunicabat, alios armis frangebat, nec enim a tempore S. Brunonis, Imperatoris Ottonis I. fratris, Archiepiſcopum Colonienſium alter Engelberto potentior occurrit. Is multas ditiones & multa Feuda, longo tempore Eccleſiæ ſuæ ſubtracta, vindicavit, aliis rebus immobilibus coemtis locupletavit, turres, arces, aliaque ædificia magnifici plane operis extruxit. Aliquando viris Religioſis, ipſum reprehendentibus, quod vectigalia a populo exigeret, factum excuſans dixit; ſe ſine auro pacem pa-

Sæcul. XIII. A. C. 1222.

Godef. 1222.

Sup. Lib. LV. n. 43.

c. 6.

Sæcul. XIII. A.C. 1222.

triæ conservare non posse. Fame illam regionem anno millesimo ducentesimo vigesimo quarto premente, cum ne quidem numerata pecunia frumentum comparari posset, annonam coemit, atque ipso curante ex provincia Moguntina advectam in monasteria, in quibus maxime erat panis penuria, distribui jussit.

§. 8.

§. 9. Quippe Engelbertus viros Religiosos diligebat ac Præpositorum suorum loco honorabat.

Presbyteros quoque etiam pauperrimos honore prosequebatur, quos de sua patina pascebat, & de poculo suo, postpositis Nobilibus sæcularibus, potabat.

§. 7. Cum non nulli Fratres novi Instituti Prædicatorum & Minorum Coloniam venissent, & quidam ex Clericis eos lacessentes, varias querelas Engelberto Archiepiscopo exposuissent, ille respondit: *Quamdiu res bene cedit, finite eos suo more vivere.* Atque eorum accusatoribus, viris in Capitulo Cathedrali dignitate præditis, & Parochis, instantibus: *Timemus, ne Fratres isti, illi ipsi sint, de quibus S. Hildegardis vaticinata est, futurum, ut opprimant Clericos, & salus Civitatis periclitetur*, iterum Archiepiscopus: *Si hoc vaticinium Deo adspirante editum est, quidquid contra moliamini, implebitur.* Quo responso jurgia compescuit.

§. LIII.

§. LIII.

Sæcul.XIII. A.C.1222.

Raimundi Senioris, Comitis Tolosani, obitus.

In Occitania Albigenses, Simone Montfortio fatis functo, viribus superiores evaserant, Conrado Sacræ Sedis Legato nequicquam resistente. Is Præsul gente Germanus Eginonis Urachii Comitis *de Seinen* filius, Bertoldi Ducis Thuringiæ nepos, primo Præbenda ad S. Lambertum Leodii donatus est. Tum relicto hoc Beneficio, & blandæ spei Dignitates Ecclesiasticas consequendi generose renuncians, Monachum in Abbatia Villariensi, Ordinis Cisterciensis, ejusdem Diœcesis, induit. Conradus initio illius Monasterii Prior, tum anno millesimo ducentesimo nono Abbas ibidem, anno millesimo ducentesimo decimo quarto Abbas Claræ-vallensis, & anno millesimo ducentesimo decimo septimo Abbas Cisterciensis fuit. Quem exacto deinde biennio anno millesimo ducentesimo decimo nono Honorius Papa, eximiis viri dotibus exploratis, Cardinalem Episcopum Portuensem creavit. Eumdem anno sequente millesimo ducentesimo vigesimo Legatum in Franciam contra Albigenses misit, cum mandatis; Episcopos & Principes ad reprimendos

Ital. Sac. to. 1. p. 150.

Cæsar. dist. 3 c. 33.

Gall. Chron. to. 4. p. 943. &c.

Duchesne to. 5. p. 773. epist. ap. Rain. an. 1221. n. 41.

Sæcul. XIII. A. C. 1222.

Hæreticorum conatus excitaret. Quin Papa Capitulis Ecclesiarum Cathedralium vacantium prohibuit, ne Legato suo inconsulto Episcopos eligerent. Hæc ex ejus Epistolis anno millesimo ducentesimo vigesimo primo datis cognoscuntur.

Anno sequente Honorius Papa ad Regem Franciæ Philippum literas exaravit in hunc modum: *Scire autem debet, Fili carissime, quod sæcularis potestas tenetur rebelles gladio materiali comprimere, quos spiritualis gladius non potest a sua malitia cohibere. Principum est, purgare improbis hominibus terras suas, ad quod etiam, si negligentes extiterint, a S. Ecclesia possunt compelli. Excellentiam igitur tuam decet, si honori & saluti tuæ consultum cupis, Hæreticos de Regno tuo celeriter ejicere, ne terras, quas adhuc tenent Catholici, in illis provinciis amittant, & pestis illa, quod timendum est, regiones etiam propinquas corripiat. Quare Excellentiam tuam rogamus vehementius, & exhortamur in Domino, quin etiam in remissionem peccatorum tuorum injungimus, Regia potestate occupa totam terram, quam Comes Montfortius, tanquam Feudum tuum in illis regionibus tenuit, cum eam suis viribus tutari non possit, eamque tibi jam prius, jure legitimo, per Episcopos Nemausensem & Bi-*

6. ev. 395. Rain. 1222. n. 45.

terren-

terrensem, *literas tuas*, *quas vidimus*, *deferentes*, *obtulerit*. Hæc Epistola die decima quarta Maji anno millesimo ducentesimo vigesimo secundo data est. Sæcul.XIII. A.C. 1222.

Interea Comes Raimundus, dictus senior, quod filium haberet ejusdem nominis, quiete rerum potiebatur in Tolosa urbe, ubi mense Augusto eodem anno millesimo ducentesimo vigesimo secundo subita morte defunctus est. Illo mane ad orandum processerat ad Beatam Virginem vulgo *de Daurade*, & quia a Communione Fidelium erat exclusus, extra portam Ecclesiæ, ut solebat, permanserat. Rediit illuc pransus, quamvis dolores corpus premerent, tam infirmum, ut sine adjuvante surgere non posset. Tum cum in quamdam domum parochiæ S.Sernini divertisset, & aliquot ficus comedisset, invalescente malo, misit de suis, qui Jordanem Abbatem S.Sernini celeriter accerserent, ut ab eo reconciliaretur Ecclesiæ, & Viaticum acciperet; nam magnum dolorem, quod Communione Ecclesiæ privatus esset, profitebatur. Verum ubi Abbas advenit, Comitem vox defecerat; brachia tamen porrexit, levatis in cœlum oculis, manusque suas junctas inter Abbatis manus, usque dum expiravit, tenens, sinceræ contritionis signa edidit.

Duchesne to. 5. p 773. G. de Pod. Laur. c.34. Catel. Comt. p. 317. Bern. Guid. p.43.

Sæcul. XIII. A. C. 1222.

Annis abhinc quatuor Comes Raimundus Ordini Hospitalariorum S. Joannis Hierosolymæ, qui Tolosæ domum habebant, nomen dederat. Ubi ergo inaudierunt, Comitem cum morte luctari, adproperant, ac aliquis eorum Pallio Ordinis eum operit, quod cum removere alii vellent, Raimundus manibus retinuit, Crucem assutam devote exosculans.

Catel. p. 318.

Postquam animam egisset, Abbas S. Sernini elata voce dixit, pro eo orandum esse ab omnibus, servaturus sibi defuncti corpus, quod in parochia sua obiisset. At Fratres Hospitalarii illud in Ecclesiam suam S. Joannis, ubi sibi sepulchrum vivus delegerat, deportarunt. Non ausi sunt tamen eidem Ecclesiasticæ sepulturæ honorem exhibere, quod excommunicationis censura constrictus decessisset; sed ejus ossa arculæ ligneæ inclusa in Cæmeterio relicta sunt, ubi elapsis exinde annis trecentis conspiciebantur. Raimundus VII. dictus Junior parenti in Comitatu Tolosano successit, annos natus viginti quinque, bellumque adversus Amalricum Montfortium, qui etiam titulum Comitis Tolosani usurpabat, prosecutus est.

§. LIV.

§. LIV.

Sæcul. XIII. A.C. 1222.

Jordanes Fratrum Prædicatorum Miniſter Generalis.

Fratres Prædicatores hoc anno milleſimo ducenteſimo vigeſimo ſecundo, Pariſiis, ut convenerat, Capitulum ſuum Generale ad Feſtum Pentecoſtes, in diem vigeſimam ſecundam Maji incidens, celebrarunt. In quo, ut in primum Ordinis locum, S. Dominici obitu vacantem, alius ſufficeretur, Magiſter Generalis electus eſt Frater Jordanes Saxo, non obſtante, quod necdum ſuper annos duos dimidius effluxiſſet, ex quo Ordini adſcriptus fuerat. Is Ordini propagando totus incubuit, maxima cura viros huic Inſtituto idoneos exquirens. Hinc ferme ſemper in illis civitatibus morabatur, in quibus celeberrimæ florebant ſcholæ, & more ſuo alterius anni quadrageſimam Pariſiis, alterius ſequentis Bononiæ tranſigebat. Nam iſtæ civitates quaſi Ordinis Seminaria erant, unde Jordanes viros Religioſos in diverſas provincias transferebat. Ubi in alterutram harum urbium perveniebat, multas tunicas novas parari jubebat, Divinæ Providentiæ confiſus, Deo dirigente totidem Fratres Novitios aditum ad Ordinem petituros; & ecce ſæpe tot fores pulſa-

vit. S. Dom. per Theod. lib. 6 c. 1. vit. B. Jord. ap. Boll. 13. Febr. to. 4. p. 721. 726.

Sæcul. XIII. A.C. 1222.

runt, ut confectæ tunicæ non sufficerent. Sæpe Bibliam suam creditoribus pignori dedit, quoad debita Scholasticorum Ordinem amplectentium, expuncta fuissent. Ejus sermonibus tanta vis tantaque elegantia inerat, ut studiosorum eum auscultantium aviditas, sive publice, sive in Collationibus spiritualibus diceret, satiari non posset. Quamobrem quando Parisiis commorabatur, semper Jordanes perorabat ad Fratres, aut si alius verba feciſſet, ubi studiosi Jordanem adesse sciebant, ægre moveri poterant, ut discederent, nisi & ipse, postquam alii conticuissent, saltem exhortationem brevem adjeciſſet.

Hac industria Jordanes multos viros nobilitate generis, & dignitatibus, quibus præditi erant, conspicuos, multos pinguia Beneficia possidentes, in diversis facultatibus Magistros, & innumeros juvenes scholasticos, delicate enutritos, ad suscipiendum Prædicatorum Ordinem impulit. Sincere autem convertebantur, & Tyrones omnibus viribus fatagebant, perfectam cordis puritatem adipisci. Accurate confitebantur peccata sua, ac intimos conscientiæ suæ recessus scrutabantur, ut etiam levissimas maculas eluerent. Quidam confitebantur quotidie, & quidem ter, mane, vespere & in meridie, aut toties quoties con-

Theod. VI. c. 2.

conſcientia aliquod erratum exprobrabat (*). Ad repellendas tentationes, & minimos rebellium ſenſuum motus ſemper intenti, iis vel paululum cedere turpe putabant. Nulla amplius apud eos illorum negotiorum, quibus aliquando impediti fuerant, aut voluptatum, quas in Sæculo deguſtaverant, memoria ſupererat, ſed unica cura, peccata ſua plangere, corpus ſpiritui ſubjicere, & Deo ſimpliciter inhærere. Cumque penſarent Inſtituti ſui puritatem & pulchritudinem, id ſolum dolebant, quod tantam felicitatem tam ſero amplexi eſſent. Sæcul. XIII. A.C. 1222.

c. 3. Tyrones ſolicite in Diſciplina inſtituebantur, ſimulque corporis valetudini providebatur, quippe tanto fervore agebantur, ut moderamine opus eſſet. Non indigebant monitore, qui dormientes ad officium chori excitaret, ſed ſub noctem in diverſis angulis quærendi erant, ubi prolixe orabant, & ad capiendam quietem nocturnam compellendi. Silentium ſtrictiſſime a Completorio usque ad Tertiam ſervabatur. Poſt Completorium flagellis ſe cædebant. Poſt Officium nocturnum, plerique reliquum noctis orando conſumebant. Quamvis vero

Fratres Prædicatores.

c. 4.

(*) Quæſtio hic diſcuti poſſet, an hi Pœnitentes & Confitentes toties etiam Abſolutionem Sacramentalem acceperint.

Sæcul. XIII. A.C. 1222.

vero frugali mensa omnes uterentur, a liquorum tamen abstinentia singularis notabatur; nam non nulli integro oct. duo nihil potus sumebant, alii cibo fin appositio frigidam affundebant, ut sapo rem corrumperent. Complures sub ve ste Ordinis, aliunde rigida, cilicia aut cingula ferrea gerebant. Alter alteri omnis generis obsequia exhibere gesti bat, mira caritate. Castitatem impen se colebant, atque aliquis ex eorum Pres byteris testatum faciebat, quod intra breve temporis spatium Confessionem generalem centum Fratrum audivisset, qui Virginitatem illibatam servaverant. Nec mirum, quoniam singulari devotio ne Sanctæ Virgini addicti erant.

c. 5.

c. 6.

Prædicationem pro salute animarum tanquam Instituti sui fundamentum æsti mabant, & aliqui, fervidi quidem sed simplices, cibum non ante cupiebant, quam Verbum Dei saltem uni mora lium annunciassent. Eorum sermones erant ornatu destituti, sed ex ardenti a nimo profecti, Deusque scientiæ defe ctum supplebat, verbis eorum tribuens efficaciam, qua plurimi auditorum con vertebantur. Exeuntes ad prædican dum nihil portabant nisi Evangelium S. Mathæi & septem Epistolas Canonicas, ut S. Dominicus jusserat. Quoties in Capitulis Generalibus profectio ul-

c. 7.

tra

tra mare, aut ad Barbaros, Fratribus offe- Sæcul. XIII.
rebatur, permulti humi proſtrati & la- A.C.1222.
crymis perfuſi rogabant, ut ad hujusmodi Miſſionem adhiberentur; usque adeo ſalutis animarum & Martyrii deſiderio movebantur. Hæc erat illa ætate Fratrum Prædicatorum vita, referente Theodorico de Apoldia, qui, exinde poſt annos ferme ſexaginta ſcribens, querebatur, quod primus fervor jam multum remiſiſſet. At Jacobus Vitriacus, ipſi S. Dominico & Beato Jordani coævus, de eorum Diſcipulis, quos Canonicos Bononienſes vocat, loquitur in hunc modum: *Hi Fratres, abjecta omni rerum temporalium cura, non plus eleemoſynæ accipiunt, quam ſobrie viventibus in illum diem neceſſarium eſt. Ter in ſeptimana carnibus veſcuntur, ſi apponantur. Manducant in communi Refectorio, in Dormitorio cubant, & Officium Canonicum in Eccleſia decantant. Numero Studioſorum Bononienſium adſcripti ſunt, aliquis eorum quotidie Fratribus materiam ex SS. Literis prælegit, & ipſi omnibus diebus Feſtis, auctoritate a Summo Pontifice accepta, Verbum divinum prædicant, vitam Canonicam prædicationi conjungentes. Magno ardore ſalutem animarum quærunt, atque hæc Sancta Congregatio in dies augetur.* *Hiſt. Occid. c. 27.*

§. LV.

Sæcul. XIII. A. C. 1222.

§. LV.

S. Raimundi de Pegnafort *Exordia.*

vit. ap. Boll. 7. Jan. to. 1. p. 408.

Eodem anno milleſimo ducenteſimo vigeſimo ſecundo Inſtitutum Fratrum Prædicatorum ſuſcepit S. Raimundus de *Pegnafort*, ingens Ordinis ornamentum, & Magiſter tertius Generalis futurus. Is Barcinone natus ex nobili familia in literis ita profecit, ut ubi ad annum ætatis vigeſimum perveniſſet, Artes liberales gratis in eadem civitate docuerit. Tum Bononiam delatus, cum ibi Juri Canonico & Civili egregiam operam navaſſet, Doctor creatus eſt, & prælegit Jura Eccleſiaſtica, initio quidem nullam a Diſcipulis mercedem accipiens. Poſtquam vero Senatus Bononienſis penſionem aſſignaſſet, Raimundus ejus Decimam parocho ſuo bona fide dedit. Jamque hoc munere aliquot annis functus erat, ac ejus doctrinæ fama in Italiam totam pervolaverat, cum Berengarius Epiſcopus Barcinonenſis ex itinere Romam ſuſcepto Bononiam divertens, & Raimundi dotibus captus, ab eo ſummis precibus impetravit, ut Barcinonem rediret. Quo deductum paulopoſt Canonica Præbenda & Archidiaconi Dignitate in Eccleſia ſua auxit. Viri pietas, mo-

modestia, ceteræque virtutes effecerant, ut maximi haberetur ab omnibus, inprimis vero ab Episcopis & Proceribus. Verum ubi vitæ rationem Fratrum Prædicatorum, nuper in urbem Barcinonem admissorum, cognovit, eo Instituto mire delectatus, relictis omnibus illud amplexus est, vestemque Ordinis induit in Feria VI. quæ erat Paraſceves, prima Aprilis, anno Domini millesimo ducentesimo vigesimo secundo, ætatis suæ circiter quadragesimo quinto. Sæcul. XIII. A.C. 1222.

Raimundi exemplum complures viros tam doctrina quam Natalibus inclytos ad sequelam pertraxit, unde Ordini Prædicatorum Barcinone haud modicum incrementum accessit.

§. LVI.

Concilium Oxonienſe.

Redibat Angliæ quies, turbis tandem compositis, quibus, regnante Joanne *sine terra*, agitata fuerat. Atque ut Disciplinam Ecclesiasticam quoque reveheret Cardinalis Stephanus Langtonius Archiepiscopus Cantuariensis Sacræ Sedis Legatus Concilium in Monasterio Osnicensi prope Oxonium, ad Festum S. Barnabæ, quod in diem undecimam Junii incidit, celebravit. Fuit vero Concilium totius Angliæ Generale, in quo Canones quadraginta novem conditi, Con- *Math. Par. & M. Westmon. 1222. to. II. Conc. p. 270.*

Sæcul. XIII. A.C. 1222. Constitutionibus ultimi Concilii Lateranensis consentanei, quibusdam aliis Statutis adjectis. Canones nomine Archiepiscopi eduntur, sed addita diserte clausula, ista tum auctoritate tum approbatione Concilii decerni.

c. 1. 12. In primo Canone generatim excommunicantur Ecclesiasticorum jurium perturbatores & Regni, perjuri, calumniatores, aliique delicti infamis rei.

c. 2. Tum officia Episcoporum memorantur, & monentur Antistites; horis competentibus pauperum querelas audiant, in persona propria confitentes audiant, in Ecclesiis suis Cathedralibus saltem Majoribus Festis & aliqua parte Quadragesimæ resideant, formam suæ Professionis in sua Ordinatione prolatam bis in

c. 4. anno coram se legi jubeant. Episcopi Beneficia præsentatis conferre ultra duos menses non differant. Quod non nulli

c. 6. avaritiæ causa faciebant. Nullus Sacerdos Missarum solemnia celebret bis in die, excepto die Nativitatis & Resurrectionis Dominicæ, vel in Exequiis defunctorum, præsente funere, in quo casu Presbyter ablutionem post primam Missam non sumat. Duæ Missæ in Paschate, ut conjicere licet, erant, illa nocturna, quam in Sabbato celebramus, & altera ipsius Festi. Et forte ambæ Missæ continuo tempore celebrabantur, quod

quod in Festo Nativitatis Domini solemus. Sæcul.XIII. A.C. 1222.

Festa deinde enumerantur, quæ omni veneratione serventur. Ac inter alia, omnia Festa Beatæ Virginis, excepto Festo Conceptionis, quam celebrandi necessitas non imponitur. In Hebdomada Paschali non solum dies Lunæ & Martis, sed etiam dies Mercurii, Feriæ sint. Festum S. Augustini in mense Majo celebretur. Est hic Apostolus Angliæ, cujus memoria vigesima sexta hujus mensis colitur. Præterea S. Thomæ Cantuariensis Translatio, quæ annis abhinc duobus, videlicet postridie Octavæ S. Petri, septima Julii, anno millesimo ducentesimo vigesimo, Honorio Papa, edita Bulla, jubente, peracta erat, celebrari præcipitur. Ante biennium enim Stephanus Archiepiscopus, Rege, & cunctis ferme Episcopis, Præsulibus, Regni proceribus, multis Præsulibus Franciæ aliarumque Regionum præsentibus, corpus S. Thomæ, ex sepulchro marmoreo, in quo annis quinquaginta quieverat, expromtum, in arcam auream gemmis ornatam transposuerat. Festis recensitis, Concilium Oxoniense Vigilias seu dies jejunii statuit, & inter alia præcipit, ut tota hebdomada ante Natalem Domini jejunetur.

c. 8.

Sup. Lib. XXXVI. § 55.

Math. Par. an. 1220.

M. Vesim. eod.

Ep. S. Tho. p. 883.

Sæcul XIII. A.C. 1222.

Vicariis perpetuis ad minus reditus quinque marcarum assignentur, nisi forte in illis partibus Walliæ, in quibus Vicarii minori stipendio sunt contenti.

c. 16. In quolibet Archidiaconatu Episcopus Decanis ruralibus, Parochis & Presbyteris Confessarios constituat; sed in Ecclesiis Cathedralibus Canonici Episcopo, aut Decano, aut viris ab Episcopo & Capitulo designatis confiteantur. Ergo iis

c. 18. non licebat, cuicunque vellent Presbytero confiteri.

c. 30. Judices, quales sunt Archidiaconi & Decani Rurales, Partium litigantium amicam Transactionem non prohibeant, nec ideo aliquam pœnam eis infligant.

Beneficia Ecclesiastica possidentes in

c. 37. Fundis Laicalibus domos non extruant, quo Beneficiorum suorum fructus reponant, necessitati pauperum designatos. Videlicet hujusmodi depositа nepotibus suis vel filiis, vel concubinis servabant.

Viri Religiosi Officiis vacantes, & Præpositi, bis in anno Congregationi rationem reddant, quantum acceperint, & quantum expenderint. Nec Moniales nec Religiosi zonas sericas habeant, nec auri vel argenti ornamenta addant.

eod.

c. 38. Vestes nec ex pannis pretiosis nec nimis longæ sint. Pecunia Religiosis ad comparandas vestes non detur.

c. 43. 45.

In uno loco dor-

dormiant, singuli lectos suos habentes. In Refectorio omnes comedant, nec ullus aliquid singulare sibi expetat. Non exeant piæ peregrinationis causa, nec ad invisendos propinquos suos, & sine licentia Præpositi sui unquam pedem efferant. Non suscipiatur monachus infra annum ætatis suæ decimum octavum. Numerus Monialium facultates Monasterii non superet, nec patiantur Episcopi, ut plures recipiant. Illi Sacerdoti confiteantur, quem eis Episcopus præposuerit. Hæc mihi in hoc Concilio Oxonienſi præ ceteris notatu digna visa sunt.

Sæcul.XIII. A. C. 1222. c. 44.

Paucis diebus antequam celebraretur, captus est quidam sycophanta, qui vulnera quinque Crucifixi Domini nostri in manibus, pedibus & latere circumferebat. Is publice in ipso Concilio propria confessione convictus, secundum judicium Ecclesiæ pœnas dedit (*).

(*) In Notis ad Acta subjungitur: *In eodem Concilio damnatum fuisse, quemdam, qui vulnera quinque Crucifixionis gestaret in latere, pedibus, manibusque, referunt Mathæus Westmonasterienſis in Florib. Historiæ, & Bzovius ad annum millesimum ducentesimum vigesimum secundum n. 20. ex M. S. Vaticano.* Ceterum hunc Præstigiatorem secundum Judicium Ecclesiæ in quoddam Monasterium ad agendam perpetuo pœnitentiam fuisse detrusum credidero.

Sæcul. XIII. A. C. 1222.

§. LVII.

Cædes Episcopi in Scotia.

In Scotia exorta lite inter Episcopum Cathenensem seu Dornocensem ejusque Diœcesanos de Decimis ac quibusdam aliis Ecclesiæ suæ juribus, res ad Regem delata, & quorumdam virorum Ecclesiasticorum opera composita est. At ecce Episcopo ad propria redeunte, Diœcesani acrius commoti, quod contra ipsos Ecclesiæ suæ causam strenue egisset, in eum irruunt, atque vestibus spoliatum, cæsum, lapidatum, bipenni ad mortem vulneratum, tandem in coquina propria, ejus interitus avidi, concremant. Interea Rex Scotiæ in Angliam proficiscebatur, gravia Regni sui negotia transacturus, jamque ad extrema Ditionis suæ pervenerat, cum patratum scelus inaudiit. Tunc vero dolore obrutus, dilato itinere, & contracto exercitu, ad perdendos malos se accinxit. Episcopi autem Scotiæ, datis ad Honorium Papam literis, tetrum facinus retulerunt, rogantes, ut Regem hortaretur, ne immanes paricidas relinqueret impunitos. Papa itaque, dilaudato Regis fervore pro libertate Ecclesiæ, eum ad persequendum Episcopi interfectores excitavit. Præcepit etiam Episcopis, ut paricidarum & omnium conscriorum ter-

ras

ras Interdicto Ecclesiastico ferirent. Hæc omnia ex Epistola Pontificis, ad Episcopos Scotiæ die decima tertia Februarii anno millesimo ducentesimo vigesimo tertio Romæ data, cognoscimus. Sæcul. XIII. A.C. 1223. *7. ep. 75. Rain. 1223. n. 50.*

§. LVIII.

Friderici & Regis Hierosolymæ fœdus.

Colloquium, quod Honorius Papa in causa Belli sacri ad Festum S. Martini hoc anno millesimo ducentesimo vigesimo secundo Veronæ celebrandum indixerat, non prius quam anno sequente Ferentini in Campania habitum est. Adfuerunt Fridericus Imperator, ex Sicilia regno suo advectus, Joannes Rex Hierosolymæ, qui cum Patriarcha mare trajecerat, Episcopus *Bethlehem*, Magister Hospitalariorum, Præfectus Templi, Magister Equitum Teutonicorum, multique alii ex diversis Regionibus viri. Papa quoque, etsi crure altero male affecto, Roma advenit. Postquam igitur de negotio sacræ profectionis diu multumque deliberatum, promisit Imperator, se a Festo proximo S. Joannis intra biennium, nempe intra annum millesimum ducentesimum vigesimum quintum, in Terram sanctam iter esse susceptorum, promissumque jurejuran- *Ric. de S. Ger.*

Sæcul. XIII. A. C. 1223.

do confirmavit, atque ut istud pactum multo magis ratum esset, ad illud quoque publice & edito jurejurando se obstrinxit, quod Jolandam, Regis Hierosolymæ filiam, tori consortem acceptrus esset, quandoquidem Constantia Imperatrix Friderici uxor anno superiore e vita decesserat. Papa, data ad Philippum Regem Franciæ Epistola, quæ in hoc Colloquio acta essent, retulit, exhortans; ad succurrendum Terræ sanctæ sua conferret, subditosque suos mitteret, quibus filiorum suorum alterum expeditionis Ducem daret. Duos enim habebat, Ludovicum, qui parenti successit, & Philippum, dictum Comitem Claromontanum. Similes literas Papa ad Regem Hungariæ, Regem Angliæ aliosque dedit.

Alb. Stad. an. 1222.

Ep. 176. ap. Rain. 1223. n. 1.

§. LIX.

Patriarchæ Alexandrini ad Papam Epistola.

Chron. Orient. p. 118. Vanslep. p. 325.

Sub idem tempus Epistola Nicolai Patriarchæ Alexandrini Honorio Pontifici redditur, quam aliquis de familia Regis Hierosolymæ attulerat. Nicolaus Patriarcha Melchita sine dubio fuerit, nam Sedes Coptorum seu Jacobitarum vacabat post obitum Joannis, *Abilbala* filii, ex illis Patriarchis numero septuagesimi quarti, in Festo Epiphaniæ, die sexta

sexta Januarii, anno Diocletiani nongentesimo trigesimo secundo, JEsu Christi millesimo ducentesimo decimo sexto, fatis functi, quo elato illa Cathedra plus quam annos decem & novem vacua extitit. Ceterum Nicolai Patriarchæ Epistola ad Honorium Papam scripta est nomine omnium Clericorum, omniumque in Ægypto Christianorum, quorum extremam calamitatem commemorat in hunc modum: *Equum in domibus nostris habere non audemus, nec mortuos nostros cum Cruce per civitatem portare. Si aliqua Christianorum Ecclesia forte ceciderit, collapsam erigere non audemus. Centum & quindecim Ecclesiæ nostræ, capto Pelusio, destructæ sunt. Quilibet in Ægypto Christianus jam annis quatuordecim & supra tributum Bizantini aurei pendere cogitur; si autem pauper est, in carcere detinetur, donec totum debitum præstiterit. Hæc pensio singulis annis centum millia Bizantinorum aureorum, monetæ Cairensis, in Saracenorum ærarium confert. Unde quantus in Ægypti terra Christianorum numerus sit, æstimare licet. Ad omnia sordida opera, & purgandas civitatis plateas Christiani mittuntur. Miserere itaque, Domine, miserere nostri! sicut Sancti expectabant adventum JEsu Christi, ita expectamus adventum filii*

Sæcul. XIII. A.C. 1223.

ap. Honor. VIII. ep. 14. ap. Rain. n. 9.

Sæcul. XIII. A. C. 1223.

vestri Imperatoris, nec nos solum, sed etiam plus quam decem millia Apostatarum, qui per terras Saracenorum dispersi sunt. Saraceni quoque, Ægypti Domini ante Saladinum, vestræ Sanctitati supplicant, ut celeriter Principem mittas, quia tota terra Ægypti vestra est. Tum in illa Epistola adjunguntur monita, quæ viam tutam Imperatori, in Ægyptum appulsuro, indicant.

§. LX.

Philippi Augusti obitus.

Math. Par. 1223.

Joannes Briennius Rex Hierosolymæ cum Magistro Hospitalariorum in Angliam trajecit, auxilia ad vindicandam Terram sanctam petiturus. Ad Octavam S. Petri, nempe prima hebdomada Julii in illud Regnum devectus, inde in Franciam rediit, ubi Philippi Regis Augusti, exequiis interfuit. Nam Philippus, annum vitæ agens quinquagesimum septimum, & Regni sui quadragesimum tertium, jam integro prope anno quartana fatigabatur, quæ tandem in febrem continuam mutata est. Cum Paciaci esset prope Ebroicum, inde repugnantibus medicis viæ se commisit, Concilio in causa Albigensium Parisiis celebrando interfuturus, quod Cardinalis Conradus Episcopus Portuensis, S. Sedis in Francia Legatus, convocaverat; id enim appa-

G. Brito. Philipp. lib. 12.

apparet ex ejus Epistola ad Archiepiscopum Rotomagensem ejusque Suffraganeos data, in qua dicit: *Quæ vidimus annunciamus. Antichristus jam hodie Præcursorem habet, quem Albigenses Papam suum appellant. Is in finibus Bulgariæ, Croatiæ & Dalmatiæ stabulatur, Albigensium Oraculum, quod in causa communi consulunt. Quidam nomine Bartholomæus, natus Carcassonæ, Episcopus Hæreticorum, & Antipapæ hujus Vicarius, ut venerationem suam profiteretur, loco, qui vulgo PORLOS dicitur, cessit, ac in Ditionem Tolosanam divertit. Nunc vero undique literas spargit, cum epigraphe: Bartholomæus, servus servorum sanctæ Fidei, tibi salutem! Idem Episcopos creat, & Ecclesias regere præsumit. Rogamus te igitur, & Summi Pontificis nomine præcipimus; infra Octavam S. Petri in urbe Senonensi præsto sis, quo alii quoque Franciæ Antistites convenient, nos in hac causa, & in omnibus, quæ ad Albigenses pertinent, suo consilio adjuturi.* Hæc Epistola, ut conjicere licet, encyclica erat, atque ad alios etiam Episcopos missa. Ceterum haud diu post Hæreticorum Antipapam fata abstulerunt (*).

Sæcul. XIII. A. C. 1223.

to. 11. Conc. p. 288.

ap. M. Paris. an. 1223.

(*) Wer wird alle Gegenpäbste und angenomme-

Sæcul. XIII. A.C. 1223.

Credibile est, hoc Concilium in gratiam Philippi Regis, interesse cupientis Senonibus Parisios fuisse translatum. Paciaco ergo excessit, Lutetiam petiturus, sed proficiscentem vetus febris ad-

Elog. to. 2 ap. Mabill. p. 603.

---

nommene Oberhäupter zählen, welche von dem römischen Stuhle abtrünnige Christen dem Pabst haben entgegen setzen wollen? Sie haben aber weder ein anders Oberhaupt, als Christus der HErr bestimmet hat, noch eine Gemeinde oder Kirche, welche die nothwendige Eigenschaften der wahren Kirche Christi an sich hätte, bis auf diesen Tag aufrichten können. Wir wollen den berühmten Bossuet hören, da er in seiner Vorrede im XXIV. Abschnitte also redet *. Ich will die Worte Kürtze halber also gleich deutsch geben. Es ist nur eine einzige Streitfrage, deren Geschichte ich im lezten Buche abgehandelt, nämlich von der Kirche. Fürwahr eine wichtige Frage, und welche allein alles entscheiden könnte, wenn sie nicht in den Büchern der Protestanten eben so verworren vorgetragen würde, als sie in sich selbst klar und deutlich ist . . . Endlich kömmt alles darauf an, daß man zeige, wo denn die Kirche vor der Reformation gewesen? Und natürlicher Weis muß solche nach dem gemeinen Begrif aller Christen sichtbar vorgestellet werden. Wie solches auch die Protestanten zu erst in der Augspurgischen und Straßburgischen *Confession* gethan. . . . .

**Histoire des Variations &c.*

Nach-

ris caloribus magis accensa Meduntæ hærere coegit, ubi die decima quarta Julii anno millesimo ducentesimo vigesimo tertio, accepto Viatico, obiit. Ut primum morbo se corripi mense Septembri anni superioris senserat, res ad conscientiam spectantes solicite composuit, condiditque Testamentum, in quo ad resarcienda damna, quibuscunque demum illata, quinquaginta millia librarum, Parisiensis ponderis, seu viginti quinque millia marcarum argenti, si marca

Sæcul.XIII. A.C.1223.

Rigord.p.96

Nachdem man aber weder eine kleine noch grosse, weder geheime noch offenbare, sichtbare protestantische Kirche, so viele Jahrhundert hindurch, hat erweisen können, hat man sich protestantischer Seits mit der Einbildung einer unsichtbaren Kirche behelfen wollen, und da man wiederum bald erkannt, daß eine unsichtbare Kirche eine mit der Schrift und allgemeinem Begrif der Christen unvereinbarliche *Chimæra* sey, haben sie auch diesen lezten Posten verlassen. Einige Protestanten haben so gar die Fortpflanzung ihrer Gemeinde in dem Pabstum selbst gesuchet.

So weit der Herr Bossuet. Wir haben auch in unsern Anmerkungen öfter gesehen, daß Mosheim nirgend schwächer und unerträglicher ist, als in der Antwort auf die Frage? Wo war euer Kirche vor Luther?

Sæcul. XIII. A C. 1223.

ca quadraginta ſolidis æſtimetur, lega-
Tum decem millia librarum Ingeburgi
Reginæ, dilectæ conjugi ſuæ, & poſt ali
Legata, Regi Hieroſolymæ tria milia
marcarum argenti, Magiſtro Hoſpitii Te-
loſani duo millia, & totidem Templarii
trans mare militantibus. Præterea in
auxilium Terræ ſanctæ impendenda cen-
tum quinquaginta millia ac quingentas
marcas argenti. Tandem omnia, quæ
teſtamento, ſcripta erant, Guarinus
Epiſcopus Silvanectenſis, Bartholomæus
de Roye Franciæ Cubicullariis Præfectus,
& Aimarus ærarii Templi Cuſtos, exe-
qui juſſi ſunt.

G. Brito. p. 249.

Duchesn. to. 5. p. 261.

Philippi Regis corpus Pariſios, &
inde ad S. Dionyſium delatum eſt. Re-
giis exequiis autem interfuere Archie-
piſcopi duo Guilielmus Remenſis &
Gualterius Senonenſis, Epiſcopi viginti
quinque, videlicet S. Sedis Legatus Con-
radus Cardinalis Epiſcopus Portuenſis,
Pandolphus Epiſcopus Norwicenſis in
Anglia, ex Provincia Remenſi Guilielmus Epiſcopus Catalaunenſis, Milo Belvacenſis, Gerardus Noviomenſis, Anſeaeus Laudunenſis, Jacobus Sueſſionenſis, Guarinus Silvanectenſis, Pontius Attrebatenſis, Godefridus Ambianenſis. Ex Provincia Senonenſi Gualterius Carnotenſis, Henricus Antiſiodorenſis, Guilielmus Pariſienſis, Philippus Aurelianenſis,

Rigord. p. 67

nensis, Petrus Meldensis, Rogerius Ni- Sæcul.XIII.
vernensis. Ex Provincia Rotomagensi A.C.1223.
Robertus Bajocensis, Hugo Constantinensis, Guilielmus Abrincensis, Guilielmus Lexoviensis. Ex Provincia Narbonensi Fulco Tolosanus. Hi nimirum erant Præsules ad Concilium celebrandum congregati. Legatus Conradus, & Archiepiscopus Remensis simul in duabus aris proximis Missam funebrem celebrarunt, quibus ceteri Episcopi, Clerici, Monachi, quorum innumerabilis erat multitudo, tanquam uni soli celebranti respondebant.

§. LXI.

Episcopi Exequiis Regis Philippi præsentes.

Operæ pretium est, non nullos Episcopos, qui his Exequiis interfuerunt, sigillatim commemorare. Archiepiscopus Remensis tunc erat Guilielmus *de Joinville*, Godefridi, Prætoris Campaniæ, filius. Is primo Archidiaconi Remensis dignitatem, deinde Episcopi Lingonensis, ac tandem Archiepiscopi Remensis, cujus possessionem die Dominica, nona Junii, anno millesimo ducentesimo decimo nono, adiit, consecutus, anno sequente Fratres Prædicatores, Parisiis a S. Dominico Remos missos, recepit. *Marlot. lib. 3 c. 26. 27.*

Sæcul. XIII. A.C. 1223.

pit. Fratres Minores quoque, & Virgines Sanctæ Claræ, Guilielmo Sedem Remensem tenente, introductæ feruntur. Eidem Honorius Papa Sacræ Sedis Legati in Francia potestatem contulit, qua ad convertendos Albigenses uteretur. Hanc ille jam anno millesimo ducentesimo vigesimo primo acceperat. Ecclesiæ vero Remensi annis septem præfuit. Archiepiscopali Dignitate Ecclesiæ Senonensis tunc fulgebat Gualterius *Cornu*, Magister celeberrimus, Henrici Clementis, Franciæ Archistrategi, filius. Is Decanus erat Ecclesiæ Parisiensis, cum Archiepiscopus Senonensis, Petro Corbelienſi die tertia Junii, anno millesimo ducentesimo vigesimo secundo, fatis functo, electus est. Gualterius in Cathedra Senonensi annis decem & novem sedit. Ecclesiam Norwicensem regebat Cardinalis Pandolphus Masca, qui, cum esset Ecclesiæ Romanæ Subdiaconus, pacis negotium inter Joannem Regem & Innocentium III. Papam solerter tractaverat. Ubi deinde Ecclesia Norwicensis anno millesimo ducentesimo decimo quarto, Joanne *Grey* defuncto vacavit, Pandolphus electus est, quem Papa Sacræ Sedis in Anglia Legati potestate, anno millesimo ducentesimo decimo octavo, auxit, atque demum anno millesimo ducentesimo vigesimo

Gall. Chron. to. 1. *G. Nangis an.* 1222.

Sup. Lib. LXXVII. §. 24.

God. p. 482. *Hon. lib.* 3. *p.* 54.

Rain. 1218. *n.* 62.

ap. Rain. 1223. *n.* 6.

gesimo secundo ordinatum, misit in Gal- Sæcul.XIII.
liam, ad Regem Philippum eo permo- A.C.1223.
vendum, ut pacem cum Rege Angliæ reduceret, vel saltem inducias prorogaret, & sic facilius auxilia in Terram sanctam pervenirent. Episcopus Parisiensis erat Guilielmus Segnelacensis, qui in Oppido S. Clodoaldi eodem anno millesimo ducentesimo vigesimo tertio in Festo S. Clementis die vigesima secunda Novembris obiit, postquam in illa Cathedra tres annos & dimidium sedisset. Sedem Aurelianensem tenebat Philippus *Berruier*, Turone natus, cujus atavus maternus, generis nobilitate & virtutibus clarus, postquam ipsius conjux in Monasterio Bellomontano se sacris votis obstrinxisset, Equitibus Templariis nomen dederat. Ejus filius postquam genuisset duas filias Flandrinam & Mathæam, ambas virtutum splendore illustres, & ipse Templariorum Institutum amplexus, ad Magisterii totius Ordinis culmen evectus est. Mathæa Geraldo *Berruier*, S. Guilielmi, Archiepiscopi Bituricensis, fratri, nuptui tradita, tres filios in lucem edidit, Archambaldum & Gervasium, qui paternum exemplum secuti, militiam amplexi sunt, & accepta Cruce se resque suas Terræ sanctæ obsequio addixerunt, & Philippum, qui se ab unguiculis Ecclesiæ addixit. Quippe

Hist. Episc. Ant. c. 56.

Sæcul. XIII. A. C. 1223.

pe eum mater, elato viro, vidua ad Ecclesiam in Festo S. Gregorii deductum, cum Missam celebrari petiisset, suis manibus super Altare Deo obtulit. Philippus Lutetiæ scientiis operam dedit, pudicitiæ amantissimus, tumque Turonem reversus, Ecclesiæ Cathedralis Canonicus, tumque etiam Archidiaconus constitutus est; sed quia plurium Beneficiorum possessionem horrebat, Officium Cantoris in Ecclesia Cenomanensi, sibi destinatum, rejecit. Quin etiam postea Archiepiscopatum Turonensem sibi oblatum repulit, Archidiaconatus officio contentus, cujus omnes partes explere, Verbum Dei prædicans, & vitæ rigidissimæ exemplum præbens, satagebat. Manasse Segnelacensi, Episcopo Aurelianensi, anno millesimo ducentesimo vigesimo primo, rebus humanis erepto, hæc Ecclesia Philippum sibi Episcopum dari vehementer cupiebat, sed timebant plerique, ne eam recusaret, qui Archiepiscopatum Turonensem non recepisset. Attamen crediderunt, eum tunc juventutis suæ memorem tantum onus subire noluisse. Nec ipsorum aberravit conjectura, nam videns, se unanimi omnium suffragio ad Episcopatum Aurelianensem vocari, acquievit, atque, anno millesimo ducentesimo vigesimo secundo, a Petro Corbelienſi Archiepiscopo

scopo Senonensi inauguratus est. Tum hanc Sedem annis quatuordecim obtinuit. Sæcul.XIII. A.C.1223.

§. LXII.

Ludovicus VIII. Rex Franciæ.

Philippo Regi Augusto defuncto Ludovicus VIII. filius ejus natu major, anno ætatis suæ trigesimo sexto, succesit, ac Remis cum Regina Blanca uxore sua a Guilielmo Archiepiscopo, die sexta Augusti, anno millesimo ducentesimo vigesimo tertio, unctus, annos tres & menses quatuor Francis imperavit. Primam ad eum Honorius Papa die vigesima quinta Octobris dedit Epistolam, consolatoriam ob mortem patris, hortatus, ut defuncti virtutes, & inprimis ejus in Sacram Sedem devotionem imitaretur. Alteram deinde scripsit die decima quarta Decembris, eamque deferendam tradidit Simoni Sulliacensi Archiepiscopo Bituricensi, Hugoni de Monteregio Episcopo Lingonensi, & Guarino Episcopo Silvanectensi, Præsulibus Regi addictissimis, quorum primi duo tunc Romæ versabantur. Hujus Epistolæ Pontificiæ Summa est: *Cum omnes Principes Christiani de defensione Ecclesiæ, Matris suæ, rationem Deo reddere teneantur, grave tibi acidere ac indignum videri debet, quod Hæretici in* *G. Nang.* 1223. *8. ep. 77. Rain. n.36. ep. 135. Rain.n.42. Duchesne to.5.p.857. 858.*

Sæcul. XIII. A.C. 1223.

regione Albigensi, intra terminos regni tui, Fidem Christianam manifeste ac intrepide impugnant. Denique si potestates Sæculi raptores persequuntur & fures, tu qui regni solium obtines, terram tuam ab Hæreticis, qui animas rebus omnibus pretiosiores furantur & rapiunt, non purgabis? Porro non absque dolore cordis & gravi mentis amaritudine videmus, omnes conatus ad extirpandam Hæresim adhibitos hucusque propemodum in cassum cecidisse, latius diffundi virus, & timendum esse, ne inficiatur regnum tuum, singulari Dei Benedictione præ aliis in Fide fundatum & confirmatum, atque ita fore, ut, præcipua parte labante, tota Ecclesia nova persecutione turbetur. Quare hortamur te & obsecramus Principem Catholicum, ac Principum Catholicorum Successorem; primitias Regni tui Deo offer, & constans JEsu Christi defendendam suscipe, securus, auxilium Ecclesiæ Romanæ non spirituale modo, sed etiam temporale nunquam tibi defuturum. Ceterum quia compertum nobis est, Amalricum Comitem Tolosanum quidquid juris in Comitatu Tolosano habet, tibi offerre, Ditionibus tuis jungendum, rogamus te, ut recipias, eo fruaris & in Successores tuos transfundas. Tibi enim ignotum non sit, Raimundum ejusque filium, spre-

tis

tis noſtris monitis, in malo contumaciter obſirmatos, jam diu a nobis anathemate fuiſſe confixos. Honorius Papa, cum hæc ſcriberet, adhuc mortem Raimundi ſenioris neſciviſſe videtur. Sæcul.XIII. A.C.1223.

§. LXIII.

Regula Fratrum Minorum confirmatur.

Sub idem tempus Honorius Papa Regulam Fratrum Minorum, Bulla die vigeſima nona Novembris anno ſalutis milleſimo ducenteſimo vigeſimo tertio, Pontificatus ſui octavo, in formæ authentica data, confirmavit. Nam S. Franciſcus videns, quam late Ordo ſuus propagaretur, credidit ſibi curandum eſſe, ut Honorius Papa Ritu magis ſolemni Inſtituti ſui rationem confirmaret, quam Innocentius non niſi viva voce approbaſſet. Iſta cogitanti per quietem quædam revelatio oſtenſa eſt. Videbatur ſibi, minutiſſimas panis micas e terra collegiſſe, quas compluribus Fratribus, fame preſſis, & ſe circumſtantibus, diſtribueret, ac cum timeret, ne micæ iſtæ ob tenuitatem e manibus ſuis elaberentur, vocem audire ex alto: *Franciſce! ex omnibus his micis unam hoſtiam fac, & de ea manducaturis porrige.* Fecit, quod jubebatur, omnesque, qui parti- *Vit. per S. Bonav. c. 4. ſub fin.*

Sæcul. XIII. A.C. 1223.

culam ſuam haud ea qua par erat devotione accipiebant, aut acceptam contemnebant, lepra infecti conſpiciebantur. Ut illuxit, Fratribus viſum narravit, triſtis, quod Myſterium non caperet. Die vero ſequente vocem de Cœlo allapſam audiit; *Franciſce, Micæ noctis præteritæ Evangelii verba ſunt, Hoſtia Regula, lepra vero quorumdam iniquitas.*

Ergo Regulam ſuam in formam breviorem contracturus, cum duobus ſociis montem aſcendit, ubi in pane & aqua jejunans Regulam conſcribi juſſit, qualem ſibi Spiritus Dei in oratione dictabat. De monte deſcendens, eam cuſtodiendam tradidit Fratri Eliæ, Vicario ſuo, qui paucis poſt diebus hoc ſcriptum per negligentiam a ſe amiſſum eſſe affirmavit. Franciſcus igitur in ſolitudinem reverſus, Regulam illico reſtituit, tanquam ex ore Dei ſibi ſuggeſtam. Ea eſt, quam ab Honorio Papa confirmari impetravit, utque Fratres ad eam obſervandam fortius incitaret, dicere ſolebat, nihil ſe ex proprio arbitrio addidiſſe, ſed omnia conſcribi juſſiſſe, prout a Deo ſibi revelata fuiſſent. Porro Regulæ hoc eſt Exordium.

Opuſc. p. 170 Vading. an. 1223. n. 12.

Fratrum Minorum Regula & vitæ obſervatione Evangelii, in obedientia & caſtitate ſine alicujus rei proprietate ſita eſt. Frater Franciſcus obedientiam &

& obsequium Honorio Papæ ejusque successoribus promittit. Ex his dispicimus, S. Franciscum semper supremum Ordinis Præpositum, Fratrem Eliam vero, ipsius Vicarium, fuisse habitum. Statuit deinde Regula, soli Ministro Provinciali potestatem esse debere, Fratres Tyrones recipiendi, quibus, postquam maturo eos examini subjecerit, si Instituto aptos inveniat, dicat; irent, & venderent sua omnia, ac pauperibus distribuerent. At in distributione bonorum postulantis ingressum Fratribus nulla pars sit. Tum Tyronibus detur habitus Probationis, nempe duæ tunicæ sine cucullo *, cingulum, femoralia, ac palliolum usque ad cingulum dependens. Exacto probationis anno promittant, se Regulam semper servaturos, & exinde tunicam gerant cum cucullo, &, si velint, etiam aliam sine cucullo. Quin si necessitas postulet, calceis utantur. Ex Fratrum vestitu paupertas eluceat, & veterem amictum resarciant, benedicentes Dominum. Ceterum alios homines molliter vestitos, & variis coloribus splendentes, aut corpusculum delicate nutrientes non contemnant, nec Dei judicium antevertant. Quilibet se ipsum solum judicet, & vilipendat.

Sæcul. XIII. A.C. 1223.

Id. n. 17.

* Capuce S. Francisci. Regula

Clerici Officium divinum more Ecclesiæ Romanæ recitent. Laici loco

Sæcul. XIII. A.C. 1223.

Psalmorum Matutinorum vicies quater *Pater Noster* recitent, quinquies Pater Noster ad Laudes, septies ad singulas
c. 3. horas minores, duodecies ad Vesperas, septies ad Completorium, ac præterea pro defunctis orent. Omnes Fratres a Festo Omnium Sanctorum usque ad Natalem Domini jejunent. Qui voluerint, antecedentes quadraginta dies ab Epiphania usque ad Quadragesimam jejunent. Reliquo anni tempore non nisi diebus Veneris ad jejunium obligentur.
c. 4. Pecuniam nec ipsi nec per tertiam personam accipiant. Nihilominus Ministri & *Guardiani* per amicos suos spirituales ægrotorum necessitati, & vestimentis Fratrum, habita frigoris & Regionis, in qua commorantur, ratione, provideant, ita tamen ut nunquam pe-
c. 5. cuniam accipiant. Fratres, qui hoc donum a Deo habent, fideliter laborent, sic ut otium devitent, & Spiritum orationis non extinguant. In mercedem laboris sui corpori humano necessaria sibi & Fratribus suis accipiant, salva humilitate & paupertate, sed pecuniam
c. 6. non tangant. Fratres nihil proprium possideant, nec domum, nec fundum, nec quodcunque aliud, sed memores, quod peregrini sint in hac terra, exeant & magna fiducia eleemosynam petant. *Hæc illa est sublimis paupertatis virtus,*

Fra-

Fratres cariſſimi, quæ vobis regnum in Cælo pariet. Ubicunque obvios Fratres habueritis, amicitia tenera & ſincera oſtendite, quod vere Fratres ſitis. Alter alteri confidenter manifeſtate, quibus rebus indigeatis, & ſi quis in morbum incidat, ceteri infirmo ita ſerviant, ut ſibi ipſis ægrotantibus miniſtrari vellent. Sæcul.XIII. A. C. 1223.

c. 9.

Nullus Fratrum populo Verbum Dei prædicare præſumat, niſi cui Miniſter Generalis, ad examen vocato, licentiam conceſſerit. In illa Diœceſi, in qua repugnat Epiſcopus, non prædicent. Sermo prædicantis ſit ſimplex, caſtigatus, & ad ſalutem audientium unice tendens. Paucis verbis naturam vitiorum & virtutum, pœnasque æternas ac cœleſtem gloriam exponant. Si cui Deus mentem ingerat ad Infideles proficiſcendi, facultatem abeundi petat a Miniſtro Provinciali, qui eam viris ſolummodo tanto operi idoneis tribuat.

c. 12.

Omnes Fratres Miniſtro Generali obedire teneantur. Quo vita functo, Miniſtri Provinciales & Guardiani in Capitulo Pentecoſtes ſucceſſorem eligant. Capitula evoluto ſemper, plus minusve, triennio, ut viſum fuerit, in urbe a Generali præſtituta, celebrentur. Si omnes Provinciales & Guardiani arbitrati fuerint, Generalem adminiſtrando Ordini parem non eſſe, alium eligere

c. 8.

Sæcul. XIII. ꝟ A.C. 1223.

teneantur. Soluto Capitulo Pentecostes Provincialibus & Guardianis alia particularia eodem anno celebrare liceat. *Ministri a Papa quemdam Cardinalem Tutorem & Protectorem hujus societatis petant, ut semper Ecclesiæ Romanæ simus omnino subjecti, atque humilitatis & paupertatis Evangelicæ amantissimi.*

c. 7. Si aliquis Fratrum hujus modi peccatum mortale commiserit, de quo Ordinis statuta præcipiunt, ut reus Ministrum Provincialem adeat, res nullatenus differatur, Minister vero pœnitentiam ei injungat, si Sacerdos sit, si ipse non sit, eam a Sacerdote sui Ordinis injungi curet. Inprimis iræ semper potentes sint Fratres, & occasione peccatorum alienorum se ipsos turbari non patiantur, nihil enim magis Caritatem quam hujusmodi affectus lædunt.

Paucos profecto illa ætate in Ordine FF. Minorum Presbyteros fuisse numeratos, conjicere est, cum ne quidem omnes Ministri Provinciales initiati fuerint. Tunc addit Regula: Ministri, quia aliorum Fratrum Servi sunt, eos sæpe inviſant, admoneant, & in omni humilitate ac caritate corripiant. Fratres in omnibus, quæ conscientiæ & Regulæ nostræ non adversantur, Ministris obediant. Ministri faciles aures dent cunctis ad

c. 10.

se

se accedentibus, quos tanquam Magi- Sæcul.XIII. A.C.1223.
stros suos revereantur. *Etiam atque etiam exhortor, Fratres! cavete vobis a superbia, a vana gloria, & invidia. Qui literarum rudes sunt, non cupiant eas addiscere, sed orationi vacent, atque in humilitate & patientia exerceantur.*

Hucusque S. Francisci Regula.

§. LXIV.

Ordo de Mercede.

Eodem anno in Hispania novus virorum Religiosorum Ordo, videlicet de mercede ad Redemtionem Captivorum originem duxit, Auctore Petro Nolasco, in loco, qui *Mansum* sanctarum puellarum prope Castrum novum dicebatur, nato. Cum Rex Jacobus Aragoniæ, parente suo in pugna ad Muretum victo cæsoque, Carcassonæ captivus detineretur, ei adhuc adolescentulo, vix enim ad annum ætatis sextum pervenerat, Simon Montfortius Petrum Nolascum comitem & moderatorem dedit. Princeps deinde anno millesimo ducentesimo decimo quarto, urgente Papa, ut retulimus, ad sua dimissus est. Elapso exinde triennio, Petrus ad Regem Barcinone tunc commorantem se contulit, & cum jam diu vehementissimo desiderio teneretur, Christianis, a Mauris captis, opem ferendi, Regem juvenem permo-

Catel. Langued. p. 675. Vit. S. Petr. Nol. 29. Jan. Boll. to. 2. p. 981.

Indic. Arag. an. 1214.

Sæcul. XIII. A.C. 1223.

vit, ut Instituto Religiosi Ordinis, ad hoc opus caritatis destinati, faveret. Quippe Petrus jam tunc non nullos socios ac laboris sui consortes collegerat, quos præcipue excitabat periculum animarum, ne captivi fideles, violenta tentatione & amore libertatis victi, Religionem abjicerent.

vit. S. Raim. 7. Jan. Bol. to. 1. p. 409.

Hanc Petri Nolasci mentem confirmavit Raimundus de Pegnafort, tunc Barcinone commorans, quem Confessarium seu conscientiæ suæ arbitrum delegerat. Ferunt, una nocte S. Virginem Petro, Raimundo, & Jacobo Regi Aragoniæ conspicuam factam, dixisse singulis, sibi, Filioque suo gratissimum fore, si Ordo Virorum Religiosorum ad redimendos captivos conderetur. Ut ut vero ista sint, novus Ordo, solemni Ritu, anno millesimo ducentesimo vigesimo tertio, die decima Augusti, in Festo S. Laurentii, Barcinone, in Ecclesia Cathedrali, S. Cruci Sacra, præsente Rege & frequenti populo, institutus est. Berengario Episcopo Missam celebrante, Raimundus de Pegnafort ad Offertorium pro concione dicens novi Instituti rationem exposuit, ac Petrus Nolascus omnium primus de manu Episcopi Habitum recepit, nempe tunicam, scapulare, & humerale, omnia candidi coloris; super scapulare autem scutum & inserta

vexilla

vexilla Aragoniæ, eminente Cruce, conſpiciebantur. Tum Raimundus Ordinis Conſtitutiones concinnavit, a Gregorio IX. Papa poſt annos exinde duodecim, die decima ſeptima Januarii, anno milleſimo ducenteſimo trigeſimo quinto, confirmatas. Sæcul.XIII. A.C. 1224.

Bullar. Greg. IX. Conſt. 9. to. 1. p. 104.

§. LXV.

Friderici Imperatoris Conſtitutiones contra Hæreticos.

Anno milleſimo ducenteſimo vigeſimo quarto, nempe ad Epiphaniam Domini, Hermannus Magiſter Equitum Teutonicorum, ex Palæſtina in Siciliam ad Fridericum Imperatorem profectus, cunctantem ad ſuccurrendum Terræ ſanctæ vehementiſſime excitavit. Jamque Imperator Italiam indeque Germaniam petere animo conſtituerat, itineri in Palæſtinam ſuſcipiendo neceſſaria paraturus, cum Saraceni, qui in Inſula ſupererant, eum detinuerunt, oblatis pactis, quibus ſui deditionem facerent. Satis ergo Friderico fuit, Equitum Teutonicorum Magiſtrum in Germaniam mittere, cum mandatis; Romam in itinere diverteret, & Papæ Epiſtolam ſuo nomine redderet. Simul his, ut oſtenderet, quanto fervore ſalvam Religionem cuperet, Conſtitutiones tres adverſus Hæreticos *Godef.*

Sæcul. XIII. A.C. 1224.

reticos in lucem edidit, in quarum prima hæc ferme continentur. Quicunque ab Ecclesia in quocunque demum Imperii loco damnati, atque ad Judicium sæculare delati fuerint, debitas, ut merentur, pœnas dabunt. Qui comprehensi fuerint, & metu mortis compellente, ad Ecclesiæ Catholicæ sinum redire voluerint, perpetuo carceri, pœnitentiam acturi, addicantur. Judices teneantur illos, quos Inquisitores, a Sacra Sede delegati, aut alii viri, ferventissimi Fidei Catholicæ defensores, deprehenderint, vincire, & arcte custodire, donec eos ultimo supplicio affecerint, prius ab Ecclesia damnatos (*). Eodem rigore plectan-

Append. ad Dir. Inquis. p. 13.
P. de Vincis 1. ep. 25. 26. 27.

(*) Hier redet der Kayser Friederich offenbar von keiner andern als von der römischen Kirche, in welcher allein das Ansehen und die Gewalt ist, die Irrglaubigen zu suchen, zu urtheilen, und zu verdammen. Nur daß die leiblichen Strafen von der weltlichen Obrigkeit zugefüget werden. In den protestantischen Kirchen, weil keine von der andern abhänget, ist dieses Ansehen und diese Gewalt nicht zu finden, daher ist auch keine im Stande, einen Rechtglaubigen von einem Ketzer zu unterscheiden. Wird etwan in Holland ein Lehrsatz verworfen, so erstrecket sich das Ansehen des Ausspruches nur in Holland und in der ganzen übrigen Welt, wohin Christus seine

plectantur Hæreticorum Fautores, nisi moniti eis præsidium præstare desinant. Qui in uno loco Hæresis convicti, transeunt ad alium, ut magis tuto virulentam doctrinam spargant, statutas a lege pœnas dabunt. Tum Imperator prosequitur: *Illos quoque pœnas morte dare præcipimus, qui, ut vitam servarent, abjurata Hæresi, postea violato juramento ad vomitum redierint. Hæreticis, eorum Receptatoribus, & Fautoribus beneficium Appellationis adimimus, atque Hæresim ex omnibus Imperii nostri finibus eliminatam volumus. Quia etiam hoc crimen, quod ipsi Deo adversatur, majus crimine læsæ Majestatis humanæ, sancimus, ut filii Hæreticorum usque ad secundam generationem omnibus Beneficiis temporalibus & omnibus Officiis publicis, nisi proprios parentes suos deferant, priventur. Tandem omnibus notum esse volumus, Fratres Prædicatores & Fratres Minores, quibus in Imperio nostro prædicatio Fidei contra Hæreticos commissa est, singulari nostro præsidio gaudere.*

Sæcul.XIII. A.C.1224.

Secunda Constitutio præcipue contra Patarenos dirigitur, qui ex Longobardia

seine Lehrer die Wahrheit zu predigen ausgesendet, bekümmert man sich nicht darum. Das ist keine allgemeine Kirche, und also die Kirche Christi nicht.

Sæcul. XIII. A.C 1224.

bardia, ubi magno numero erant, in reliquas Italiæ partes, ac in ipsam Siciliam pervaserant, hi damnantur, ignis supplicio digni censentur, atque, sicut in Constitutione præcedente, declaratur, pœnas, læsæ Majestatis reis debitas, ipsis convenire. Tertia Constitutio Friderici in nullo differt a quarto Canone Concilii Lateranensis, anni millesimi ducentesimi decimi quinti, pœnis spiritualibus in temporales mutatis, cum, ut cetera taceamus, loco excommunicationis relegatio ponitur. Tres istæ Constitutiones eadem die vigesima secunda Februarii, Indictione duodecima, nempe hoc anno millesimo ducentesimo vigesimo quarto datæ, inter Epistolas Petri de Vineis, Friderici Imperatoris Cancellarii, occurrunt; unde satis constat, eas ex ipsius calamo fluxisse.

ap. Rain. n. 1231. n. 13.

Extat & quarta Constitutio, mense Martio, eodem anno millesimo ducentesimo vigesimo quarto, data Catanæ, ubi tunc omnino Imperator versabatur, atque ad Archiepiscopum Magdeburgensem, Comitem Campaniæ Romanæ & in Longobardia S. Sedis Legatum directa. In qua decernitur, ut in quemcunque, in Longobardia ab Episcopo suo Diœcesano Hæresis convictum, Consul & Senatores illius civitatis illico manus injici jubeant, flammis tradendum, aut si vi-

si vivum servare maluerint, ceteris exemplo futurum, linguam, qua blasphemavit, ei excidant. Sæcul.XIII. V A.C.1224.

§. LXVI.

Friderici Epistola de Bello sacro.

Ceterum Epistola, quam Imperator ad Papam dederat, scripta erat in hunc ferme modum: *Ut Deo grati animi argumenta exhiberem, in obsequium S. Crucis obtuli me ipsum, ac præter me etiam opes & Regnum meum Terræ sanctæ consecravi. Te deinde suadente, sancte Pater, juravi, me filiam Regis Hierosolymæ, Regni Hæredem, uxorem ducturum esse, dotis præsentis loco æstimans auxilia a te & Fratribus tuis Cardinalibus ad belli sacri successum mihi promissa. Ego enim, sicut novit, inspector cordium, Deus, ad Terræ sanctæ negotium toto mentis affectu convertor. Triremes centum in portibus regni nostri, si necesse fuerit, instructas habebo. Quinquaginta etiam usseria, singula quadraginta milites cum totidem equis devecturа. Cujus operis curam duobus viris Equestribus Teutonicis aliisque viris peritis commisi.*

Usseria seu Visseria quædam navigia, transferendis præcipue equis apta, dicebantur (*). *Du Cange sur Villeh. p. 263. n. 14.* Tum

(*) In hoc loco Rainaldus, Eminentissimi Cardi-

Sæcul. XIII. A.C. 1224.

Tum Imperator addit: *Per eum certiam* (Magistrum Equitum Teutonicorum) *plenius cognosces, quod illustris Rex Hierosolymorum mihi scripserit, animo se constituisse, ex Germania discedere, quod parum ibi pro negotio Terræ sanctæ proficiat. Nam qui prædicant verbum Crucis vilipenduntur ab omnibus, tum quod infimæ sortis homines esse videantur, tum quod nullam vel modicam præstandæ Indulgentiæ potestatem habeant. Hinc non sunt, qui eos audiant. Præterea e diversis orbis partibus Principum majorum & potentiorum ad me literæ pervenerunt, in quibus significant, quod tam Ecclesia quam ego in tanto negotio remisse agere videamur. Rex Franciæ per literas mihi indicavit, quod Magnatibus Regnorum Franciæ & Angliæ nullum propositum esse videatur, Crucem assumendi, nisi prius inter utrumque regnum tales fuerint firmatæ induciæ, ut secure proficisci & redire possint. Plerique vero ex potentioribus Anglia, qui*

Rain. n. 7.

Cardinalis Baronii Continuator addidit: *De quinquaginta hisce navigiis ad excensum faciendum, exponendasque in terra copias a Friderico comparatis, scribit Godefridus tantæ ea fuisse magnitudinis, ut non solum in iis duo equorum equitumque millia, verum insuper aliorum armatorum millia decem transvehi possent.*

qui olim se signo Crucis addixerant, bo Sæcul. XIII.
die obtendunt, se tua auctoritate ab hoc A. C. 1224.
voto esse solutos. Itaque pauci vel nulli sunt, per omnes provincias illas, quas Rex Hierosolymæ peragrasse dicitur, qui se ad Crucis ministerium præparare velint. Unde ego huic Principi moram per literas nostras in partibus illis persuasi trahendam esse. Longiorem, atque eumdem tuæ Sanctitatis auctoritate ad permanendum in Germania incitandum esse, credidi. Nam si recederet, & maxime si futura æstate ad ultramarinas partes, ut animo constituit, transfretaret, multi, alias militaturi, animum despondebunt. Præterea datis literis patentibus eidem Regi curam injunxi, ut omnes quotquot potuerit, ad Terræ sanctæ obsequium pertrahat, atque Cruce signatis in regno meo transitum securum, annonam, ceteraque omnia necessaria meo nomine largissime suppeditanda esse promittat. Ecce vero, ut Oriens totus agnoscat, quod immutabilem gero voluntatem promissum consummandi matrimonium, & Terræ sanctæ efficaciter succurrendi, statui, Jacobum, Pactensem in Sicilia Episcopum, navigatione proxima Acriam mittere, qui consensum filiæ Regis, prout solemnitas exigit conjugalis, coram Legatis tuis exquirat. Erit itaque Sanctitatis tuæ per Germaniam, Hun-

Sæcul. XIII. A.C. 1224.

garíam & Regna finitima, in Franciam, in Angliam aliasque provincias viros sufficientes & idoneos delegare, præstanda remissionis peccatorum & Indulgentia potestate munitos, qui ad Crucis negotium promovendum audiri debeant & timeri. Legatum etiam cum speciali mandato ad pacem inter Francorum & Anglorum Reges tractandam mittere dignare, & ceteris omnibus ad nostrum negotium spectantibus ita consule, ut nemo amplius negligentiæ accusetur, ego enim Cœlum & terram testes habiturus sum, nihil a me fuisse omissum, quod ad felicem Belli sacri exitum quidquam conferre potuerit. Hæc Epistola Catanæ die quinta Martii Indictione duodecima, nempe anno millesimo ducentesimo vigesimo quarto, data est.

§. LXVII.

Raimundus junior Papæ reconciliatur.

Hanc Imperatoris Epistolam Pontifex Ludovico Regi Franciæ, qui nuper solium conscenderat, misit, deferente Conrado Cardinale, quem proinde Romam rediisse cognoscimus. Huncigitur Pontifex cito remisit ad Regem cum Epistola, in qua dicit: *Pro certo Raimundus filius Raimundi, olim Comitis Tolosani,*

7. ep. 380. ap. Rain. n. 13. Duchesn. to. 5. p. 859.

sani, magnitudinis tuæ potentiam adeo reformidare creditur, ut, si cognoscat, te cunctis viribus tuis contra se uti velle, vim expectare non sit ausurus, sed mandatis Ecclesiæ, ut præscripseris, & ipse pollicetur, obtemperaturus, quod utinam sincera devotione perficiat. Quare obtestamur te; ipsum regiis commonitionibus & comminationibus compelle, ut pacem cum Dei Ecclesia quærat, terra purgetur ab Hæreticis, Ecclesiis ac viris Ecclesiasticis, de damnis & injuriis hactenus irrogatis, satisfiat, libertati Ecclesiasticæ in futura tempora provideatur, & honori Amalrici Comitis Tolosani, cui in hac causa deesse non debemus, consulatur. Si hæc præstiteris, ingens, quod expeditioni sacræ in Palæstinam nocet, removebis obstaculum. Illud quoque te rogamus; Legato nostro in iis plenissimam fidem habe, quæ tibi nostro nomine de pace cum Rege Angliæ reducenda dicturus est. Hæc Epistola die quarta Aprilis anno millesimo ducentesimo vigesimo quarto data. Sæcul. XIII. A.C. 1224.

Raimundus sive Regis Ludovici potentia perterritus, sive alio argumento permotus, abjecta omni mora, cum Papa pacem iniit. Nam in quodam Concilio, seu Parlamento Generali, a Rege *Gest. Lud. Duchesne to. 5. p. 285. G. Nang. 1224.*

Sæcul. XIII. A.C. 1224.

to. II. Conc. p. 289.

die quinta Maji eodem anno Parisiis celebrato, Conradus Legatus nomine Papæ Raimundum Catholicum declaravit, & Indulgentiam, quæ in Concilio Lateranensi contra Albigenses Hæreticos moventibus fuerat instituta, ad tempus revocavit. At Legatus in negotio prorogandæ pacis cum Rege Angliæ nihil impetravit; namque Ludovicus Rex postridie Festi S. Joannis in Territorium Pictavense profectus est, Regi Henrico arma illaturus.

§. LXVIII.

Epistola Papæ de Bello sacro.

Godef. 1224. 8. ep. 404 405 ap. Ra. 1222. n. 1. 2. 3.

Inter hæc cum Legatus S. Pontificis Conradus in Germaniam perrexisset, & Coloniæ die Veneris post Pentecosten, scilicet die septima Junii anno millesimo ducentesimo vigesimo quarto honorifice fuisset exceptus, commissas sibi ad omnes Germaniæ Metropolitas, eorumque Suffraganeos, Epistolas distribuit, in quibus Papa hæc summatim dicit: *Ad exercitationem Fidelium Deus Terram sanctam ab Infidelium tyrannide opprimi passus est, atque experturus, si est intelligens, qui ejus ulcisci velit injurias, & pro tot acceptis beneficiis gratias reddere. Quandoquidem infinita exinde bona Christi Fidelibus profecta*

fecta sunt. Nam quot erant peccatores delicati, qui rigorem injunctæ sibi vel injungendæ pœnitentiæ metuentes, tanquam in profundum peccatorum delapsi, penitus desperabant, nunc vero gratia divina excitati salutare propositum conceperunt, animas suas pro JEsu Christo dare? Quot, o quot alii, pro optima causa morte tolerata, cum palma Martyrii in perpetuum regnaturi sunt? O quot denique alii, ante vel post consummationem susceptæ peregrinationis sancta morte defuncti, in Ordine Confessorum gloriantur? Subdit Papa, Fridericum Imperatorem ducendæ sacræ expeditioni se devoviſſe, quem in tanto tamque justo bello deserere turpissimum esset. Ceterum missos a se sacros Concionatores ad proponenda in suggestis Ecclesiarum Indulgentiarum præmia, atque obeundæ in Germania Legationis provinciam Conrado Cardinali demandasse. Hæc Legatio successu non caruit, innumeris ex Germaniæ provinciis Cruce signatorum agminibus confluentibus. Sæcul. XIII. A. C. 1224. *Chron. Aug.* 1225.

§. LXIX.

Rex Daniæ in carcere.

Conradus Apostolicæ Sedis Legatus, & Engelbertus Archiepiscopus Coloniensis juvenem Regem Henricum, in Saxo- *God.* 1222. 22. 24. *Chron. Alb. Stad. & Hist. Gent. Dan.* 1223.

Sæcul. XIII. A.C 1224. Saxoniam anno milleſimo ducenteſimo vigeſimo quarto iter facientem, comitati ſunt, ad liberandum Waldemarum II. Regem Daniæ, quem Henricus Comes Suerinus jam plus menſibus octodecim captivum tenebat. Nam Comes ille, duris conditionibus offenſus, quas Rex reconciliationem petenti poſuerat, incautum cum filio ſuo Waldemaro III, & ipſo jam Rege coronato, in Inſula *Luith* ſtructis inſidiis interceperat. Correpti ambo in lectis ſuis, in Feſto S. Joannis ante Portam Latinam, die ſexta Maji, anno milleſimo ducenteſimo vigeſimo tertio, atque ultra mare in Regionem Sclavorum devecti, Arci Suerinenſi includuntur. Cum deinde Antiſtites & Principes Daniæ nefandam Comitis Suerinenſis proditionem ad Papam detuliſſent, is Epiſtolam ad Archiepiſcopum Colonienſem, die prima Novembris anno milleſimo ducenteſimo vigeſimo tertio dedit, in qua dicit; multis argumentis ſe ad defenſionem Regis Daniæ ſuſcipiendam teneri, & inprimis, quod Regnum iſtud ſingulari ratione ab Eccleſia Romana pendeat, eique vectigale ſit. Quippe loco ſuo memoravimus, Gregorium VII. affirmaſſe, quod Rex Sueno olim promiſerit, ſeque regnumque ſuum S. Petro donaturum. Papa Honorius præterea ſubjungit: *Quam-*

8. *ep.* 82. *R.* 1223. *n.* 24.

Greg. lib. 2. *ep.* 51. 75. *Sup. Lib. LXIII.*

Quamvis Waldemarus Rex Crucem palam non oſtentet, ea tamen nobis exhortantibus ſecreto accepta, promiſit, ſe ipſum vel certe filium ſuum proxima expeditione in Terram ſanctam profecturum. Quod ſi neuter ipſorum iret, centum vel quinquaginta Ordinis Equeſtris viros miſſurum eſſe. Quare Sacra Sedes non minus Regi Daniæ quam aliis Principibus Cruce ſignatis præſidium debet. Haud aliud prius mihi occurrit exemplum Principis, peregrinantium in Palæſtinam Crucem occulte gerentis. Sæcul.XIII. A.C.1224.

Tum Papa Epiſtolam proſequitur, laudans Archiepiſcopi Colonienſis induſtriam, qua Regem Daniæ libertati reſtituere conatus fuerat, jubetque in poſterum nulli labori parcere. Eidem injungit; Comiti Suerini denunciet; poſt acceptam ſuam Epiſtolam (ſimul enim Comiti Papa ſcripſit) Regem Daniæ ejusque filium, intra unius menſis ſpatium liberos certiſſime dimitteret. *Si vero*, addit Pontifex, *juſta Comiti adverſus Regem querela eſt, efficiemus, ut ei ſecundum Leges ſatisfiat. Si refractarius morem non geſſerit, eum excommunicationis cenſura conſtringes, omnibus diebus Dominicis ſententiam promulgari jubebis, & provinciam illam, in qua Rex captivus detinetur, Interdicto Eccleſiaſtico* *ep. 83.*

Sæcul. XIII. A. C. 1224.

stico subjicies. Eumdem in modum scripsit Papa Episcopis Lubecensi & Verdensi, atque Friderico Imperatori, quem hortatur ad hoc crimen ita plectendum, ut cunctos Imperii subditos exemplo terreret, rei sanguinem vero non funderet. Sed tunc quidem nec Pontificis, nec Conradi Legati minæ, nec Archiepiscopi Colonienſis monita quidquam profuerunt; nam Waldemarus Rex annos prope tres in carcere hærere coactus, non prius quam anno milleſimo ducenteſimo vigeſimo quinto, dato magno redemtionis pretio, liberatus eſt.

Chr. Godef. 1224. & 25. *Hiſt. Gent. Dan.* 1223.

HISTO-

HISTORIA ECCLESIASTICA.

LIBER LXXIX.

HONORIUS III. PAPA.
FRIDERICUS II. IMP. OCCIDENT.
ROBERTUS IMP. ORIENTALIS.

§. I.

Georgiani ad Summum Pontificem convertuntur.

Sæcul. XIII. A. C. 1224.

Inter hæc Russutana, Regina Avogniæ, seu magis Avogasiæ, Regionis Georgianis finitimæ, Honorio Papæ per Davidem, Episcopum Hanienſem, misit

Baudrant. Hon. VIII, ap. R. 432. n. 17.

Sæcul. XIII. A. C. 1224.

Epistolam, in hunc modum scriptam: *Fratri meo, Georgianorum Regi, fatis functo, in Regno successi; quare paternam tuam Benedictionem mihi, & Christianis subditis meis expeto. Ut suadenti Legato tuo, tunc Pelusii commoranti, obsequeremur, frater meus Christianis suppetias fevre statuerat, ac omnia expeditioni necessaria parabat. Sed ecce perditorum hominum perfidiam! Tartari in ditionem nostram irrumpunt, &, qua possunt, perniciem inferentes, sex Gentis nostræ virorum millia trucidant. In incautos irruerunt, quod Tartaros Christiana Religione, & moribus mitigatos crederemus; verum ubi a Fide Christi alienos esse constitit, collectis universis viribus, prædones prælio vicimus, ac, viginti quinque millibus cæsis, multisque captis, reliquos ex patria nostra ejecimus. Hæc causa est, quod mandata Legati tui exequi non potuerimus. Nunc vero maximo gaudio percepimus, Imperatorem, Te auctore, in Syriam venturum, ut Terram sanctam liberet. Ergo certiores nos fac, quando trajecturus sit; nos autem Joannem, Belli Ducem constitutum, cum toto exercitu in illo loco præsto esse jubebimus, quo Cruce signatos ad auxilium Christianorum, & sanctum Sepulchrum vindicandum convenire decreveris. Illud quo-*

quoque tibi notum esse oportet, quod Archistrategus, multique alii Regni nostri Optimates, edito sacræ militiæ voto, Cruce signatorum adventum præstolentur. Rogamus Te igitur; ad nos Christianos, in Oriente degentes, literas tuas, & Benedictionem mitte. Copiarum Dux Joannes Epistolam ad Papam dedit, Reginæ literis consentaneam, in qua refert, Tartaros, ut Christiani viderentur, in aciem procedentes, Crucem sibi præferri jubere. Sæcul. XIII. A.C. 1224.

Papa, datis utrique humanissimis Responsoriis, Reginam, eique subjectos populos dilaudat, quod Religionem Christianam, in medio Infidelium positi, conservent. Indicat, Fridericum Imperatorem a proximo S. Joannis Festo, intra annum, in Palæstinam transmissurum; & addit, se Indulgentiam plenariam impertiri omnibus ejus subditis, qui in hoc sacro bello militaturi essent. Tandem hortatur, ut hanc suam Epistolam cunctis civibus audientibus recitari jubeat. Erat vero die duodecima Maji anno millesimo ducentesimo vigesimo quarto data. 8. *ep.* 433. *ep.* 434. &c.

Georgiani, inde ita dicti, ut Latini putabant, quod singulari devotione S. Georgium colerent, & ejus opem contra Infideles ad castra proficiscentes invocarent, Christiani erant Græci Ritus,

Sæcul. XIII. A. C. 1224.

tus, quorum Clerici tonſuram more noſtro orbicularis formæ gerebant. Laici ſupremum verticem raſum habebant, ſed forma quadrata, ceterum capillis & barba egregie promiſſis. Hieroſolymam peregrinantes, S. Sepulchrum inviſuri, urbem intrabant, nullo dato tributo, & erectis vexillis, non enim audebant Saraceni Georgianos ullo modo laceſſere, ne, ad ſua reverſi, conceptam iram in finitimos Saracenos effunderent. Georgiani vehementer indignati ſunt Coradino, Damaſci Soldano, cum comperiſſent, quod, Latinis Peluſium obſidentibus, muros Hieroſolymæ, ſe inconſultis, ſolo æquari juſſiſſet, Gens bello inclyta, & Infidelibus propinquis terribilis. Nobilium feminarum greges in Georgia ad bellum procedebant armati, & more veterum Amazonum dimicabant.

Jac. Vitr. hiſt. Orient. c. 79.

Hæc nobis Vitriacus de Georgianorum moribus retulit.

§. II.

Partæ a Tartaris Provinciæ, Duce Ginguis Can.

Tartari, Georgianorum hoſtes, noviſſimi erant gentium domitores, qui ab annis ferme viginti, Duce *Ginguis Can*, Rem ſuam publicam mirum in modum protulerant. *Ginguis* Can, primo nomine olim

olim Temuginus dictus, ex stirpe Regum anno Hegiræ quingentesimo quadragesimo nono, JEsu Christi millesimo centesimo quinquagesimo octavo, natus, diu servit potentissimo in Turquestania seu Tartaria Orientali Principi, *Ung* Can, & alio nomine Joanni, filio David, Christiano Nestoriano, dicto, qui haud alius, quam qui Joannes Presbyter appellabatur, fuisse creditur. Sæcul. XIII. A.C. 1224. *Sup. Lib. LXXIII. §. 7.*

Aliunde profecto constat, illa ætate in Tartaria superiore reperire fuisse magnam multitudinem Christianorum Nestorianorum, quos Missionarii Syri ex urbibus Mosul & Bassora informabant. Hi enim Prædicatores agmina Mercatorum, ex Samarcanda, Bochara, aliisque amplissimis urbibus, Tartariæ propinquis, illuc proficiscentia sequebantur. Quin iidem Syri, usque in Chinam circa annum JEsu Christi septingentesimum trigesimum septimum pervadentes, Christianam Religionem intulerunt.

Temuginus, postquam plus quam annis triginta *Ung-Can*, Principi suo, utilissima præstitisset obsequia, & præcipue in bello sæpissime rem strenue gessisset, monetur ab amicis, Dominum suum, calumniatorum delationibus in transversum actum, interitum sibi parare,

Sæcul. XIII. A.C. 1224.

Abulfarage p. 380.

rare. Temuginus non modo fuga sibi salutem præstitit, sed etiam *Ung-Can* bello aggressus, subita clade obruto, perniciem, quam ipsi machinatus fuerat, intulit. Ita victor Temuginus in Turquestania rerum potitus est. Aliquis ex viris præcipuis Mogolium, quippe ita hi Tartari appellabantur, postquam omnium oculis ereptus per dies aliquot errasset in silvis, reversus, & eorum Concionem inexpectatus intrans, Deum sibi locutum fuisse inquit, & dixisse: *Temugino, quem exinde GINGUIS-CAN nominari volo, ejusque posteritati totam terram dedi.* Fidem invenit hucusque ignotus Vates, namque Temuginus *Ginguis-Can* id est, Rex Regum appellari voluit, totaque in eo Concilio Mogolium Turcarumque frequentia eidem Imperium obtulit. Ista anno Hegiræ quingentesimo nonagesimo nono, JEsu Christi millesimo ducentesimo secundo, *Ginguis-Can* annum ætatis suæ quadragesimum nonum numerante, agebantur.

Is, parti subito regni finibus Meridiem versus prolatis, anno millesimo ducentesimo vigesimo in *Maurenahar*, maxima Provincia, ad mare Caspium, qua Orientem spectat, posita, celeberrimas urbes Ottraram, Bocharam, & Samarcandam, in suam potestatem redactas, vasta-

vastavit, civium plerisque gladio peremtis, aut in diversas urbes illius Regionis sparsis. Non nunquam jactare auditus, missum se a Rege Omnipotente, ut terras Regum impiorum ab iniquitate purgaret. Ceterum *Ginguis Can* nec Christianorum, nec Musulmannorum fidem tenebat, sed colebat unum Deum altissimum, qui vitam & mortem, & omnia hujus mundi bona mortalibus distribuit. Eum Musulmanni exhorrebant, quod ingentibus malis ipsorum Religionis consortes afficeret, quippe *Ginguis-Can* milites viros Musulmannorum Religiosos necabant, Doctores & Magistros interficiebant, templa evertebant, Alcoranum cremabant, contra Christianis favebant. Subacta Provincia *Maurenahar*, *Ginguis-Can* Regiones *Corasan*, *Mazanderan*, aliasque occupavit, & tandem adversus Russos movit. Unde ejus Imperium totam Asiæ Septentrionalis partem, vastissima terrarum spatia, nempe a Sinis usque in Moscoviam, complectebatur. Abiit ex hac vita anno Hegiræ sexcentesimo vigesimo quarto, salutis nostræ millesimo ducentesimo vigesimo sexto, Regni vigesimo quinto, ætatis suæ septuagesimo quarto, postquam Successorem sibi filiorum suorum aliquem *Octai-Can* delegisset; haud sane paucos enim genuerat, quorum alii

Sæcul. XIII. A.C. 1224.

Abulfar. p. 304.

Chri-

Sæcul. XIII. A. C. 1224.

Christianorum, alii Judæorum, alii Idolatrarum Religionem, alii omnino nullam profitebantur (*).

§. III.

(*) Man muß sich nicht verwundern, daß die Kinder dieses *Ginguis-Can* sich eine Religion nach ihrem Gefallen erwählet, oder gar keine angenommen, weil ihnen der Felsen, auf welchen Christus die wahre Religion gegründet, unbekannt gewesen. Hingegen bey Christen, welche immer die Schrift in Händen, und im Munde haben, ist es etwas erstaunliches, wenn sie das Licht der römischen allgemeinen Kirche, welches der Erlöser angezunden, und durch alle Jahrhundert des Christenthums so hell geschienen hat, nicht sehen wollen. Ich bin zwar weit davon entfernet, daß ich den Herren Protestanten den Ruhm absprechen wollte, daß sie in ihrem Christenthum standhaft sind, ausgenommen die Freygeister; das ist aber nicht genug. Denn 1. Corinth. 11. Oportet esse Hæreses. Also muß man auch unter so vielen christlichen Secten die wahre Religion annehmen, und in der wahren Kirche Christi leben. Und in diesem Stücke sind die Protestanten Indifferentisten. Wenn ein protestantischer Fürst von der Augspurgischen Confession drey Prinzeßinnen Töchter hätte, und ein Czaar in Rußland eine, der König in Engelland die zweyte, und ein König in Spanien die dritte zur Gemahlin verlangte; wenn sie die in einem jeden Reiche eingeführte Religion annehmen wollten; so ist es ganz wahrscheinlich, daß allen dreyen gekrönten Häu-

ptern

Sæcul. XIII. A.C. 1224.

§. III.

Ludovicus Rex in Territorio Pictavienſi Victor.

Honorius Papa, comperto, quod Ludovicus VIII. Rex Franciæ, monitis ſuis precibusque rejectis, copias in Ditiones, quæ trans mare Regi Angliæ ſupererant, immitteret, data ad eum die tertia Auguſti Epiſtola, factum exprobrat, queriturque, quod, relictis parentis ſui veſtigiis, nullam rationem habeat Conſtitutionis in ſolemni colloquio a Papa & Imperatore editæ, omnibus Principibus Chriſtianis ſervandam eſſe pacem, & de opibus ſuis ad ſuccurrendum Terræ ſanctæ conferendum. Reſpondit Rex Papæ: *Tempore induciarum inter Regem, Genitorem noſtrum, & Henricum Angliæ Regem initarum elapſo, Barones noſtri eas prorogare non ſuaſerunt. Quare ipſi ad caſtra proceſſimus,*

III. *ep.* I. *Rain. n.* 14.

ap. Rain. n. 16.

ſtern die gewünſchte Braut bald würde zugeſchicket werden, und alſo eine von dieſen Schweſtern ſich zur griechiſchen, eine zu der engliſchen, und eine zu der katholiſchen Religion bekennen würde. Wie hält es aber alſo bey den Proteſtanten um die ſo nothwendige Kirchengemeinſchaft, und um die Einigkeit im Glauben?

Sæcul. XIII. A. C. 1224.

simus, ut Feuda nostra in Territorio Pictavienſi occuparemus, quibus Joannes Rex, competente ſententia Judicum ſuorum, Baronum noſtrorum, exutus eſt, priusquam Henricus Rex naſceretur. Illo igitur jam tempore Feuda iſta Regno Franciæ denuo juncta ſunt, quæ modo Henricus Rex ſua eſſe contendit, atque viribus Regni Angliæ, quod Eccleſiæ Romanæ, tuumque Feudum eſt, bellum contra nos movet. Quare, ſancte Pater, quia non credimus, velle te, ut ex Feudis tuis Regno noſtro ruina immineat, Paternitatem tuam vehementer rogamus; fac, ut ceſſet Rex Angliæ, ſi tuo juſſu arma nobis infert, ſi proprio conſilio rem gerit, noli mirari, ſi nihil omittimus, quo rebellem coerceamus.

Geſt. Lud. Ludovicus itaque, in Pictavienſem agrum inducto milite, ac Niorto, & Oppido S. Joannis de Angelis captis, Rupellam obſidione cinxit. Interim Pariſiis, ut Regi militanti opem a cœlo flagitarent, populi inter ſolemnes preces ab Eccleſia Dominæ Noſtræ usque ad Abbatiam S. Antonii de pratis procedebant, piæque peregrinationi quadam die Reginæ tres interfuerunt, Ingeburgis, Philippi Regis vidua, Blanca Ludovici Regis uxor, & Berengaria Regina Hieroſolymæ, Blancæ Mater. Quippe Joannes Briennius, Rex Hieroſolymæ, cum

cum baculum in Palæstinam peregrinantium prima Dominica Quadragesimæ hoc anno millesimo ducentesimo vigesimo quarto accepisset, ad S. Jacobum in Gallæciam perrexit, unde per Castiliam rediens, Berengariam Ferdinandi Regis sororem nuptiali fœdere sibi junxit. *G. Nang. an. 1223 Godef. ann. 1224.* Sæcul. XIII. A.C. 1224.

Ceterum Ludovicus, expugnata Rupella, totam Aquitaniam, si Occitaniam exceperis, ad deditionem compulit.

§. IV.

Concilium Montispessulanense.

Sub idem tempus, nempe infra Octavam Assumtionis Dominæ nostræ, Concilium in urbe Montispessulo Auctoritate Papæ celebratum est. Quippe in eo Archiepiscopum Narbonensem modum pacis, quam Raimundus Tolosanus, & alii Albigenses Sanctæ Matri Ecclesiæ offerebant, audire, & quid actum esset, referre jusserat. Itaque Archiepiscopus, ut mandata exequeretur, suæ provinciæ Episcopos & Abbates, atque etiam provinciarum Arelatensis & Ausciensis convocavit, in quo Conventu Comes Tolosanus ea, quæ jam prius ad pacem tam sibi quam Fautoribus suis ab Ecclesia Romana impetrandam obtulerat, iterum promisit, in hunc modum: *Fidem Ca-* *App. to. II. Conc. p. 233. Gest. Lud.*

Sæcul. XIII. A. C. 1224.

tholicam, quam Ecclesia Romana docet, tenebimus, & in omni terra nostra teneri curabimus. Ditiones nobis subditas, secundum Judicium Ecclesiæ, fideliter ab Hæreticis purgabimus, bona eorum Fisco addicemus, pœnas corporis adhibebimus. Pacem in toto principatu nostro servari præcipiemus, grassatores de finibus nostris expellemus. Ecclesiis omnia jura restituemus, earum libertati cavebimus. Ob illatum damnum & injuriam abolendam Ecclesiis ac Viris Ecclesiasticis dabimus viginti millia marcarum argenti, ea tamen conditione, ut nos Papa ab omni Comitis Montfortii in terras nostras postulatione absolvat. His promissis se se obstrinxit Raimundus die vigesima sexta Augusti anno millesimo ducentesimo vigesimo quarto, ac juramentum addidit, quod etiam Rogerius Bernardus Comes Foxiensis, & Trencavellus Vicecomes Bliterrensis confirmarunt.

Amalricus Comes Montfortius, qui se virtute Decreti Concilii Lateranensis Comitem Tolosanum gerebat, nec ipse, nec quisquam alius, ejus nomine, Colloquiis, ad reconciliandum Comitem Raimundum habitis, interfuerat. Quare datis ad Præsules Concilii Montispessulanensis, antequam congregarentur, literis, exponebat; bellum contra Albigenses

genſes ſucceſſu non carere, nec modo eſſe deſperandum, eos comprimi poſſe, & nunquam victoriæ ſpem magis quam nunc arriſiſſe, poſtquam Rex Franciæ opus aggreſſus eſſet. Subjungit: *Obſecramus vos igitur; nullam pacem, nulla pacta, cum Raimundo admittite, quæ Juri noſtro noceant, ſine dubio ſimul etiam in ſcandalum & ignominiam totius Eccleſiæ redundatura.* Archiepiſcopus Narbonenſis, in Concilio Montispeſſulanenſi Præſes, tunc erat Arnaldus, antea Abbas Ciſtercienſis, qui anno ſequente milleſimo ducenteſimo vigeſimo quinto, poſtquam annos tredecim Epiſcopatu eminuiſſet, e vivis ereptus eſt. Sæcul. XIII. A.C.1224.

§. V.

S. Franciſci Stigmata.

Jam diu S. Franciſco tempus ſuum diſpertiendi hæc erat ratio, ut partem unam ſaluti proximi, alteram propriæ quieti, & rerum divinarum contemplationi daret. Hinc etiam biennio antequam ex hac vita abiret, nempe anno milleſimo ducenteſimo vigeſimo quarto, magnis laboribus fatigatus, in montem Alverniæ ſeceſſit, Quadrageſimam S. Michaelis, ut adſueverat, nempe quadraginta Jejunii dies ab Aſſumtione Beatæ Virginis usque ad finem menſis Septembris, transacturus. Mons hic in Thu- *Bonav. c.13.* *Vading. 1224. n.2.3.*

Sæcul. XIII. A.C. 1224.

sciæ finibus Apennini pars est, inter fluvios Arnum & Tiberim haud procul a Vallibus Camaldulensi & Umbrosa distans, anno millesimo ducentesimo decimo tertio a Viro Nobili illius regionis Orlando Catanio, qui Oratorium, & non nullas Cellulas ibi construi curaverat, S. Francisco dono data. Ibi ergo degenti Viro sancto, anno millesimo ducentesimo vigesimo quarto, postquam diu, & ardentissime orasset, indicavit Deus, quod aperto Evangelii Libro lecturus esset, quid in se Deo maxime gratum inveniri posset. Quare, præmissis iterum multis precibus, Librum ex Altari acceptum Fratrem Leonem, quem solum in illa eremo socium habebat, aperire jubet, aperuit ille Librum ter, totiesque Domini Nostri Passio inspicientibus occurrit. Unde cognovit Franciscus, Deum a se petere, ut antequam moreretur, magis quam hactenus similis patienti Christo efficeretur, quamvis vero corpusculum circumferret vitæ rigore valde extenuatum, majore tamen pati cupiebat, & ad Martyrium sustinendum, quod illam perfectam Christi in Cruce expirantis similitudinem esse credebat, accendebatur.

Vading. an. 1213.

Quodam mane, circa Festum Exaltationis S. Crucis, quod in diem decimam quartam Septembris incidit, in latere montis

montis orans, vidit quasi speciem Seraphim, sex alas tam fulgidas quam ignitas habentis, de cœlorum sublimitate descendere, qui, volatu celerrimo ad aeris locum viro Dei propinquum perveniens, inter alas formam hominis exhibere visus est, cujus manus pedesque extensi & cruci affixi erant. Alæ duæ supra caput erigebantur, duæ extendebantur ad volandum, & duabus totum corpus tegebatur. Quo viso vehementer obstupuit Franciscus, mixtumque dolori gaudium sentiens, intellexit, se non per Martyrium carnis, sed per incendium mentis in JEsu Christi simulacrum esse transformandum. Disparens visio mentem ipsius seraphico inflammavit ardore, carnem vero externis plagis insignivit. Statim namque, ut eas in Crucifixi imagine conspexerat, in manibus & pedibus ejus apparere cœperunt signa clavorum, ipsorum capitibus in interiore parte manuum, & superiore pedum eminentibus, & eorum acuminibus ex adverso existentibus. Dextrum quoque latus, quasi lancea transfixum, rubra cicatrice obductum erat, quod sæpe sanguinem manans tunicam, & femoralia respergebat. Sæcul.XIII. A.C.1224.

Cum deinde Servus Dei hæc stigmata (ita enim postea appellata sunt) sociis familiaribus occultare non posset, & ar-

Sæcul. XIII. A.C. 1224.

cana Dei revelare vereretur, quibusdam fratribus ad se vocatis, anxius, & dissimulans, quæstionem ad se pertinere, dubium exposuit. Cui Frater Illuminatus, ex viri vultu, & insolito stupore conjiciens, portentum ei fuisse objectum, ait: *Frater mi, pro certo habe, Deum non in tui solius, sed etiam in aliorum hominum gratiam tibi arcana sua revelare. Proinde timendum tibi, ne corripiaris, quod talentum tibi commissum defoderis.* Franciscus his verbis commotus, quæ sibi, visione disparente, in corpore suo accidissent, trepidus narravit, adjiciens, aliqua sibi ab eo, quem conspicuum habuisset, fuisse manifestata, quæ nemini mortalium, quoad viveret, aperturus esset. Diebus quadraginta in illa solitudine consumtis ad Festum S. Michaelis de monte descendit, Deusque prodigiosam stigmatum impressionem, editis etiam aliis miraculis, confirmavit.

S. Franciscus in Monte.

Cum in Provincia Reatina lues exorta esset, ovibus & bobus exitiosa, nec malo supereresset remedium, vir quidam, timens Deum, per somnum monetur, ut ad eremum Fratrum Minorum, in qua tunc Franciscus versabatur, promte se conferret, partem aquæ, qua Vir sanctus manus pedesque laviisset, acciperet, & greges respergeret. Ubi illuxit, ad

eremum

eremum vadit, tumque aquam, a familiari S. Franciſci ſocio clam impetratam, languenti, & humi jacenti pecori affundit. Et ecce, vel minima guttula refocillatum, ſurgebat valens, & ad paſcua convertebatur. Ita ab univerſo armento peſtis depulſa. Circa Alverniam, priusquam Vir ſanctus ibi commoratus fuiſſet, grando ex nebulis, quæ de monte aſcendebant, excuſſa ſæpe fruges perdebat. Sed exinde, quo Seraphim in illo vertice S. Franciſco collocutus eſt, ſtupentibus accolis, clades nunquam rediit. Sequentis anni hyeme, cum S. Franciſcus iter faceret, aſello cujusdam viri pauperis vectus, quod eum corporis imbecillitas, & viæ aſperitas pedibus incedere non ſinerent, eumque cadentes nives & ingruentes noctis tenebræ ſub quadam prominente rupe diverſorium quærere coegiſſent, advertit, quod pauper ille, viæ ſocius, & aſelli Dominus, murmuret, corpusque huc & illuc jactet, conquerens, quod tenuis veſtitus non frigus, ſed ſomnum arceret. Tum Franciſcus, extenſo brachio, manu ſua, ſacro vulnere perfoſſa, frigeſcentem tetigit. Ac protinus vir ille tanto calore exterius interiusque refocillatus eſt, ut ſe ſuavius inter has rupes & nives, quam unquam antehac in lecto ſuo dormiviſſe exinde faſſus ſit. Sæcul. XIII. A.C. 1224.

Sæcul. XIII. A.C. 1224.

Porro quamvis Franciſcus exinde maxima cura ſtigmata occultaret, ſemper calceatus incederet, & manus ſolerter tegeret, efficere tamen non potuit, ne ſaltem vulnera manuum pedumque notarentur. Nam multi ex S. Franciſci Fratribus ea viderunt, qui licet ob vitæ ſanctitatem fide eſſent digniſſimi, ut omnem dubitandi locum tollerent, rem tamen addito jurejurando affirmarunt. *Non nulli Cardinales, S. Viro familiares, eadem conſpexerunt, qui Franciſci ſtigmata*, ait S. Bonaventura, *in proſa, in hymnis, in Antiphonis, ipſius honori concinnatis, celebrarunt, atque hanc veritatem & voce & ſcripto teſtatam reddiderunt. Tandem Alexander Papa IV. ad populum dicens, compluribus Fratribus, meque ipſo præſentibus, affirmavit, ſibi, ſancto Viro adhuc vivente, ejus ſacra Stigmata oculis ſuis fuiſſe conſpecta.* Hæc verba ſunt S. Bonaventuræ in S. Franciſci vita, unde totam iſtam narrationem expromſi. Tum ſubjungit: *In obitu S. Viri hæc vulnera plus quam quinquaginta Fratres, pia Virgo Clara cum ſororibus, & innumerabilis hominum ſæcularium multitudo viderunt, quorum aliqui ea etiam oſculati ſunt, atque, ut nulla erroris remaneret occaſio, ſuis manibus contrectarunt.*

Vulnus

Vulnus vero lateris Vir ſanctus, quoad vixit, tam ſolicite abſcondit, ut illud nemo, niſi adhibita furtiva ſolertia, conſpexerit. Quidam frater, qui Franciſco famulabatur, nomine Joannes Laudenſis, cum pia aſtutia perſuaſiſſet, ut tunicam paululum detraheret, ad excutiendum pulverem, hanc plagam lateris attente intuitus eſt, atque, ut magnitudinem metiretur, tres digitos leniter admovit. Frater Elias, tunc Franciſci Vicarius, ſimili arte uſus, eam vidit. Frater Leo, Viri ſancti ſocius, miræ ſimplicitatis homo, cum aliquando ejus humeros, ut infirmum juvaret, tangeret, manum infra cucullum inferens, caſu fortuito plagam fodicavit, quod Franciſci dolorem, alias magnum, geminavit. Exinde, ut hoc vulnus operiret, femoralia geſſit usque ad axillas extenſa, ſed fruſtra, nam fratres, qui ejus caligas ſubinde lavabant, aut tunicam extergebant, eas cruore infectas deprehendebant. Tandem, S.Franciſco vita functo, lateris Stigma, ſicut alia quatuor, cunctis inſpicientibus patuit. Lucas, Epiſcopus Tuitienſis in Hiſpania, illius ævi Scriptor, veritatem de Stigmatibus S.Franciſci teſtatam facit, atque illa annis quinque, antequam ipſe hæc ſcriberet, a multis Clericis, Laicis, viris Religioſis,

Sæcul.XIII. A.C.1224.

Cont. Alb. lib. 2. c. 2.

Sæcul. XIII. A.C. 1224.

ligiosis, & Sæcularibus visa fuisse, & attrectata affirmat.

§. VI.

Ecclesia Borussiæ.

2 *ep.* 1190. *Rain.* 1218. *n.* 34.

Ceterum jam integro sexennio Honorius Papa ad sustinendam, & propagandam Borussiæ, & Livoniæ Ecclesiam magno animo incumbebat; anno autem millesimo ducentesimo decimo octavo Archiepiscopo Moguntino, ejusque Suffraganeis hac de re scripsit in hunc modum: *Borussiæ partes populus incolit barbara feritate horrendus, inter alia multa, quæ de ipsorum immanitate feruntur, quotquot feminini sexus mater parit, perimunt præter unam, filias, uxoresque prostituunt. Captivos immolant Diis suis, atque in sanguine humanarum victimarum gladios & lanceas suas intingunt, quo sibi, cum hoste pugnantibus, fortunam reddi propitiam credant. Cives suos, Christianam Religionem amplexos, persequuntur, exactionibus haud sane tolerabilibus vexant, atque ad Idololatriam reducere variis artibus conantur. Episcopus Borussiæ, venerabilis frater noster, aliique, qui Ecclesias ibidem condiderunt, hujusmodi puellas, neci destinatas, pretio coemere statuerunt, ut morti ereptas Christi Religionem edoceant. Puerorum*

rorum quoque ſcholas inſtituere cogi- Sæcul.XIII.
tant, qui deinde, in Fide inſtructi, ef- A. C. 1224.
ficacius, quam advenæ, Dominum no-
ſtrum JEſum Chriſtum popularibus ſuis
prædicare valeant. Ut vero illos, qui,
Chriſtiana Religione ſuſcepta, ab Infi-
delibus perſecutionem patiuntur, tueri
poſſint, Epiſcopus, ceterique Eccleſiarum
ductores, auxilium Diœceſanorum ve-
ſtrorum poſtulant, qui ſe voto petendi
Terram ſanctam non obſtrinxerunt, aut
voto edito, viribus vel opibus ad illud
implendum deſtituuntur. Hæc Epiſtola die decima quinta Junii anno milleſimo ducenteſimo decimo octavo data eſt, ac Papa ſimiles alias Archiepiſcopis Trevirenſi, Colonienſi, Magdeburgenſi, Salisburgenſi, Bremenſi, Lundenſi, Gnesnenſi, eorumque Suffraganeis ſcripſit.

Anno ſequente, milleſimo ducente- *ap. Rai. n. 31.*
ſimo decimo nono, Honorius Papa defenſionem Eccleſiæ Livoniæ, quam Capitulum Bremenſe ſibi ſubjicere conabatur, in ſe ſuſcepit. Præſidium ſuum *3. ep. 589.*
Epiſcopo Livoniæ conceſſit, ſed licentiam, quam petebat, non dedit, in illa provincia novam Eccleſiam Metropoliticam erigendi, ratus, iſtud regioni Li- *10. ep. 125.*
voniæ non expedire. Quod tamen e- *ap. R. n. 16.*
lapſis exinde annis ſex, nempe anno ſalutis milleſimo ducenteſimo vigeſimo quinto

Sæcul. XIII. A.C. 1224. quinto, admisit. Tunc vero Papa ad Abbates Ordinis Cisterciensis, aliorumque Ordinum Religiosorum Præpositos, literas dedit, significans, relatum sibi esse ab Episcopis, quod populi Livoniæ Evangelium recipere cuperent. Exhortabatur ergo, ut Monachos, & fratres Conversos sui Ordinis illuc mitterent, quos Episcopi illi vel per literas vel per nuncios suos expeterent. Papa, ad Borussos conversos quoque datis literis, hortatus est, ut acceptam Gratiam magni facerent, & constantes in Fide permanerent, Apostolicæ Sedis præsidium eis promittens. Anno sequente, millesimo ducentesimo vigesimo primo, comperto, quod Cruce signati de Paganis in Borussia insignem victoriam reportassent, Honorius datis literis monuit, ne superbirent, sed Episcopo illius Regionis captivos traderent, quos ille ad Fidem Christianam traducere satageret. Episcopum autem Breslaviensem pensare jussit, utrumvis Religioni majus emolumentum allaturum esset, si Dux Poloniæ in Terram sanctam proficisceretur, vel si remaneret, Infidelibus Borussiæ arma illaturus. Anno millesimo ducentesimo vigesimo secundo Papa Saxones excitavit; arma caperent in paganos Livoniæ, promittens in hoc bello militantibus illam Indulgentiam, quæ proficiscentibus Hiero-

4. *ep.* 700. *R. n.* 38.

ep. 733.

5. *ep.* 355. *R. n.* 40.

ep. 539.

6. *ep.* 181. *R. n.* 40.

Hierosolymam dabatur. Templariis vero acriter exprobravit, quod Livones Neophytos male haberent, jussitque in causis horum Neoconversorum Judicium ferri candentis simpliciter aboleri. Viris Ecclesiasticis quoque præcepit; se se non nullis Russis opponerent, qui Ritum Græcorum in illam provinciam invehere moliebantur. Sæcul. XIII. A. C. 1224.

Anno millesimo ducentesimo vigesimo quarto exeunte, Guilielmum Episcopum Mutinensem ad iter in Borussiam, Livoniam, Curlandiam, Regionesque vicinas suscipiendum, ut illis gentibus Fidem prædicaret, se ipsum offerentem, Honorius Papa dimisit, addita potestate Sacræ Sedis Legati, & literis, quibus eum populo & Præsulibus illius provinciæ commendabat. Hæc Epistola die trigesima Decembris data est. Erat Guilielmus in Sabaudia ortus, atque aliquamdiu Ecclesiæ Romanæ sub Honorio Pontifice Procancellarii munus obierat. Tum, Martino Episcopo Mutinensi anno millesimo ducentesimo vigesimo primo fatis functo, Capitulum Cathedrale in partes abiit & duos elegit. At Papa utriusque electione abrogata, Archiepiscopo Ravennate Metropolita inconsulto, Episcopum Mutinensem ordinavit Guilielmum Sabaudum, virum doctrina, & virtute spectabilem. Cumque *Ital. Sacr. to. 2. p. 152.*

Sæcul. XIII. A. C. 1224.

que Hæretici in Longobardia, opibus & potentia sua abutentes, Catholicos opprimerent, Papa Episcopos Brixiensem, & Mutinensem oppposuit, qui audaces in officio continerent.

§. VII.

Hæretici in Longobardia.

II. *ep.* 146. *R. n.* 47.

Verum ubi Guilielmus, Legatione sua in Septentrione functurus, abiit, Papa hanc curam Episcopo Ariminensi injunxit, cui, & Episcopo Brixiensi scripsit in hunc modum: *In civitate Brixiensi, quasi quodam Hæreticorum domicilio, nuper in tantam vesaniam proruperunt, ut turres contra Catholicos militari more instruxerint, Ecclesias quasdam incendiis deleverint, faces ardentes jactaverint, vociferantes, quod Romanam Ecclesiam, & ejusdem Doctrinam sequentes excommunicent. Quare volumus, & mandamus; Turres Dominorum de Gambara &c.* (hic Papa rebellium ferociſſimos nominat) *diruantur, & usque ad terræ pulverem detrahantur, absque Sedis Apostolicæ licentia nunquam amplius ædificandæ. Aliæ turres, quarum Domini tanta rabie non fuerunt occupati, usque ad tertiam partem, vel usque ad mediam, pro criminis modo, evertantur. Nullus autem eorum, qui nominatim excommunicati sunt, bac*

de

de causa, Absolutionis beneficium assequatur, nisi ipse ad Apostolicam Sedem supplex accesserit. Hæc Epistola die nona Januarii anno millesimo ducentesimo vigesimo quinto data est. Notabit Lector, Summum Pontificem turres dejici jussisse in urbe, sibi, ut Principi, non subjecta. Sæcul. XIII. A. C. 1225.

§. VIII.

Romanus, Cardinalis S. Angeli, Legatus in Francia.

Albigensibus quoque Hæreticis, Simone Comite Montfortio defuncto, animus redierat, multumque angebatur Honorius Papa, qua potissimum ratione in illa provincia paci & Religioni consuleretur. Ne ergo omnino cessaret, Romanum, Diaconum Cardinalem, titulo S. Angeli, cum S. Sedis Legati auctoritate illuc misit, &, quia in hoc negotio Regis Franciæ auxilium erat necessarium, Romani Legati potestatem in Regnum Franciæ, in Provinciam, ac in Diœceses Tarentasiensem, Visuntinam, Embrodunensem, Aquensem, Arelatensem, & Viennensem extendit. Quod ex Pontificis Epistola die decima quinta Februarii anno millesimo ducentesimo vigesimo quinto data cognoscimus. 9. *ep.* 175. *R.* *n.* 28.

Ut vero Rex Franciæ universas vires in Albigenses converteret, Legato in

Sæcul. XIII. A. C. 1225.

mandatis dedit; inducias inter eum & Regem Angliæ paciſceretur. Tum Ludovico ſcripſit Epiſtolam, cujus ferme hæc erat ſumma. *Quis numerum Epiſtolarum ineat, quibus obſecravimus te, ut inducias a Rege Philippo, parente tuo, & Regis Angliæ patre, invicem conceſſas, prorogares, &, elapſo earum termino, Ditiones Regis Angliæ non invaderes, neque ſubſidium Terræ ſanctæ impedires? at nihilominus eas, contemtis precibus noſtris, invaſiſti, & vel ideo invaſiſſe videris, ut preces Romanæ Eccleſiæ, Matris tuæ, nihili a te fieri, nemo neſciret. Quaſi vero fieri non poſſe putares, ut ei aliquando ſupplex accidere cogaris.* Tum Papa rerum humanarum viciſſitudinem inducit, atque exempla Ottonis Imperatoris, Friderico adhuc infanti ſuccumbentis, & Regis Angliæ Richardi, contra quem Philippus Auguſtus Eccleſiæ præſidium ſibi fruſtra expetiiſſet. Tum Papa ſubjungit.

ep. 169. Rai. n. 30.

Nec indignari debet tua Sublimitas, quod Apoſtolica Sedes, conceſſa ſibi a Deo plenitudine poteſtatis, conetur te a bello, Regi Angliæ inferendo, abſtrahere. Nemo tibi ſuggerat, Papæ non eſſe, hunc Regem in iſta cauſa defendere, quia de negotiis Regni Feudalibus agitur. Nam Jeremiæ, Sacerdoti, dictum eſt: Ecce conſtitui te ſuper gentes, & Regna, ut evel-

Jer. 1. 10.

las,

las, & deſtruas, ædifices, & plantes. Unde ſequitur, quod ad Romanum Pontifi- Sæcul.XIII. A. C. 1225.
cem, qui Sacerdotii obtinet principatum, ſpectet, omne peccatum mortale evellere. Id vero interdum ſine coercitione rebellium fieri non poteſt. Cum ergo credaris in Regem Angliæ manifeſte peccare, nos, ad quos omnis cenſura peccati pertinere dignoſcitur, qua conſcientia ad clamores hujus Regis aures obturare poſſumus? Quare, licet a te toties jam repulſi, obnixius obſecramus; ingentem animi noſtri dolorem leva, reſtitue Principi huic terras, quas invaſiſti, nullam amplius injuriam infer, jus quod tibi contra eum eſſe affirmas, legitime, & tempore competenti proſequere, ne auxilia ad liberandam Palæſtinam mittenda, quæ Reges Franciæ, Majores tui, ſemper egregie promoverunt, ſufflamines, & inutilia efficias. Alioquin, quantumcunque tibi favere cupiamus, quæ æquitati, & Regi Angliæ debemus, ultra differre non poterimus.

Si locus ſit his principiis, quæ Honorius ab Anteceſſoribus ſuis poſt Gregorii VII. ætatem acceperat, in omnibus cauſis ſupremorum Principum, ad litem deductis, Romanus Pontifex Judex erit. Nec jure belli uti poterunt, priusquam ille pronunciaverit, an id ſine peccato facturi ſint. Verba autem Jeremiæ, in Explicatio Jeremiæ.

Sæcul. XIII. A.C. 1225.

his quæstionibus toties allegata, demonstrarent, minimo Sacerdoti potestatem esse de regnis & coronis decernendi, secundum sensum, quem eis in hac Epistola Pontifex tribuit. At si consequentia sacri Textus legantur, evidens fit, nullatenus sermonem esse de potestate ordinaria Sacerdotii, sed de Missione Prophetica, atque Prophetam non alia ratione ad ædificandum, & destruendum constitui, nisi ea, qua perfecit sibi injuncta, videlicet Regnorum ruinam & restitutionem vaticinando. *Eccli 49.*

Cardinalis Romanus in Franciam delatus cuidam Concilio seu Parlamento interfuit, quod Ludovicus Rex Parisiis in Octava Ascensionis, nempe die decima quinta Maji, anno millesimo ducentesimo vigesimo quinto celebravit. In eo Rex cum Cardinali Legato complura negotia, ad Angliam & Albigenses spectantia, pertractavit. Ex sequentibus dispicimus, Legatum in rem suam strenue egisse, cum Rex causa propria, quam contra Anglos susceperat, neglecta, cum exercitu in Hæreticos moverit.

§. IX.

Mora Imperatori concessa.

Ric. S. Ger. Inter hæc, cum Romæ seditionibus & adversarum factionum armis sub auspiciis Senatoris *Parenzo* divina humanaque

naque jura violarentur, Honorius Papa Urbe excedere compulsus, Tibur se recepit, quo ad eum venerunt Rex, & Patriarcha Hierosolymitanus, ab Imperatore missi, ut ei licentiam, profectionem in Terram sanctam differendi, obtinerent. Joannes Rex Hierosolymæ in Italiam redierat cum nova Nupta, Berengaria, Regis Castiliæ sorore, uterum ferente, quæ Capuæ, mense Aprili, anno millesimo ducentesimo vigesimo tertio filiam enixa est. Patriarcha Hierosolymitanus tunc erat Giraldus, primo Abbas Molismensis, tum Cluniacensis, & anno millesimo ducentesimo vigesimo ordinatus Episcopus Valentinus, unde ad Sedem Hierosolymitanam anno millesimo ducentesimo vigesimo quarto translatus est. Rex, & Patriarcha, accepto, quale exoptabant, responso, redeunt ad Imperatorem, in Apulia commorantem, ad quem, cum ad S. Germanum, prope Cassinum, iisdem comitantibus se contulisset, duo Cardinales a Papa mittuntur, Pelagius Episcopus Albanensis, & Galonus, Presbyter titulo S. Martini. Hos inter, & Imperatorem sequentes Articuli rati habiti sunt.

Sæcul. XIII. A.C. 1225.

Gall. Chr. to 3. p. 1113. Alberic an. 1220. Chron. Clun. Bibl. p. 1664. Papebr. to. 14. p. 54. Ric. S. Ger.

Fridericus Imperator intra duorum annorum spatium, mense Augusto compendum, copias in Terram sanctam duceret, mille Equites biennio suis stipen-

ap. Rain. 1225. n. 4.

Sæcul XIII. A.C. 1225.

diis aleret, centum navium * classem conflaret, & quinquaginta triremes, egregie instructas, in portubus teneret. Interea ter pararet navigia, quæ duobus millibus virorum Equestrium cum suis armigeris & tribus equis toties devehendis sufficerent. Quas leges Imperator ad S. Germanum, in Festo S. Jacobi, vigesima quinta die Julii, anno millesimo ducentesimo vigesimo quinto, Sacramento nuncupato spopondit, atque se anathematis pœnas, ni faceret, incursurum, & admissurum, ut terræ suæ Interdicto Ecclesiastico subjicerentur. Ac tunc Cardinales Sacramento Verulis, anno millesimo ducentesimo vigesimo secundo, dato Imperatorem liberarunt. Ipsis deinde Reate ad Papam redeuntibus, Imperator celeriter in Apuliam revectus, ad Optimates Germaniæ & Longobardiæ mandata misit; proximo Festo Paschatis Cremonæ præsto essent. Papa in Franciam misit Giraldum, Patriarcham Hierosolymitanum, cum literis Apostolicis, ut subsidia in Palæstinam mittenda urgeret. Ceterum eidem privilegium extra provinciam suam gestandi Pallium Archiepiscopale concessit.

*Chalandres.

*Sup. Lib. LXXVIII. §. 46.

Ep. 319. *& c R. n.* 8.

§. X.

Sæcul.XIII.
A.C.1225.

§. X.

Dissidia ob Ecclesias Cathedrales in Apulia nata.

Haud diu post Papam inter & Imperatorem acre dissidium in causa quarumdam Ecclesiarum Episcopalium exarsit, cujus rei origo abhinc biennio repetenda. Nam anno millesimo ducentesimo vigesimo tertio, cum Imperator ad Papam misisset Prætorem Bariensem, qui, nominatis quibusdam viris, petebat, ut duos ad Sedem Capuanam & Aversanam, quæ vacabant, regendas deligeret, responderat Papa, se in hoc negotio, absentibus Cardinalibus, nihil posse statuere. Tum ad Imperatorem expediri jussit Epistolas, quas, Domino suo reddendas, Prætor Legatus accipere detrectans, petiit, ut in conspectu Pontificis dicere sibi liceret. Dixit vero Imperatoris nomine; Præsidium tale a Papa Domino suo collatum esse, quod verius pernicies dici deberet, cum nec Imperatorem, nec ejus Imperium firmaret, sed in ruinam impelleret. Tub subjunxit: *Quia Episcopos, ab Imperatore nominatos, non recipis, noli alios mittere ad has Ecclesias, nihil enim certius, quam quod eos depulsurus sit.* Papa de Prætoris ferocia conquestus est, data ad Fri-

Sæcul. XIII. A.C. 1225.

dericum, die vigesima septima Junii, anno millesimo ducentesimo vigesimo tertio, Epistola, in qua dicit: *Ita profecto pacem nobiscum præfracte abjicere omnibus videreris, qua re nihil nobis magis amarum, tibique noxium ac funestum posset accidere. Quid enimvero plus tibi invidiæ apud omnes probos conciliare possit, quam si usurpatione intolerabili libertatem Ecclesiasticam violes? ergo in Regno Siciliæ, Sacræ Sedis Patrimonio, eripies nobis potestatem, qua in Francia, in Anglia, in Hispania, in aliis Christiani orbis Regnis, gaudemus?* In fine hoc Imperatori suggerit consilium: *vel nega, tuam hanc esse mentem, si Legatus tuus suo arbitrio ita locutus est, vel si tuo jussu hæc dixit: errorem agnosce.*

12. *ep.* 194. *Rain.* 15.

Ric. de S. Ger. 1225

Elapso inde biennio, nempe mense Septembri, anno millesimo ducentesimo vigesimo quinto, Honorius Papa, motu proprio, & Imperatore inconsulto, quinque Ecclesiis in Apulia, jam diu vacantibus, Capuanæ, Salernitanæ, Brundusinæ, Compsenſi, & Aversanæ, Episcopos dedit. Ad Archiepiscopatum Capuanum, jam triennio (Rainaldo anno millesimo ducentesimo vigesimo secundo subita morte extincto) vacantem, Papa Jacobum, Episcopum Partiacensem in Sicilia, transtulit. Salerni Antistitem esse

ibid. 1222.

ibid. 1222. *Ital. Sacr. to.* 6. *p.* 419

esse jussit Cæsarium *d'Alagno*, Episco- Sæcul.XIII.
pum Famæ Augustæ in Cypro, sed A- A. C. 1225.
malfi natum, virum natalibus, doctrina,
& virtutibus eximium. Archiepiscopa- *ibid. to.7.*
tus Salernitanus, post obitum Nicolai *p.580.594.*
Agello, die undecima Februarii, anno
millesimo ducentesimo vigesimo vita fun-
cti, ultra annos quinque vacaverat. Ar- *ib.to.9.p.46.*
chiepiscopatus Brundusinus quoque jam
diu vacabat, cum Honorius Papa Petrum
Abbatem S. Vincentii ad Vulturnum, &
prius in Monte Cassino monachum, in ea
Ecclesia Episcopum ordinavit. Andreas, *ibid. to.6.*
Prior Canonicorum Regularium Sanctæ *p.1000.*
Mariæ novæ Romæ consecratus est Ar-
chiepiscopus Compsæ seu Conzanæ, mo-
dicæ urbis ad Ausidum in Principatu
ulteriore positæ. Tandem Regimen Ec-
clesiæ Aversanæ, prope Capuam, Joan-
ni, Archidiacono Amalfitano, commis-
sum est. Tum Papa de Ordinatione *ib.to.1.p.551*
istorum Prælatorum Imperatorem cer-
tiorem fecit, Epistola Reate, die vigesi-
ma quinta Septembris, anno salutis mil-
lesimo ducentesimo vigesimo quinto da-
ta, quam novo Archiepiscopo Salernita-
no deferendam tradidit. Facti rationem
affert, quod Ecclesiæ istæ tanto tempore
Pastore destitutæ fuissent, omnibus cul-
pam in Imperatorem rejicientibus. Ce-
terum tales se viros delegisse, affirmat,
qui Friderico non accepti esse non pos-

Sæcul. XIII. A.C. 1225.

sent. At offensus Imperator, his verbis neutiquam delinitus, ratusque, læso jure suo ista fuisse tentata, hos Prælatos ab aditu ad Ecclesias suas prohibuit. Nec etiam ad Abbatiam S. Laurentii Aversæ Nicolaum, Monachum Montis Cassini, qui in Siciliam cum Epistolis Papæ ad se trajecerat, admisit.

Ric. S. Ger. 1225.

Ferdinandus III. Rex Castiliæ, Sanctorum numero adscriptus, æque ut Fridericus Imperator, se invito, Episcopos in Regno suo investiri non patiebatur. Quare, cum Episcopus Segobiensis sine ejus consensu electus fuisset, quamvis electio fuisset confirmata, eum tamen ad Ecclesiam, quam adierat, relinquendam compulit, & bona occupari jussit. Hinc Roderico Archiepiscopo Toletano, & quibusdam aliis illius provinciæ Episcopis, per literas ad Papam datas, conquerentibus, Honorius Regi scripsit in hunc modum: *Quantumvis omnia, quæcunque grata tibi sunt, exhibere cupiamus, non adulari tibi in hac causa licet, nisi conscientiam nostram, tuamque, læsam velimus, non ideo solum, quod electus Episcopus Segobinus vir sit dignissimus, & meritis plenus, sed etiam ob causam communem libertatis Ecclesiasticæ in Electione Episcoporum, quam salvam, & intactam Reges conservare tenentur.* Hæc Epistola die tertia Aprilis, anno millesi-

9. ep. 253. R. n. 41.

me

mo ducenteſimo vigeſimo quinto data eſt. Notavimus tamen, in Sæculo Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ nono, poſtquam Ludovicus pius per Capitulare Attiniacenſe, anno Chriſti octingenteſimo vigeſimo ſecundo, Electioni Epiſcoporum libertatem reddidiſſet, Epiſcopos non niſi Rege conſentiente fuiſſe electos. Nam Epiſcopo defuncto, nihil antiquius erat, quam ut Metropolita, Viſitatorem inſtituens, rem ad Regem deferret, & in Decreto Electionis diſertis verbis affirmabatur, quod Rege conſentiente eſſet peracta.

Sæcul. XIII. A.C. 1225.

Sun. Lib. XLVI. §. 47. to. 7. Conc. p. 1479. Sup. Lib. LIII. §. 33. to. 8. Conc. p. 1869.

§. XI.

Engelberti Archiepiſcopi Colonienſis cædes.

Engelbertus, Archiepiſcopus Colonienſis, Juſtitiæ amantiſſimus, & recti tenaciſſimus, complurium, & potentum inimicorum invidiam in ſe concitaverat, quorum omnium Friderico Comite Iſembergio, propinquo ſuo, nullus implacabilior fuit. Is Abbatiæ Eſſenenſis, Regalis Virginum Monaſterii, Advocatus, cum illud contra Adverſarios protegere debuiſſet, prædonum more diripiebat. Prætores, judicesque, eis parere juſſos, Abbatiſſa & Monialibus invitis, amovit, & alios inſtituit, Abbatiæ ſubdi-

vit. per Cæſ. lib. 2. c. 1. God. an. 1225.

Sæcul. XIII. A.C. 1225.

subditos novis oneribus oppressit, & exactionibus vexavit. Sæpe Abbatissa, cum Monialibus suis, Coloniam veniens, primo ad Theodoricum Archiepiscopum, deinde ad Engelbertum querelas deferebat; sed illi amore cognati sui malum dissimulabant. Annis aliquot inde elapsis, Honorius Papa, & Fridericus Imperator, querelis cumulatis Monialium fatigati, literas hac de re, acri calamo scriptas, ad Engelbertum dederunt, qui Comitem serio monuit, ut errata emendaret, quin etiam abundanti caritate pensionem annuam ex propriis reditibus ei obtulit, eo pacto, ne jure suo Advocatiæ abuteretur. Tantum vero abfuit, ut Fridericus ad mentem rediret, ut magis apud consanguineos & amicos quereretur, Archiepiscopum meditari insidias, quibus ipsum jure suo exueret, cumque imprudentes indignantis animum magis accendissent, necem Archipræsuli machinari statuit, temeritatem suggerentibus propria potentia, & magnorum virorum fœderibus, quibus munitus, ut sibi ipsi quidem videbatur, rebus maximis, impune tentandis, par esset.

ad ann. 122: *p.* 321.

Abbas Urspergensis, ejusdem ævi Scriptor, aliam præterea sive causam, sive occasionem notat, quæ Fridericum in facinus atrox impulit, nimirum illorum, qui

qui Bellum ſacrum prædicabant, imprudentiam, maxime autem Joannis, Ordinis Fratrum Prædicatorum, qui peccatoribus crimina ſua verbis injuriam involventibus exprobrabat, & principia, in illa usque tempora inaudita, proferebat. Fuit is, ut conjecturæ locus eſt, Frater Joannes Teutonicus, poſtea Ordinis ſui Præpoſitus Generalis. Tum Abbas Urſpergenſis ſic proſequitur: *Quamquam hujusmodi Regulæ tanquam veræ propugnari poſſunt, multa tamen mala produxerunt, quia audientes, doctrina iſta in alio, quam proferentis, ſenſu accepta, ad perpetranda immania facinora promtiores effecti ſunt, quibus paricidium in Engelbertum Archiepiſcopum Colonienſem, & alios Presbyteros commiſſum, adnumerandum. Quidam enim ita argutabantur: nunc crimina criminibus cumulabo, tum Belli ſacri Crucem amplectens, non meam modo innocentiam recuperabo, ſed etiam pro aliorum ſceleribus ſatisfaciam. Unde factum ſcimus, quod multis, hominum flagitioſiſſimis, ſine pœnitentia defunctis, qui in campis, brutorum more, terra cooperti fuerunt, ſepulturæ Eccleſiaſticæ honor obtigerit.* Huc usque Abbas Urſpergenſis (*).

ſæcul. XIII. A.C. 1225.

Vitæ PP. Ord. Præd.

Poſt-

(*) Ita Fleurius. Sed niſi legatur; *cooperti*

Sæcul. XIII. A.C. 1225.

Postquam Festum Omnium Sanctorum præteriit, anno millesimo ducentesimo vigesimo quinto Archiepiscopus Colonienſis Susatum venit, Westphaliæ urbem, de Pace tractaturus cum Comite Friderico, qui & ipse cum duobus Fratribus suis Theodorico, Episcopo Monasterienſi, & Engelberto, electo Episcopo Osnabrugenſi, ac pluribus aliis propinquis, & amicis illuc se contulit. Triduo colloquiis consumto, nihil in medium allatum, quod Friderico placeret. Et inter hæc Archiepiscopo redditur Epistola, qua monebatur, inimicos in ejus necem conjurasse. Ille Epistolam præsenti Episcopo Mindenſi ostendit, qui, ea perlecta, *in Nomine Dei omnipotentis*, inquit, *cave vitæ tuæ, Domine! non enim de tua modo, sed etiam Ecclesiæ nostræ, & totius Provinciæ, salute agitur.* Cui Engelbertus: *Angustiæ me premunt undique. Si dissimulo, & taceo, pernicies imminet, si indicium aperio, dicent, me prioribus injuriis insignem calumniam addere. Ex hoc momento corpus & animam meam divinæ Providentiæ committo.* Tum Epistolam, conjura-

vit. 2. *c.* 2.

Immane facinus.

c. 3.

c. 4.

perti fuissent, sensus est valde obscurus, quia non constat aliquando terræ mandatorum corpora iterum effossa, & honorifice fuisse sepulta.

jurationis indicem, pedibus calcatam, in ignem projicit, & Oratorium ſuum cum Epiſcopo Mindenſi intrat, cui confeſſionem peccatorum ſuorum totius vitæ ſuæ inter calentes lacrymas edidit, quo ſimul etiam ad Dedicationem cujusdam Eccleſiæ, quam poſtridie peracturus erat, rite ſe præpararet. Sæcul.XIII. A.C.1225.

Tunc vero Comes Fridericus, ut ſolertius tegeret peſſimum conſilium, pacis conditiones ſe recipere ſimulavit, ab Archiepiſcopo oblatas, cui ille: *Itaque, cariſſime Cognate! ſimul, & lætiſſimi ad Comitia, quæ Rex Norimbergæ celebraturus eſt, commeabimus.* Comes Archiepiſcopo valedixit, atque ad ſuos reverſus, ſtruendarum inſidiarum modum edoctos, tetrum facinus exequi juſſit. Hæc die Veneris, poſt Feſtum Omnium Sanctorum, ſeptima menſis Novembris, agebantur. Archiepiſcopo, Suelmam verſus (ita locus, ubi Eccleſia dedicanda erat, dicebatur) pergenti, iterum ab amicorum fidiſſimis extremum periculum denunciatur; ſed ipſe a ſuſcepto itinere revocari non potuit. Tandem, diei luce deficiente, ſuperato monte, pervenit ad viam utrinque quaſi edito aggere coarctatam, deſtinatum cædis locum. Mox enim, dato ſigno, latrones in Archipræſulem impetum faciunt, &, a Domino ſuo concitati, crudeliter gladiis & c.6. c.7.

Sæcul. XIII. A.C. 1225. & pugionibus confodiunt, atque laniant, corpus exanime in via publica jacens relinquitur. Eadem nocte quidam vir Equestris, Archiepiscopo amicus, corpus Suelmam deportari curavit, quod cum, fœde cruentatum, loci parochus Ecclesiæ suæ inferri nollet, ne pollueretur, ad Monasterium deinde Montense translatum, titulo Depositi Sacri, custodiendum
6. 8. traditur. Qui funus curarunt, lavaruntque, vestitu Episcopali ornandum, inflicta vulnera omnino quadraginta se-
6. 9. ptem numerarunt. Tandem corpus Coloniam delatum, & ferventi aqua elixum, ut, consumta carne, ossa ad Comitia Imperii delata, coram exhiberentur. Caput usque adeo erat comminutum, ut vix in unum colligi particulæ potuerint. Ceterum Engelbertus Archiepiscopus anno Pontificatus sui decimo sublatus est (*).

§. XII.

(*) De Ludovico Sacerdote quodam Canonico Regulari, pro Engelberti anima Rem divinam faciente, narrat Cæsarius: *Cum dictis Secretis post SANCTUS Canonem inchoaret, ecce sanctum Episcopum, Pontificalibus indutum, vultu hilari sacro Altari adstare videt: & cum Crucis signa exprimeret super panem & calicem, beatus Pontifex per totum Canonem Sacerdoti se conformans eodem modo, &*

Sæcul.XIII. A. C. 1225.

§. XII.

Henricus Archiepiſcopus Colonienſis.

Sabbato, die decima quinta Novembris, ad electionem Succeſſoris præſtituto, Henricus, Præpoſitus Bonnenſis, cura potiſſimum Archiepiſcopi Trevirenſis, Theodorici, interfecto ſubrogatus eſt. Quo in Epiſcopali Cathedra, uti mos erat, conſidente, Engelberti olim Miniſtri interulam, ejus ſanguine reſperſam, in ſinum novi Epiſcopi conjecere, Domini injurias, necemque flebilibus vocibus queſti. Henricus mox jurejurando interpoſito ſe ſe alligavit, innoxii ſanguinis fuſi ultorem ſe futurum. Et profecto, ut id præſtaret, nec labori, nec pecuniæ pepercit. Francofurtum petiit, ubi Rex juvenis Comitia celebrabat, eoque Anteceſſoris ſui corpus deferri 2. c. 13.

& iisdem vicibus, ſancta conſignavit, dexteram elevans. Cum autem ventum eſſet ad illum locum, ubi defuncti nominantur, & eum Sacerdos nominaſſet, expleto Sacramento, ait illi Epiſcopus: Frater non eſt neceſſe, ut inter mortuos me nomines, ſum enim cum Deo, & choro Martyrum, ac gaudio fruor ineffabili. &c. Raynaldus ad an. 1225. num. 12.

Sæcul. XIII. A.C. 1225.

ferri juſſit. Illud oculis Regis Henrici & Principum exhibetur, unacum interula cruenta, his, qui corpus præcedebant, diſtrictis gladiis pro more, Fridericum latronem vociferantibus. Nemo non ſpectatorum ad lacrymas usque commotus eſt, maxime Rex puer, qui extinctum Præſulem, ut filius parentem, lugebat. Is proſcriptionem Friderici, in celebri Conventu Norimbergenſi denunciatam, confirmavit, ejus Feuda omnia, ac alia bona ærario publico addicta, omnesque Vaſallos a juramento Fidei abſolutos declaravit. Tum nomine Henrici, Archiepiſcopi electi, mille marcæ argenti promiſſæ ſunt cuicunque mortalium, qui captum Fridericum traderet.

to. 11. *Conc. p.* 294. 299.

Inde Henricus, accepta a Rege Inveſtitura, Moguntiam cum corpore Anteceſſoris ſui petiit, Concilio, quod ibidem Conradus, S. Sedis Legatus, Epiſcopus Portuenſis, cum multis Epiſcopis & Abbatibus, in Adventu ejusdem anni milleſimi ducenteſimi vigeſimi quinti, celebravit, interfuturus. Legatus Engelberti cæde vehementiſſime tactus, eum ſummis laudibus oratione ad Concilium habita exornavit. Martyrem appellabat, exemplum Epiſcopis, fundos Eccleſiarum ſuarum nepotibus ſuis, aliisve propinquis in Feudum concedentibus,

tibus, aut usurpatos dissimulantibus, futurum. Tum in Concilio cunctis præsentibus Fridericum Comitem excommunicavit, eamdemque Censuram omnibus diebus Dominicis in quinque Legationis suæ Provinciis, videlicet Moguntina, Colonienſi, Trevirenſi, Bremenſi, & Magdeburgenſi promulgari jussit. In eo Concilio Legato redditæ sunt Theodorici Episcopi Monasterienſis, & Engelberti, electi Episcopi Osnabrugenſis, Fratrum Comitis Friderici, Epistolæ, quorum alter promittebat, se purgatione Canonica demonstraturum, quod cædis, in Archiepiscopum commissæ, conscius non fuisset, alter ordinari se petebat. Legatus respondit; proniorem sibi ad parcendum, quam plectendum, indolem esse, diemque præstituit, qua, in Concilio Leodii celebrando, suspicionem in eos cadentem, & objecta diluerent. In Concilio Moguntino Legatus die nona Decembris Canones quatuordecim, ad Disciplinam spectantes, & plerosque contra incontinentiam Clericorum, ac Simoniam, pugnantes promulgavit. Unde pronum est judicare, multos adhuc dum in Germania duobus his vitiis fuisse infectos. Sæcul. XIII. A.C. 1225.

Sæcul. XIII. A C. 1225.

§. XIII.

Periculum Romani, S. Sedis Legati, Parisiis.

M S. Turon. ap. Duboul. to 3. p. 118. & to. 11. Cons. p. 202.

Eodem anno millesimo ducentesimo vigesimo quinto Canonici Parisienses apud Legatum S. Sedis, Romanum, Cardinalem S. Angeli, queruntur, quod Scholastici proprium annulum sibi signari curassent, quem omnibus Actis, ad negotia suæ Universitatis spectantibus, imprimerent, abjecto jure Ecclesiæ Parisiensis, cujus Sigillum antea illis Actis auctoritatem præstitisset. Multis argumentis hinc & illinc in medium adductis, Scholastici Legatum causæ suæ arbitrum constituunt, traduntque Sigillum. Ille, ne uno quidem momento, quid acturus esset, deliberans, fracto coram omnibus Sigillo, excommunicationis sententiam protulit, in omnes illos, qui Parisiis Sigillum novum in usum Universitatis construerent. Scholastici haud tacite indignari, tum, rei hujus rumore in urbem sparso, undique ad Legati ædes armati concurrere. Familiares Legati fores claudere, & ipsi arma capere. At Scholastici militari impetu sæpius assiliunt, fores perfringunt, saxorum grandine obsistentes sternunt, jamque nihil propius erat, quam ut tam minis-

stros,

stros, quam ipsum Legatum in suam pot- Sæcul.XIII.
estatem redigerent, cum Rex Ludovicus, A.C.1225.
Meloduno rediens, comperto, quanto Præsul premeretur periculo, Equestres viros misit, peditesque, qui Scholasticis tum minarum strepitu, tum armorum vi depulsis, S.Sedis Legatum, suosque, non tamen sine effuso sanguine, liberarunt. Ipse Parisiis militum præsidio cinctus excessit, postquam in Scholasticos sibi rebelles, ceterosque omnes seditionis socios excommunicationis fulmen intorsisset.

§. XIV.

Bulla in præsidium Cardinalium edita.

Hæc ipsa fortassis violentia, qua Romanus Cardinalis læsus est, Honorium Papam movit, ut eodem anno Constitutionem admodum rigidam in præsidium Cardinalium ederet. *Si quis*, inquit Papa, *Sacræ Romanæ Ecclesiæ Cardinalem fuerit hostiliter insecutus, vel percusserit, aut ceperit, persequentis socius, aut quacunque demum ratione facinoris particeps fuerit, talis, sicut reus criminis læsæ Majestatis, perpetuo sit infamis, proscriptus, hostibus Reipublicæ accensus, potestate condendi testamentum privatus, & indignus, qui ad alterius* Rain.n.50.

Sæcul. XIII. A. C. 1225.

hæreditatem vel ab inteſtato vocetur, ſed ab omni ſucceſſione repulſus. Ædes ejus diruantur, bona ad ærarium Principis trahantur, ſi qua vero Feuda, ſi quod Officium, vel Beneficium ſpirituale vel temporale ab Eccleſia obtinet, ſit eis ipſo jure privatus. Quod ſi filium habet Clericum, Eccleſiaſtico Beneficio præditum, illo exuatur, ſpe collationis ſecundæ omnino ſublata. Nulli filiorum ejus pateat ad ullam Dignitatem Eccleſiaſticam janua, ad ullius loci Regimen non admittatur. Sit ei poſtulandi facultas negata, non obeat Notarii officium, nullo miniſterio in Republica fungatur. Ejus aſſertio aut teſtimonium in Judicio fidem non faciat, omni ſpe diſpenſationis ademta. Præterea ſancimus, ut inſectator alicujus Cardinalis non ſecus, ac ſi manus violentas injeciſſet, ipſo facto excommunicationis ſententiam incurrat, quæ in omnibus Eccleſiis, & in tota illa regione, quamdiu in ſua contumacia perdurarit, denuncietur. Ceterum nec Inſectator, nec tanti criminis participes, ab alio, quam a Romano Pontifice, cum Fratrum ſuorum Cardinalium, & injuriam paſſi, conſenſu Abſolutionis Beneficium obtinere poſſint.

Cum autem fuerint abſolvendi, primo idoneam cautionem præſtent, quod pœnas injungendas ſubituri ſint. Tum

per

per omnes illius loci, & viciniæ Ecclesias incedant nudi coram populo, femoralia tantum habentes, & virgas ferentes in manibus, quibus per easdem Ecclesias publice verberentur. Ibunt postmodum ultra mare, ibidem saltem per annos tres pœnitentiam acturi, nec exinde absque Sedis Apostolicæ licentia reversuri. Postquam tales gratiam reconciliationis meruerint, indulgeatur eis licentia, qua suam suorumque injuriam prosequantur, & ab aliis sibi debita repetant. Si aliquis quemquam de Clericis vel Religiosis nostræ Papalis familiæ, vel Cardinalium male afficere forte præsumserit, Judex in talem ex culpa pœnam metiatur. Si quis vero, quod absit, occiderit Cardinalem, tam graves pœnas in eum potestas jurisdictionis decernat, ut in tristis vitæ solatium mortem exoptet, & invocet. Ceterum his nostris Constitutionibus sæcularibus Judicibus non adimimus potestatem, contra tales legibus utendi, quas Catholici Principes adversus sacrilegos ediderunt. Quapropter, si Princeps, Senator, Consul, Judex, Dominus, seu Rector, præsentis Constitutionis Statuta servari non curaverit, tam ipse, quam officiales ipsius, infra unius mensis spatium, postquam res ad eorum notitiam pervenerit, excommunicatione notentur. Quod si populus

Sæcul.XIII. A.C.1225.

Sæcul. XIII. A.C. 1225.

lus rem tantam neglexerit, ac dissimulaverit, Magistratum & Ministros ad implendum officium suum non compulerit, si in eo loco Romanus Pontifex commoretur, cum suis Fratribus Cardinalibus omnibus infra mensem exeat, & antequam satisfiat, illuc nunquam revertatur. Præterea si populus, tertium monitus, Rectorem suum, sic excommunicatum a Regimine amovere contemserit, civitas Interdicto Ecclesiastico subjaceat. Hæc Constitutio die vigesima Novembris anno millesimo ducentesimo vigesimo quinto data est.

§. XV.

Concilium Melodunense.

to. II. p. 290. Cum in Octava Omnium Sanctorum, videlicet die octava ejusdem mensis Novembris, Ludovicus Rex Concilium, Meloduni celebrandum, convocasset, Episcopi Franciæ, præsente Romano, Legato S. Sedis, instanter a Rege, & ejus Baronibus petierunt cognitionem omnium causarum de rebus mobilibus, ob quas Ecclesiarum Vasalli contra quemcunque coram Episcopis actionem moverent, affirmantes, Ecclesiam Gallicanam hujus juris possessione gaudere. Quibus Rex se opponens argumentis evidentibus asserebat, dissonum rationi esse, quod peterent, cum causa mobi-

mobilium, nisi ea vel vi juramenti, vel Feudi & Homagii, vel Testamenti, vel Matrimonii peterentur, mere laicalis sit, nec ad forum Ecclesiasticum aliquatenus pertinere videatur. Dicebat Rex, eorum possessionem irritam esse & inanem, scilicet nec Regi Philippo parenti suo, nec sibi unquam cognitam, maxime, cum nemo possit jus Domini sui deterius reddere. Tandem, Sacræ Sedis Legato animos conciliante, causa ista utrinque suspensa relicta est. Hic dispicimus, ad quasnam causas jam illa ætate Jurisdictio Ecclesiastica extensa fuerit. In eodem Concilio multum de Induciis inter Franciam, & Angliam, ac de causa Albigensium tractatum; sed tunc quidem nec de una causa nec de altera quidquam statutum est. Sæcul.XIII. A.C.1225.

§. XVI.

Concilium Bituricense.

Ad Festum S. Andreæ, nempe die ultima Novembris, anno millesimo ducentesimo vigesimo quinto, Romanus, Sedis Apostolicæ Legatus, Concilium Biturigis celebravit, quo Regem, Episcopos, Abbates, totius Franciæ Capitula, & Raimundum Comitem Tolosanum, cujus negotium Legationis suæ præcipuum caput fuit, convocaverat. In eo Concilio adfuere Archiepiscopi sex, Lug- *p.* 291.

Sæcul. XIII. A. C. 1225.

dunenſis, Remenſis, Rotomagenſis, Turonenſis, Auguſtæ Auſciorum, Archiepiſcopus Burdegalenſis Romæ degebat, Sedes vero Narbonenſis vacabat, poſt obitum Arnaldi Archiepiſcopi, die vigeſima nona Septembris, hoc anno milleſimo ducenteſimo vigeſimo quinto defuncti, poſtquam illam Sedem annis tredecim tenuiſſet. Sepultus eſt Ciſtercii, ubi Abbas fuerat, eique in Eccleſia Narbonenſi Petrus Amelinus, Archidiaconorum Narbonenſium Præpoſitus, ſubrogatus eſt. Præter hos Archiepiſcopos ſex Concilio Bituricenſi interfuerunt Epiſcopi, novem Provinciarum Suffraganei, ferme centum numero, cum Abbatibus, Prioribus, & Capitulorum Delegatis, mandata Papæ audituris. Sed orta eſt lis de Ordine, quo Præſules ſederent; nam Archiepiſcopus Lugdunenſis Primas Archiepiſcoporum Senonenſis & Rotomagenſis haberi ſolebat, & Archiepiſcopus Rotomagenſis eamdem prærogativam in Archiepiſcopos Bituricenſem, Auguſtæ Auſcionum, ſeu Auſcorum, & Narbonenſem ſibi competere contendebat, forte ideo, quod Rex Angliæ jus ſibi in eas Provincias eſſe aſſereret. Ne vero turbæ naſcerentur ex hoc diſſidio, ſtatutum, ut Patres non eo ordine, qui in ſolemni Concilio ſervari ſole-

Math. Par. an. 1226. p. 277.

Gall. Chron. to. 8. p. 383.

G. de Pod. Laur. c. 35.

Var. lect. Math. Par. V. Thomas. diſcip. p. 4. lib. 1. c. 10. n. 11.

soleret, sed, quasi subito ad communican- Sæcul.XIII.
da consilia confluentes, considerent. A.C.1225.

Omnibus itaque sedentibus, & literis Legationis suæ, quibus Romanus munitus erat, publice recitatis, Raimundus Comes Tolosanus, & Amalricus Montfortius in medium prodierunt. Raimundus ab excommunicatione absolvi postulabat, Ecclesiæ in omnibus satisfacturus, promittebat se velle Hæreticos secundum leges Ecclesiæ punire, ad eos in Ditionibus suis extirpandos operam efficacem conferre, terram suam Romanæ Ecclesiæ obedientem, pacificam, & securam reddere, & Clericis reditus suos in integrum restituere. Ex adverso Amalricus petebat, ut Comitatus Tolosanus, ceteræque ditiones Comitis Raimundi senioris sibi redderentur, utpote summa auctoritate Innocentii Papæ III. & Philippi Regis, quorum literas ostendebat, patri suo, sibique, collatæ. His addebat, Raimundum potestate Concilii Oecumenici majore saltem parte Ditionum suarum, quas hodiedum occuparet, fuisse privatum. Cumque Raimundus polliceretur, se Regi & Romanæ Ecclesiæ omnia præstiturum, quæ ad conservandum Principatum suum exigerentur, petiit Amalricus, ut se sententiæ duodecim Ducum, qui Pares Franciæ dicebantur, submitteret, responditque Raimun-

Sæcul. XIII. A.C. 1225. Raimundus; *Recipiat Rex Homagium a me, & lubens subibo hoc Judicium, alioquin timeo, ut me Duces Parem sibi agnoscant.* Tandem post multas altercationes Legatus Archiepiscopis præcepit, ut eorum quilibet cum suis Suffraganeis hac de re deliberaret, sibique singulorum sententiam scriptam traderet, & protinus Excommunicationis Censura omnes illos innodavit, qui sententiam suam propalarent, quod diceret, singulorum opinionem secreto ad Regem mittendam esse. Itaque negotio Comitis Tolosani infecto dimissus est.

§. XVII.

Papa duas sibi dari Præbendas postulat.

Matth. Par. p. 277. His actis S. Sedis Legatus Capitulorum Curatoribus potestatem fecit, domum remeandi, solis Prælatis manere jussis. At Curatores, astutiam suspicati, & veriti, ne deinde quidquam juribus suis adversum, ipsis absentibus, statueretur (quippe Curatores, viri experientia exercitati, quibus etiam magnus numerus auctoritatem conciliabat, ad obsistendum Legati consiliis aptiores ipsis Præsulibus erant) postquam diu deliberatum, Delegatos Ecclesiarum Metropoliticarum ad S. Sedis Legatum miserunt,

ferunt, qui dicerent: *Domine! ad no-* Sæcul. XIII.
titiam noſtram pervenit, accepiſſe te a A.C. 1225.
Curia Romana literas, quibus Præben-
das in omnibus Eccleſiis Cathedralibus
& Conventualibus exigere juberis. Qua-
re obſtupeſcendi cauſam nobis præbuiſti,
quod tantam rem in Concilio, & no-
bis præſentibus, non expoſueris, quæ ad
neminem magis, quam ad nos ſpectat. Ro-
gamus te proinde; noli ſcandalum in Ec-
cleſiam Gallicanam invehere. Quam-
vis enim unus alterve privatorum con-
ſentiret, nullius roboris eſſet conſenſus
in cauſa communi, & tali negotio, tali
poſtulatione, cui Rex omnesque ſubditi
etiam ſpreto, ſi opus eſſet, vitæ peri-
culo repugnaturi ſunt, ut Regni ſimul
& Eccleſiæ ruinam amoliantur. Ce-
terum timorem noſtrum illud auget, quod
in aliis Regnis de hac re nulla mentio-
ne facta, quibusdam Epiſcopis & Abba-
tibus Præbendas vacaturas Papæ reſerva-
ri mandaveris.

His auditis Legatus S. Sedis Roma-
nus, Curatorum conſenſum impetrare
cupiens, tunc demum authenticam Pa-
pæ Epiſtolam exhibuit, qua in qualibet
Eccleſia Cathedrali duas Præbendas, al-
teram a Capitulo, alteram ab Epiſcopo,
& eadem ratione in Monaſteriis, in qui-
bus ſeparatæ ſunt Præbendæ, etiam al-
teram ab Abbate, & alteram a Congre-
gatio-

Sæcul. XIII. A. C. 1225.

gatione, nempe duas Cellas Monasticas postulabat. Tum vero commodum & lucrum, ad eos exinde redituram, recensere cœpit, scilicet, non amplius negotia in Curia Romana pertractantibus licitum fore, pecuniam offerre, aut Romanis quidquam accipere, atque hoc pacto avaritiæ probrum ab Ecclesia Romana removendum. Ad hæc Archiepiscopi Lugdunensis Curator respondit: *Domine! nolumus, nullos Romæ nobis amicos esse, nec, aliis munera ferentibus, nos soli ad hanc Curiam vacuis manibus accedere.* Alii alia referebant obstacula; *quippe ad percipiendos Præbendarum istarum fructus,* ajebant, *in qualibet Diœcesi, aut saltem in qualibet Provincia, Curator Romanus constituetur, qui suis sumtibus haud vivet, sed plurima ab Ecclesiis exiget, &, Curatoris titulo præditus, Sacræ Sedis Legati potestate utetur. Summus Pontifex, ubi visum fuerit, hunc Curatorem Electioni Prælatorum suo nomine interesse jubebit, atque hac arte intra haud longum tempus omnium Prælatorum Electionem devolutam esse mirabimur ad arbitrium Curiæ Romanæ, quæ in plerasque Ecclesias natione Romanos immittet, aut sibi aliunde penitus devinctos, & addictos, consensu Præsulum, Principumque in qualibet Regione excluso.*

His

His adjiciebant; si Præbendarum i- Sæcul.XIII.
starum census justa lance dividerentur, A.C.1225.
totam Curiam Romanam opulentissimam futuram, quia pars, quæ ad eam fueret, longe major quam ipsius Regis esset. Unde etiam illud mali secuturum; Romanorum præcipuos dedignaturos esse, litigantibus aures suas dare, eorumque ministros, quod Domini sui negligent, fastidiose executuros. *Quin* Præbendæ.
id ipsum, ajebant, *jam nunc experientia docet, cum lente causas tractant, accepta jam mercede, aut certo, eam dandam esse, promisso. Ita periclitaretur Justitia, & Partibus, finem litis expectantibus, ad fores Romanorum, libere dominantium, moriendum esset. Præterea, quia nullis opibus avaritia satiatur, tunc conducta aliorum opera per illos facerent, quod modo ipsi faciunt, eorumque labori majora dona mercedis nomine adstruerent, quam quæ hodie sponte offerimus. Divitiæ immensæ Romanos ad insaniam redigerent, invidia & emulatio inter nobiles & potentes familias in seditiones erumperent, Reipublicæ Romanæ evertendæ pares. Tandem, tametsi Præsules, hic præsentes, se se obligarent, onus tantum non recipient Successores, & acta ipsorum rata non habebunt.* In fine, Legatum rogarunt; Ecclesiæ Universali & speciatim Ecclesiæ Roma-

Sæcul. XIII. A.C. 1225. Romanæ consuleret, ne si Roma omnes opprimere attentaret, omnes quoque sibi adversarios rebellesque haberet. Legatus his argumentis vehementer commotus videbatur; dicebat, sibi, cum adhuc Romæ esset, hanc exactionem nunquam fuisse probatam, nec ante has literas, haud modici doloris materiam, sibi fuisse traditas, quam postquam in Franciam perveniisset. Quæ vero de hac causa nunc exposuisset, conditionem habere tacite annexam, Imperii aliorumque Regnorum consensum esse accessurum. Ceterum nullam se amplius de hac re facturum esse mentionem, nisi de illo, quem ipse non speraret, consensu constaret.

In eodem quoque Concilio Legatus exposuit, Summum Pontificem duobus Episcopis potestatem dedisse, omnes Abbates Franciæ deponendi; quod consilium suggesserant Abbates quatuor, ad invisendas omnes totius Regni Abbatias, & emendanda errata missi. Id ubi Episcopi audierunt, intelligentes, hac via omnem Jurisdictionem in Abbates sibi adimi, una voce affirmarunt, nunquam, quoad viverent, commissuros se, ut ista Mandata effectui darentur. Ita Mandata Papæ tum de Præbendis, tum de Depositione Abbatum perfici non potuerunt. Tunc vero multi Doctores, seu Artium

Artium liberalium Magistri Parisienses, numero ferme octoginta, qui Legatum, ut superius memoravimus, insectati fuerant, Absolutionem ab Excommunicatione in se lata in Concilio petitam, protinus impetrarunt. Sæcul.XIII. A. C. 1226.

§. XVIII.

Ludovicus VIII. contra Albigenses Cruce signatus.

Anno sequente millesimo ducentesimo vigesimo sexto, die Mercurii, vigesima octava Januarii, Ludovicus VIII. Rex, & Legatus Romanus Parisiis Concilium Nationale celebrarunt, in quo Legatus, auctoritate Summi Pontificis, Raimundo Comite Tolosano, ejusque sociis excommunicatis, Regi, ejusque Hæredibus masculis jus in Ditiones hujus Comitis, tanquam Hæretici denunciati, & damnati, in perpetuum confirmavit. Simul etiam Amalricus Comes Montfortius, & Guido ejus Patruus, in Regem ejusque Hæredes masculos omne jus, in easdem terras sibi competens, datis literis, transtulerunt. Die Veneris sequente, trigesima Januarii, Rex, re mature pensata, Crucem sacræ Militiæ & ipse & omnes ferme Episcopi ac Barones Regni sui ad exterminandos Albigenses de manu Legati acceperunt, qui Regis *to. II. Conc. p. 300. ex Chr. Tur.* *G. Nang.* 1225.

Sæcul. XIII. A.C. 1226.

& Principum fervore magis accensus, in Regni provincias Prædicatores misit, qui Fideles ad Bellum sanctum contra Hæreticos hosce excitarent, concessa Indulgentia plenaria, cum dispensatione in omnis generis votis, illo solo excepto, quo se ad peregrinationem Hierosolymitanam obstrinxissent. Adjecit, non nullis Episcopis consentientibus, quod, ne expeditioni piissimæ nervus deesset, Regi promitteret, se ejus ærario per quinquennium centies mille Marcas collaturum esse, ex Decimis, quæ de Bonis Clericorum colligebantur, &, si hæ non sufficerent, reliqua ex thesauro Ecclesiæ accipienda essent. Nempe Decimæ cogebantur nomine Pontificis, qui iis, ut expedire credebat, utebatur. Dominica IV. Quadragesimæ, quæ hoc anno millesimo ducentesimo vigesimo sexto in diem vigesimam Martii incidebat, Rex iterum Parisiis Concilium seu Parlamentum celebravit, in quo, postquam cum Legato Episcopis, & Baronibus suis de causa Albigensium prolixe tractavit, literas mitti jussit, ad omnes Vasallos suos, qui ad obsequia militaria præstanda tenebantur, datas, quibus Biturigas convenire, & se Regi, more patrio armatos, Dominica quarta post Pascha, nempe die decima septima Maji, jungere jubebantur.

§. XIX.

§. XIX.

Sæcul. XIII. A.C. 1226.

Concilium Weſtmonaſterienſe.

Anno ſuperiore Honorius Papa Ottonem Magiſtrum, in Angliam miſſum, Henrico Regi literas, in quibus maximi momenti negotia de Eccleſia Romana continebantur, reddere juſſerat. Recitatis literis Rex reſpondit; non poſſe ſe ſolum de rebus decernere, quæ ad omnes Clericos, Laicosque Regni ſui pertinerent. Itaque exquiſito Cardinalis Stephani Langtonii, Archiepiſcopi Cantuarienſis, conſilio, Nuncio S. Sedis ſignificavit, expectandum eſſe tempus Conventus, quem Weſtmonaſterium ad Octavam Epiphaniæ convocaturus eſſet. Illa ergo die, Januarii decima tertia, Feſto S. Hilarii, Concilium, ſeu Comitia celebrantur, quibus multi Epiſcopi, aliique Prælati, mandata Papæ audituri, cum Optimatibus interfuerunt. Tunc Otto Nuncius publice Bullam recitavit, in qua eadem mandata, quæ Legatus Romanus Clericis Galliæ, Bituricis congregatis, expoſuerat, repetebantur. Quippe in hac Bulla Pontifex ſummatim dicebat: *Diu eſt, quod Eccleſia Romana avaritiæ & cupiditatis nota laboret, quia oblata recipit munera, & nemo poteſt aliquod negotium in Romana Curia expedire, niſi magnam pe-*

Math. Par. 1225.

Idem 1226. *Conc. to.* II. *p.* 303.

Sæcul. XIII. A. C. 1226.

cuniæ vim effundat. Sed quoniam scandali hujus & infamiæ causa est Romana paupertas, Matris inopiam sublevare debetis, filii! nam nisi a vobis dona reciperemus, deficerent nobis necessaria vitæ, quod esset omnino Romanæ incongruum Dignitati. Ad istud itaque scandalum penitus eradicandum, adjuti consilio Fratrum nostrorum, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, invenimus remedium, cui si volueritis consentire, a scandalo Matrem vestram poteritis liberare, & in Curia Romana, sine donorum impendio, exhibitionem Justitiæ obtinere. Petimus inprimis ab omnibus Ecclesiis Cathedralibus duas nobis Prabendas conferri, unam de portione Episcopi, & alteram de Capitulo. Et similiter de Cœnobiis, ubi diversæ sunt portiones Abbatis & Conventus; a Conventibus, quantum pertinet ad unum Monachum, & tantumdem ab Abbate petimus.

His ita propositis, cum Legatus ad eliciendum Prælatorum consensum memorata in Bulla commoda, ipsis obventura, adduxisset, seorsum ad colloquendum diverterunt. Tum vero Magister Joannes Bedefordensis nomine omnium respondit: *Domine, quæ nobis exposuisti, Regem Angliæ speciatim tangunt, generatim vero omnes Ecclesiarum Patro-*

Patronos Regni, tangunt Archiepiſcopos, & eorum Suffraganeos, nec non innumeros Angliæ Prælatos, quia ergo Rex agrotat, & Archiepiſcopi non nulli, Epiſcopi, multique Prælati abſunt, reſpondere nec poſſumus, nec debemus, quod cum damno omnium abſentium Prælatorum fieret. His dictis venit Joannes Mareſcallus, aliique a Rege miſſi ad omnes Prælatos, qui Feuda directo jure a Rege tenebant, diſtricte prohibentes, ne ea Romanæ Eccleſiæ obligarent, unde ipſe obſequiis ſibi debitis privaretur. Quæ cum Magiſter Otto intellexiſſet, præſtituit his, qui aderant, diem ibi in media Quadrageſima, dum Rex advenire, ceterique abſentes Prælati poſſent, ut tum negotium ſortiretur effectum. Sed Prælati præſentes absque Regis, aliorumque abſentium aſſenſu præfixum diem admittere noluerunt, quare ſinguli ad propria reverſi ſunt (*). Sæcul.XIII. A. C. 1226.

(*) In Actis Conciliorum adjecta eſt in fine hæc Adnotatio. Hæc ille (Mathæus Paris) apud quem, in eorum narratione, quæ ad Romanam Eccleſiam ſpectant, extant ſemper aliqua maligni animi veſtigia: *Ut recte Cardinalis Baronius, & Apamienſis Epiſcopus Spondanus, aliique multi obſervarunt.*

Sæcul. XIII. A.C 1226.

§. XX.

Quæ necem Archiepiscopi Coloniensis secuta sint.

vit. lib. 2. c. 16. lib. 3. Præf.

Inter hæc Engelberti Archiepiscopi corpus, Coloniam revectum, S. Sedis Legatus Conradus, Episcopus Portuensis, die vigesima sexta Februarii, anno millesimo ducentesimo vigesimo sexto, in S. Petri Ecclesia sepelivit. Cæsarius Monachus concinne plurima prodigia, ejus ad Deum precibus adscripta, commemorat, & ait: ea ad manifestandam Engelberti sanctitatem ideo fuere necessaria, quia, dum viveret, Verbum Dei per se prædicare non solebat, nec adeo spiritualibus exercitationibus erat intentus. In his Miraculis duo mihi notatu digna occurrunt. Primum, quod rudes Laici sibi persuasum habuerint, Votum extra limina domus sub Cœlo majoris esse efficaciæ, quam sub tecto editum. Alterum, quod jam illa ærate mos invaluerit, ad sepulchra Sanctorum simulacra ex cera illarum humani corporis partium, quæ sanitatem receperant, manuum forte pedumve, offerre.

Lib. 2. c. 13. to 11. Conc. p. 301.

Conradus Sedis Apostolicæ Legatus Concilium celebravit Leodii, quo, ipso jubente, sub militum præsidio, duo Episcopi Monasterienſis & Osnabrugenſis,

sis, Comitis Friderici fratres, in quos suspicio cadebat, cædis, in Engelbertum Archiepiscopum peractæ, conscios fuisse, deducti sunt. Cum objecta diluere non possent, Legato præcipiente, & Episcopis multis præsentibus in Concilio, ac consentientibus, mittuntur ad Papam, quæstioni subjiciendi, & interim denunciantur suspensi. Romam ergo pergunt, & cum ipsis Fridericus Comes; ubi haud diu commorati depositi sunt, postquam crimen, de quo accusabantur, nec opera Curatorum Ecclesiæ Colonienſis, nec per literas Optimatum removere potuerunt. Haud diu post Episcopus Monasterienſis, antequam ad sua rediret, dolore animi superante, occubuit. Interea vero Henricus Archiepiscopus Colonienſis in Ecclesia sua Metropolitica, ab Archiepiscopo Moguntino, die vigesima Septembris, Vigilia S. Mathæi, anno salutis millesimo ducentesimo vigesimo sexto, Suffraganeis omnibus Colonienſibus, & Jacobo Vitriaco Episcopo Acrienſi, præsentibus, consecratur. Eadem die Henricus coram Altari Cæsario Monacho d'Heisterbach præcepit; vitam Engelberti Archiepiscopi scriberet, eoque renuente, Priorem ipsius præsentem jussit, reluctantem ad obediendum compellere. Calamum strinxit Cæsarius eodem anno, quem præcipue

Sæcul.XIII. A.C.1226.

c. 17.

Sæcul. XIII. A.C. 1226.

cipue in istarum rerum narratione secutus sum.

Comes Fridericus, cum Romæ veniam, quam speraverat, obtinere non potuisset, Leodium venit sub alieno habitu, sed in suam perniciem. Nam ab insidiatoribus deprehensus, & plus quam mille marcis Henrico Archiepiscopo venumdatus, Coloniam deinde in Festo S. Martini perducitur, ac, elapso triduo, ultimo supplicio afficitur. Mortis hic fuit modus. Tota corporis mole humi strata, carnifex jacentis brachia & crura securibus fregit, recepitque miser adactas plagas ultra sexdecim, gemitus premens. Facti pœnitentia tactus crimen suum sæpius, & publice & privatim, confessus est. Omnibus membris ita contritis, adhuc spirans, in rota, super columnam lapideam nixa, prope urbis portam, alligatus elevatur, ubi usque ad diluculum orans, & se circumstantium precibus commendans, tandem animam emisit. Hic Comitis Friderici Isenburgii, uno anno, postquam facinus ausus est, mense Novembri, anno millesimo ducentesimo vigesimo sexto, exitus fuit.

Godefr. an. 1226.

§. XXI.

Friderici Imperatoris querelæ.

Fridericus Imperator Curiam, seu Comitia

mitia Imperii generalia, Cremonæ post Pentecosten, quod Festum hoc anno millesimo ducentesimo vigesimo sexto in diem septimam mensis Junii incidebat, indixerat; sed plerique in Germania crediderunt, Cardinalium, & Curiæ Romanæ solertia effectum, ne hic Conventus locum haberet, Imperator igitur Baronibus, aliisque viris Equestribus, Regni Siciliæ Feudatariis, indixit; ad iter omnia pararent, seque, in Longobardiam proficiscentem, sequerentur. Pescariam convenirent, quo ipse die sexta Martii se perventurum crederet. Adfuit vero, ut constituerat, indeque in Ducatum Spoletanum delatus, petiit, ut incolæ sibi in Longobardia obsequia militaria præstarent, quod illi, nisi accederent mandata Pontificis, cujus Vasalli erant, facere detrectarunt. Sed, quod imperaverat, urgebat Fridericus, datis literis vehementis stili, denunciata, & præscripta recusantibus pœna. Spoletani acceptas Epistolas remittunt ad Papam, qui Imperatori scribens, questus est, quantum his factis offenderetur. Contra Imperator, & ipse ira commotus, Papæ tanquam æqualis æquali reposuit data Epistola, quam durius Pontificis responsum secutum est.

Sæcul. XIII. A.C. 1226. *Abb. Urſp. p.* 324.

Ric. S. Ger. 1226.

Imperator in sua Epistola summatim dicebat: *Me quidem, contra quam expe-*

ap. Rain. 1226. *n.* 6.

Sæcul. XIII. A.C. 1226.

Etabant universi, & Principes mihi succedebant, paratissimum ad obsequendum tibi habuisti, usque adeo, ut nullus Antecessorum meorum tam devotum Ecclesiæ se exhibuerit. Verumtamen cum Ecclesia illa mei, adhuc infantis, tutelam suscepit, Innocentius Papa sub pulchro Tutorum & Defensorum nomine latentes inimicos in Apuliam ad me misit, atque in solium patris mei evexit virum exterum, qui Imperio, male parto, non contentus, Siciliæ quoque Regnum occupare conatus est. Hic de Ottone Imperatore sermo est. Tum de ipso Honorio Papa dicebat: *Constitutionibus tuis antiquum jus Regum Siciliæ in Electione Prælatorum imminuere vis, &, contra morem receptum, me præterito, quosdam viros in Ecclesias vacantes immisisti. Postquam in Regnum Siciliæ rediii, & Rebelles depuli, hominibus mihi suspectis receptaculum concessisti.* Tandem Imperator jure suo Advocatiæ in Ecclesiam Romanam usurum se minabatur, & omnibus illis, qui querelam contra se moverent, in Curia sua Justitiam se exhibiturum promittebat.

§. XXII.

Responsum Papæ.

ap. Rain. 1226. n. 3. 4. &c.

Respondit Papa: *Ut primo ea, quæ de opinione Principum affirmasti, refellam, ecce,*

ecce, de Tabulis Ecclesiæ monimenta publica prodeunt, sigillorum pæne omnium Principum munita, unde perspectum fit, qualia tibi suggesserint consilia. Dum autem Prædecessores tuos memoras, nihil, quod ad rem sit, affers. Si enim proxime defunctos intueris, modicum Devotionis Christianæ in Ecclesiam profecto sufficiet, ut eos superes. Si autem Romanorum Imperatorum seriem altius repetis, quantum abes a devotione illorum præclarorum Principum, qui libertatem Ecclesiæ multis privilegiis munierunt, & munificentia Regia matrem ditarunt! Quod si spectemus tuæ infantiæ Tutelam, & Regni Siculi defensionem, quam Ecclesia Romana suscepit, huc usque non nisi grati nobis animi signa dedisti. Quid enim aliud tuarum series literarum continebat, in quibus post Deum Matris & Tutricis Ecclesiæ studio adscribebas, quidquid esses, ac etiam quod viveres? unde igitur hodie istis tam contraria processit opinio? Suntne ista subsidia, quæ promittebas Ecclesiæ, si necessitas imminneret? cogita, filii carissime, cogita, quam parvum, quamque depressum te Summus Pontifex Innocentius post obitum matris tuæ acceperit, rursusque animo revolve, quam grandem, quam potentem, te idem Pontifex in sua morte reliquerit! Tum Honorius Papa in hac Epistola

Sæcul. XIII. A.C. 1226.

Sæcul. XIII. A. C. 1226.

ſtola oſtendit, quanta ſolicitudine Innocentius laboraverit, ut Fridericum de Marcualdi & Diopuldi inſidiis manibusque liberaret, & proſequitur in hunc modum.

At, inquis, *hominem alienum in Sedem patris mei evexiſtis. Sed patris tui Sedes dici non debet, quæ non ſucceſſionis, verum electionis jure defertur. Neminem porro latere exiſtimo in toto Imperio, quod Imperatore Henrico defuncto, quidam olim Philippo, Duci Suviæ, quidam Ottoni, poſtmodum Imperatori, diviſis ſuffragiis adhæſerint. Et licet idem Philippus nomen tuum primo obtenderit, ad ſe ipſum poſtea convertit negotium, ac rebus proſpere ſuccedentibus, cum jam amplius de obtinendo Imperio non dubitaret, ſpem ad occupandam Siciliam quoque prorogavit. Oppoſuit ſe Philippi conatibus Romana Eccleſia, effecitque, ne ei aditus in Regnum Sicilia pateret. Philippo tandem de medio ſublato, Ottoni, quem omnium Principum roborata conſenſu præſentabat Electio, nec expedivit, nec licuit diadema Imperii denegari. Is, ut ſcripſiſti, procul dubio cito ingratus extitit Eccleſiæ, immemor receptorum; quod utcunque miſericordis Eccleſiæ patientia diſſimulavit. Sed poſtquam ad tuam prorupit injuriam, in te, quaſi in pupilla oculi, tacta Eccleſia Roma-*

Romana nullam viam reliquit intentatam, qua tibi succurreret, atque Principum Catholicorum corda solicitavit, ut manum adjutricem porrigerent. Cecidit ille, ut tu surgeres, &, cui Regni tui vix extrema remanserant, totum Ottonis Imperium obtineres. Hæc Matri tuæ Ecclesiæ debes, quæ tanta beneficia puero contulit, & adulto. Sed ista ad tempus, quo Antecessor noster in vivis fuit, pertinent. Sæcul. XIII. A.C. 1226.

Huic nos in affectu erga te paterno successimus, utque honorem tuum ad supremum apicem eveheremus, nostro in multis detraximus. Nihilominus contra nos quereris, quod in causa electionis Prælatorum juri tuo noceamus. Verum si proprias literas tuas, & genitricis tuæ manu scriptas, revolvisses, si Sanctorum etiam Patrum sententiam pensares, cerneres, Ecclesiam nihil agere, nisi debitam sibi libertatem tueri. Nescimus illam formam in electione Episcoporum, per quam Apostolicæ Sedis judicium ex tuæ voluntatis arbitrio penderet. Non tamen intendimus ordinare suspectos, si modo suspicio tua intra limites rationis consistat.

Conqueritur deinde Honorius Papa, Archiepiscopum Tarentinum, & Episcopos Catanensem ac Cephalæditanum in Sicilia, ab Imperatore male habitos fuisse, aitque,

Sæcul. XIII. A.C. 1226.

aitque, se tam in hac causa, quam in ceteris omnibus officio suo in defendenda Ecclesiæ libertate neutiquam defuturum, cum hujusmodi indulgentiam a peccato non esse immunem, & ipsi Imperatori noxiam sciret.

Denique Papa illud sibi objectum diluit, quod hominum, Imperatori rebellium, Receptator extitisse accusaretur, & asserit; Ecclesiam iis præsidium debuisse, tum quod pacta, quæ cum ipsis Imperator inierat, confirmassent, & ipse ea violasset, tum quod aliunde id æquitas & Justitia postulasset. Imperatori speciatim exprobrat Honorius ingratum animum in Regem Hierosolymæ, socerum suum, dixitque, hæc jurgia expeditioni in Terram sanctam fore summe noxia. Reprehendit, quod terras Romanæ Ecclesiæ occupet, quas ut Advocatus Ecclesiæ contra invasores protegere deberet. Hortatur, ne egregium animum rerum præsentium prosperitate corrumpi patiatur, & profitetur, nunquam futurum, nisi ipse obstacula poneret, ut Sedis Apostolicæ præsidio destitueretur. Fridericus, accepta hac Epistola, irritatum Papam mitigaturus, literas dedit obsequii & submissionis plenissimas.

§. XXIII.

§. XXIII.

Sæcul. XIII. A.C. 1226.

Regnum Hierosolymæ.

Porro cur in superiore Epistola Papa duriorem in Regem Hierosolymæ animum Imperatori exprobraverit, causam repetamus. Postquam Fridericus Regis Hierosolymæ filiam conjugem accepit, celebratis nuptiis, petiit a patre, ut Regnum Hierosolymæ, & omnia jura, quæ in filiam suam transire possent, sibi traderet. Audito Imperatoris desiderio obstupuit Rex, maxime quod Equitum Teutonicorum Magister, fœderum Conciliator, promisisset, se Regnum cum vita servaturum esse. Sed quid faceret impotens Princeps? nempe cum Imperatori resistere non valeret, dissimulato dolore, egit, quod imperabat necessitas. Exinde nullum amplius filialis affectus vestigium in Genero deprehendit; quin etiam Fridericus Dominum urbis Tyri, aliosque Syriæ Equestris Ordinis viros, qui Regem Joannem iter facientem comitabantur, ad dicendum sibi homagium compulit. Tum Episcopum Amalfitanum cum duobus Comitibus, & trecentis Equitibus, ex Regno Siciliæ Acriam missum, homagium & juramentum ab omnibus Regni Hierosolymitani Vasallis suo nomine recipere jussit. Crediderunt plerique, indignationis causam extitisse,

Sanut. lib. 3. p. 11. c. 10.

Jord. M.S. ap. Rain. 1226. n. 11. 55

Sup. Lib. LXXVIII. §. 54.

Sæcul. XIII. A.C. 1226.

titisse, quod Imperator suspicaretur, Regem Joannem favere juri nepotis sui, Gualterii Briennii, in Regnum Siciliæ, ex matre ipsius proficiscenti; erat enim Gualterius ex Regis Tancredi filia genitus. Ceterum Rex Joannes Briennius in Franciam, ejusque nepos Gualterius Romam se receperunt.

Interea Christianorum rixæ in Palæstina Rempublicam evertebant. Annis jam abhinc septem S. Sedis Legatus, Pelagius, Episcopus Albanensis, Boemundum, Comitem Tripolitanum, excommunicaverat, quod vi militari Equitibus Hospitalariis Arcem Antiochenam eripuisset, quam eis custodiendam Legatus tradiderat. Idem Comes occupata quadam domo, quam Hospitalarii Tripoli habebant, Equitum unipellem spiranti detrahi, alterumque alio mortis genere perimi, ut alia crudeliter acta prætereamus, jussit. A Legato igitur excommunicatus, confirmata a Summo Pontifice sententia, ipse Censuram sprevit, nec eo adduci potuit, ut pro injuriis illatis satisfaceret, aut ablata restitueret. Misit quidem ad Papam nuncios, qui, positis quibusdam conditionibus, Dominum suum absolvi peterent, addiditque literas commendatitias Fridericus Imperator. Sed Papa cum excommunicatos in conspectum admitte-

tere

re non posset, negotium eos audiendi commisit Hugolino, Episcopo Ostiensi, duobusque aliis Cardinalibus, qui conditiones Absolutionis, semper poni solitas, expetierunt, videlicet, juraret Comes, quod in causa Excommunicationis legibus Ecclesiæ obtemperaturus esset, & præstaret cautionem, quod damnum passis, illud resarciturus esset. Ista vero nuncii præstare detrectarunt, cum id in mandatis neutiquam accepissent. Quare Papa, datis ad Archiepiscopos Nicosiæ in Cypro, Cæsariensem in Palæstina, & Abbatem Montis Oliveti, literis, Excommunicationem, in Comitem Tripolitanum latam, confirmari, ejusque Ditiones Interdicto Ecclesiastico ligari, præcepit. Hæc Epistola die trigesima Januarii, anno millesimo ducentesimo vigesimo sexto, data est. Sæcul. XIII. A. C. 1226. 10. *ep.* 169. *Rain. n.* 55. 56. *&c.*

Eadem die Honorius Papa Regulam, quam Albertus Patriarcha Eremicolis montis Carmeli servandam obtulerat, approbans præcepit, ut ei fideliter inhærerent, utpote prius conditæ & acceptæ, quam Concilium Lateranense novæ Religionis Institutionem prohibuisset. *Bull. Hon. Sup. lib. LXXVI.* §. 57.

Cum duæ Ecclesiæ Patriarchales, Antiochena, & Constantinopolitana hoc anno vacassent, Papa, datis literis, Canonicos Antiochenos intra mensem, post

Sæcul. XIII. A.C. 1226.

acceptam suam Epistolam, Patriarcham eligere jussit. Constantinopoli Eligentes in partes abierunt, quibusdam Episcopum Belvacensem, Milonem, patria Nantolienſem postulantibus, aliis appellantibus ad Papam, qui, rejecta Postulatione, Joannem Abbatisvillensem, Archiepiscopum Vesuntinum, ad Sedem Constantinopolitanam vocavit. Sed is moveri non potuit, ut Translationem reciperet.

Rainald. 1226. n. 59. Gall. Chro. to. I. p. 128.

§. XXIV.

Fœdus Longobardicum.

Ric. S. Ger. Fridericus Imperator Festo Paschali, quod hoc anno in diem decimam nonam Aprilis incidebat, Ravennæ celebrato, missis nunciis, Henricum Regem, filium suum, in Longobardiam ad se venire jussit, ubi Concilium, seu Comitia solemnia, Cremonæ agenda, ad Festum Pentecostes convocaturus esset. Juveni Principi, semper in Germania commoranti, Imperator parens, Engelberto Archiepiscopo interemto, Moderatorem dederat Ducem Bavariæ, Ludovicum Severum, non solum Domus Sereniſſimæ Caput, sed etiam rebus Imperii in Germania Præfectum. Ergo Henricus, ingenti cinctus exercitu, Tridentum usque penetrat; sed, Veronensibus alpes obsidentibus, exclusus, in Germaniam re-

Abb. Urſp. p. 324.

Godef. 1226.

meare

meare cogitur, cum oculis usurpare parentem non licuisset. Is nihilominus Cremonæ Comitia celebravit, in quibus actum est de extirpatione Hæreticorum in Italia, de negotio Terræ sanctæ, & de concordia Civitatum in Longobardia. Sed illæ, Imperatoris adventu consternatæ, initis inter se fœderibus, ei obedire, vel etiam divertentem excipere, detrectarunt. Postquam igitur Fridericus paucos dies Cremonæ fuisset versatus, ad oppidum, *S. Donino* dictum, discessit, ubi Conradus, Episcopus Hildesheimensis, cui Belli sacri prædicatio commissa fuerat, Longobardos, Imperatori Cruce signato rebelles, omnibus Longobardiæ Præsulibus id approbantibus, solemni ritu a Fidelium Communione removit. Cum vero Honorius Papa deinde hanc sententiam abrogasset, crevit Mediolanensibus, cetetisque urbibus, Imperatori adversantibus, animus, ac obstinatius fœderi inhæserunt, quod diu nomine societatis Longobardicæ notissimum fuit. Rebelles urbes numerabantur sexdecim, videlicet, Mediolanum, Verona, Placentia, Vercelli, Laus Pompeja*, Alexandria, Tarvisium, Patavium, Vicentia, Taurinum, Novarra, Mantua, Brixia, Bononia, & Faventia, quibus Imperator Fecialem misit, indictoque publice bello,

Sæcul.XIII. A. C. 1226.

to. 11. *Conc.* *p.* 301.

* Lodi,

Sæcul. XIII. A.C. 1226.

per Thusciam in Apuliam rediit. Attamen Præsules, quibus Papa Ecclesias Cathedrales contulerat, nempe Archiepiscopus Brundusinus, Consanus, & Salernitanus, Episcopus Aversanus, & Abbas S. Laurentii in eadem civitate, ad Sedes suas admissi sunt.

§. XXV.

Fratrum Minorum ædes.

vit. per S. Bonav. c. 14.

Annis abhinc duobus, ex quo S. Franciscus sacris Stigmatibus insignitus fuerat, vires corporis in dies deficiebant, & pedum clavis augmentum accipientibus, ingredi non amplius valebat. Itaque aliorum opera per urbes & pagos delatus, Fideles ad portandam JEsu Christi Crucem excitabat. Ipse quidem actus humilitatis Christianæ, quibus juvenis in principio conversionis suæ adsueverat, repetere cupiebat, nempe lepra infectis servire, & corpus suum in servitutem redigere. Et quidem promtitudo & fervor spiritus debilitatem corporis supplebat, sed tandem usque adeo invaluit infirmitas, ut vix aliqua corporis pars supereesset, quæ non magnis doloribus afficeretur, &, tota carne consumta, sola pelle & ossibus constare videretur. Alterum in se Jobum Fratribus Ordinis sui exhibebat, sive sancti Viri ærumnas, sive patientiam invictam

victam spectarent. Tempus mortis suæ diu ante cognovit, &, suprema die appropinquante, Fratribus dixit, se brevi de corpore hoc exiturum, ut sibi Dominus Noster revelasset. Tunc vero ad ædem Beatæ Virginis de Portiuncula transferri se jussit, ut in eodem loco, in quo Spiritum gratiæ acceperat, animam Deo redderet. Sæcul. XIII. A C. 1226.

Nobilis quidam urbis Senensis civis, nomine Bonaventura, tunc pio labori intentus erat, ut parvam Familiam Fratrum Minorum transferret, & commodiorem locum in eadem civitate daret. Is, S. Franciscum adiens, quæsivit, qua forma novam Domum extrui vellet. Respondit Vir sanctus: *Æstiment Fratres nostri, quantum spatium de fundo, quem nobis donasti, ad ædificandam domum, salva sancta paupertate, sufficiat, tum ad Episcopum conversi, ejus licentiam & Benedictionem postulent. Terram deinde carbonibus sternant, quibus novi ædificii ambitum designent. Domum ex ligno & cæmento, ut pauperes decet, condant, cum aliquot Cellulis, in quibus Fratres orationi & labori vacent. Ecclesiæ quoque eorum modicæ sint, nec templa ampliora & magnifica ideo extruant, ut Verbum Dei in augustiore loco prædicetur, optimum enim Fidelibus exemplum præbebunt, si in aliorum* *Vad.* 1226. n. 5.

Sæcul. XIII. A.C. 1226.

Eccleſiis ad populum frequenter dicant, ad ſe divertentium animos magis habitationis paupertate, quam exquiſito ſermonis ornatu conciliabunt.

Id. an. 1215. n. 5.

Sæpius antehac S. Franciſcus profeſſus fuerat, quantum magna ædificia averſaretur. Cum, anno milleſimo ducenteſimo decimo quinto, Aſſiſium rediens, prope domum Conventualem aliam novam a Vicario ſuo, Petro Catanenſi, ſe abſente, ædificatam vidiſſet, quæſivit, quid ſibi novum vellet ædificium? & Petro reſpondente, ſe illud Hoſpitum & Officii divini commodo condidiſſe, repoſuit Franciſcus: *Frater mi! Locus iſte de Portiuncula norma eſt, & totius Ordinis noſtri Regula. Quare volo, ut qui iſtbic habitant, & qui huc veniunt, paupertatis incommoda patienter ferant, ſicque, ubi ad ſuos redierint, referant, quantus in Conventu ad Portiunculam paupertatis amor dignoſcatur. Si enim Hoſpites hic inveniant ædes laxas, & omnia alia vitæ commoda, eadem facilitate in ſuis provinciis utentur, & dicent, non aliam ſibi vitæ normam eſſe, niſi eam, quam a Familia Portiunculæ, quæ totius Congregationis fons & origo eſſet, acceperint.* Jamque dirui ædificium præceperat; Fratribus tamen inſtantiſſime roganti-

gantibus, &, quam neceſſaria eſſet nova domus, demonſtrantibus, ceſſit. Sæcul.XIII. A.C. 1226.

In primo Capitulo ſuo generali, anno milleſimo ducenteſimo decimo nono celebrato, S. Franciſcus conſtituit, ut in primis ex habitatione Fratrum paupertas eluceſceret, Eccleſiæ conderentur humiles & modicæ, muri ædificiorum ex crate & cannis, aut ex ligno & luto, paleis mixtis, conſtruerentur. Monebant S. Virum non nulli, in illis provinciis lignum rem eſſe rariorem, & majoris pretii quam lapides, & ædificia ex lapide parabili, ſi alioqui modeſtiæ limites non excederent, magis ſolida eſſe, & ruinæ fortius reſiſtere. Noluit Franciſcus hac de re diſputare, hinc exinde iſtud Capituli Statutum non diſtricte adeo obſervatum. *Sup. Lib. LXXVIII.* §. 20. *Vad.* 1219. *n.* 30.

§. XXVI.

S. Franciſci Teſtamentum.

Ultimo hoc morbo correptus S. Franciſcus quamdam Epiſtolam, & Teſtamentum ſuum ſcripſiſſe creditur. Epiſtola ad omnes Præpoſitos, Presbyteros, & Fratres Ordinis dirigitur, eoque maxime tendit, ut apud omnes S. Sacramenti Altaris reverentiam augeat. Presbyteros hortatur, ut ad Miſſam celebrandam non accedant, niſi ſumma cordis & intentionis puritate præditi, *Vad.* 1226. *n.* 10. *Opuſc. ep.* 12

Sæcul. XIII. A. C. 1226.

omni affectu humano abjecto. In fine verba memorabilia subjungit: *Cupio, ut in domibus, in quibus Fratres habitant, una tantum Missa in die celebretur, secundum morem S. Ecclesiæ Romanæ. Si plures adsint Sacerdotes, alteri satis sit alterius Missæ interesse.* Cetera, quæ in hoc sermone sequuntur, ostendunt, S. Virum ideo ista constituere, ut eo majore veneratione cuncti Sacerdotem sacrificantem, ipsumque Sanctissimum Sacrificium prosequantur.

Sup. Lib. LXXIII. §. 14.

Sup. Lib. LXXV. §. 18.

Guig. c. 7. n. 4.

Superius notavimus, Cartusianos raro Missas celebrasse, atque ipsis diebus Dominicis vix aliquando aliam præter Missam Conventualem fuisse decantatam.

Ut vero, quid sit Testamentum S. Francisci, referamus; In eo ad venerationem Sacerdotum cunctos majorem in modum exhortatur. *Tantam fidem,* inquit, *in Sacerdotes, secundum normam Ecclesiæ Romanæ vitam suam instituentes, dedit mihi Deus, ut ad eos, etiamsi me persequerentur, magna fiducia confugerem. Et quamvis Salomonis sapientia inter homines eminerem, si ad Sacerdotes, secundum mundum pauperes, diverterem, nollem in Ecclesiis, in quibus ministrant, ipsis nolentibus, prædicare. Eos enim timere, amare, & honorare, tanquam Magistros meos, constitui. Nolo*

Opusc. p. 120 Vad. 1226. n. 36.

in

in Sacerdotibus peccatum videre, quia in iis Filium Dei intueor. Idque, mea opinione, merito, quoniam in hoc mundo nihil de Filio Dei aliquo corporis sensu percipio, quam ejus Corpus & Sanguinem, quæ illi sumunt, & soli aliis distribuunt. Honorem præterea Theologis habeamus, nobis Sanctum Dei Verbum administrantibus, quod spiritus noster & vita nostra est. Sæcul. XIII. A.C. 1226.

Tum S. Franciscus de Instituti sui exordiis ita prosequitur: *Ecclesias pauperes & desertas amabamus, simplices, & omnibus hominibus obedientes. Manibus meis laborabam; nam volo laborare, & districte exigo, ut omnes ceteri Fratres cuidam honesto labori incumbant, illique, qui modum vel artem nesciunt, eam addiscant, non ideo quidem, ut inde lucrum vedeat, sed ut bonum exemplum præbeant omnibus, & otium fugiant. Si vero laboris nostri mercede nos privent homines, convertamur ad mensam Domini Nostri, ostiatim mendicantes.*

Et post alia: *Serio præcipio omnibus Fratribus nostris in virtute obedientiæ, ne, in quacunque orbis parte versentur, sive per se ipsos, sive per tertium interpositum a Curia Romana literas petere audeant, quibus vel Ecclesia vel locus alius eis concedatur; nec etiam uti-*

Sæcul. XIII. A. C. 1226.

litas Prædicationis, aut ipsorum Fratrum securitas obtendatur. Verum, si in hunc locum non recipiantur, fugiant in alium, ibique, Deo benedicente, pœnitentiam agant. In fine ait Vir sanctus: *Districte omnibus Fratribus meis sive Clericis, sive Laicis prohibeo, ne vel Regulæ vel huic Testamento quamcumque explicationem seu interpretationem adjiciant, & dicant; hæc ita velita accipienda sunt; sed quemadmodum gratiam tribuit mihi Dominus, ea simpliciter exponendi, vos, quæ vobis tradidi, eadem simplicitate animi capite, & perficite.* Hoc mandato non obstante, constat, quod hoc ipso anno quidam Fratres Prædicatores, & Minores, in Ditiones Regis Marochii ad prædicandum Evangelium ab Archiepiscopo Toletano missi, Dispensationem in Regula & quibusdam Articulis, eorum Missioni necessariis, a Summo Pontifice petierint, & obtinuerint; videlicet rogabant, ut sibi liceret, alia quam Ordinis veste indutis incedere, barbam & capillos alere, ac pecuniam contrectare, quo facilius ad Infidelium contubernium admitterentur. Eaque Bulla die decima septima Martii, anno millesimo ducentesimo vigesimo sexto data est.

ap. Rain. 1226. n. ult.

§. XXVII.

§. XXVII.

Sæcul.XIII. A. C. 1226.

S. Franciſci obitus.

Sanctus Franciſcus, ſupremam vitæ horam imminere intelligens, ut erat, nudus in nuda humo procubuit, ut manifeſte pateret, quam alieno ab omni cupiditate quidquam poſſidendi animo ſemper fuiſſet. Tum, levatis in Cœlum oculis, manu ſiniſtra dexteri lateris vulnus tegens, ait ad Fratres: *Quod meum erat, feci. Quæ vobis facienda ſint, ſuggeret vobis Dominus Noſter.* Obortæ circumſtantibus ſunt lacrymæ, & aliquis, quem Cuſtodem ſuum appellabat, divinans, quid moriturus cuperet, celeriter ſurgit, & expromtam quamdam tunicam, funem, & femoralia ſancto Viro porrigens, ait: *Commodo tibi hunc amictum tanquam pauperi, accipe ex virtute obedientiæ.* Franciſcus elevatis iterum in cœlum manibus Deum laudavit, quod ab omnibus hujus Sæculi impedimentis exoneratum ad ſe vocaret. Omnes deinde Fratres, qui in illa domo erant, convenire juſſos, vehementer hortatus eſt; Dei amorem, patientiam, paupertatem, & Eccleſiæ Romanæ fidem conſervarent. Mox brachia decuſſatim in eos extendens tam abſentibus quam præſentibus Benedictionem impertitus eſt, & Evangelium

Bonav. c.14. Vad. n.34.

S. Joan-

Sæcul. XIII. A.C. 1226.

Joan. 13.

Bonav. c. 15.

S. Joannis in illo loco: Ante Festum Paschæ legi petiit. Tandem ipse, ut potuit, Psalmum centesimum quadragesimum primum recitavit, quo completo, efflavit Spiritum, in nocte Sabbati, præcedentis Dominicam, scilicet diem quartam Octobris, anno reparatæ salutis millesimo ducentesimo vigesimo sexto, ætatis suæ quadragesimo quinto, Conversionis vigesimo, ab Ordinis sui Institutione decimo octavo (*).

S. Fran-

(*) Ein heiliger Franciscus vor seinem Hinscheiden ermahnet seine Söhne sich an den Glauben der römischen Kirche zu halten, als an den uns von Christo dem HErrn angezeigten unbeweglichen Felsen, welchen Luther und seine Lehrjünger nachmalen verworfen haben. Allein wie schändlich Luther, nachdem er sich wider die römische Kirche aufgelehnet, gefallen sey, wollen wir ein Zeugniß aus dem Bossuet holen, im ersten Bande, auf der 220. Seite. Histoire des Variations &c. Erstlich erzählet er, daß nach dem Vergleich zu Wittenberg (im Jahr 1539.) von der Lehre der Gegenwart Christi im Abendmal, gleichwohl dem Luther heftige Worte wider den Zwinglius entfallen, die Zürcher hingegen ihren Lehrmeister vertheidigten, der Landgraf Philipp von Hessen aber, welcher den Krieg wider die Katholicken wünschte, alle Protestanten in der Einigkeit zu erhalten sich bemühete. Nun weis jedermann, daß so wohl die Zwinglia-

S. Franciſco defuncto, cunctis ejus Stigmata explorare licuit, quæ, ut S. Bonaventura refert, erant clavi, ex ejus carne

Sæcul.XIII. A.C.1226. *ibid.*

Zwinglianer einer Seits, wie auch die Calviniſten, und anderer Seits die Lutheraner in ihren entgegen geſetzten Meynungen von der Gegenwart Chriſti in dem Sacrament des Altars verblieben, und daß ſie ſich nichts deſtoweniger als Glaubensbrüder erkennen. Wie beſtehet aber in einem ſo nichtigen Satz die Einigkeit des Glaubens?

Nach einigen Zeilen ſagt Boſſuet: Man erlaubte einem Fürſten etwas, wovon man unter den Chriſten noch kein Beyſpiel aufzuweiſen hatte; nämlich, daß er zwo Frauen zugleich haben könne. . . . Der Schriftſteller *de Thou* hat von dieſem Geheimniße nicht mehr entdecken können, als daß der Fürſt auf Einrathen ſeiner Hirten nebſt ſeiner Frau eine Beyſchläferinn hätte. Und das war genug dieſe falſche Hirten zu beſchämen. Man wußte aber noch nicht, daß dieſe Hirten Luther ſelbſt ſey, und alle Häupter der proteſtantiſchen Lehre. Man wußte auch noch nicht, daß ſie dieſem Fürſten erlaubet hätten, eine Maitreſſe mit dem Namen und Vorzügen, die einer rechtmäßigen Gemahlinn zuſtehen, zu unterhalten, da doch ſeine erſte Gemahlinn noch lebte, und das Eheband vollkommen beſtund. Dieſes erweiſet Boſſuet alsdenn durch unwiderlegliche Schriften, welche

Sæcul. XIII. A. C. 1226.

carne prodigiose formati, & ita inhærentes, ut ex una parte manu impulsi ex adversa eo magis prominerent, velut nervi rigidi & solidi. Hi clavi nigrescentis coloris erant, ut ferrum, sed plaga lateris rubra erat, & profunda, quamdam rosæ speciem inspicientibus præbens. Spectaculum inauditum filiorum ejus fidem confirmabat, excitabat amorem, & replebat sancta lætitia, quæ luctum temperabat, cum obstupescenda vulnera oscularentur. Populus, ubi S. Viri obitum inaudiit, turmatim advisen-

welche von einem gewissen Hof der Welt im Druck mitgetheilet worden.

Wenn nun Luther die klare Lehre Christi in der Schrift: Matth. 19. Quicunque . . . aliam duxerit, mœchatur, so muthwillig zu verdrehen sich erfrechet, so soll er doch den Protestanten wenigstens verdächtig seyn, ob er nicht auch andere Glaubensstellen der heiligen Schrift eben so irrig und unverantwortlich ausgelegt habe. Ist es nicht vernünftiger, mit den Katholicken dem römischen Bischof, als einem von der Christenheit durch alle Jahrhundert anerkannten allgemeinen Lehrer, und Nachfolger desjenigen Apostels, zu welchem Christus gesprochen: Confirma Fratres tuos, Luc. 22. Und pasce oves meas. Joan 21. glauben, als dem Luther, einem gewesten Mönche, welcher die Worte der Schrift und Lehre Christi mißhandelt zu haben vor der ganzen Welt überführet wird?

sendum funus confluxit. Quisque sacra Stigmata palpare, veritatem rei suis oculis usurpare, & tantæ lætitiæ partem sibi vindicare gestiebat. Compluribus urbis Assisii civibus concessum, corpori S. Viri propius admoveri, vulneraque aspicere, & osculari. Atque eorum aliquis, nomine Hieronymus, vir Equestris, literatus, exploratæ prudentiæ, & inter suos spectatissimus, cum ægre fidem adhiberet tanto prodigio, audacius quam ceteri, & accurate magis, Fratribus, aliisque civibus præsentibus, totum corpus exploravit, manibus suis pedes, manus, & latus sancti corporis tetigit, impulsu clavos movit, & rei veritatem tam clare cognovit, ut exinde unus ex illis testibus fuerit, qui portentum addito juramento confirmarunt. Cum S. Francisci corpus Assisium deportatum est, ductæ sunt Exequiæ præter Ecclesiam S. Damiani, ubi S. Clara cum suis Monialibus degebat, ibique aliquamdiu expectatum, donec Sacræ Virgines S. Francisci corpus & Stigmata osculandi solatio perfruerentur. Tandem Assisii in Ecclesia S. Georgii sepultus est, ubi adhuc puerulus literarum rudimenta posuerat, & deinde Verbum Dei prædicare inceperat. Jamque tunc Deus Francisci Sanctitatem editis pluribus miraculis claresceré voluit.

Sæcul. XIII. A.C. 1226.

§. XXVIII.

Sæcul. XIII. A. C. 1226.

§. XXVIII.

Expeditio contra Albigenſes.

Geſt. Lud. Duchesne to. 5. p. 287. G. Pod. Laur. c. 35.

Interea Ludovicus Rex Franciæ, ut voto edito ſatisfaceret, Albigenſibus arma inferebat, cum Legato S. Sedis, Romano Cardinali S. Angeli, qui ab ejus latere avelli non ſuſtinebat.

Rex igitur ineunte vere hujus anni milleſimi ducenteſimi vigeſimi ſexti iter auſpicatus Bituriges venit, ubi Cruce ſignatorum exercitum contrahi juſſerat, tumque Lugdunum, nempe Rhodani opportunitate ad devehenda impedimenta uſus, movit. Conſules urbium, vicorumque, Comiti Toloſano ſubditorum, obvios Regi ſe inferentes mœnia dedebant, tradebantque obſides. Quin etiam Avenio, urbs præ ceteris munita, idem obſequium obtulit, quo Rex in Vigilia Pentecoſtes, die ſexta Junii, pervenit. Sed ecce, cum, fide civium accepta, de facili tranſitu non dubitaret, jamque exercitus pars pontem ſuperaſſet, Avenionenſes, ſeptennio excommunicationi Papali ſubjacentes, & veriti, ne pro hoſtibus haberentur, portas clauſerunt, miſſis ad Regem nunciis; ipſum quidem, ſi cum paucis vellet, ſecure tranſiturum. Non credidit Ludovicus ſubeundum eſſe periculum, & urbem vi ſubacturus, die Mercurii, decima Junii, obſi-

obsidionem molitus est. Sed mœnia munitissima, & a fortibus viris propugnata, aggredientes ultra duos menses repulerunt. Sæcul. XIII. A.C. 1226.

Cæterum hæc in Albigenses expeditio Henricum Regem Angliæ terruit. Quippe in Anglia communis vox erat; Episcopos, Principesque Franciæ, qui Cruce se signassent, ad hoc bellum magis metu Regis, & Legato Sedis Apostolicæ adulandi desiderio, quam Justitiæ amore motos fuisse. *Math. Par. an.* 1226.

Jure armorum illos abuti, qui Principem Christianum invaderent (scilicet Comitem Raimundum) qui nuper in Concilio Bituricensi, quod nemo ignoraret, Legatum S. Sedis instantissime rogasset, ut ad omnes urbes Ditionum suarum diverteret, atque in Fidem incolarum inquireret, & promisisset, se eo, quo par esset, rigore in illos animadversurum, qui veræ Fidei adversa propugnarent. Si quæ vero civitas seditiose obsisteret, se reluctantem ad officium compulsurum. *Ipse quoque Comes*, ajebant, *ultro pœnas dabit, si reus inveniatur, & lubenti animo subibit examen S. Sedis Legati, qui antea oblatas ab eo conditiones contemsit. Unde Comiti isti, quamvis esset Catholicus, nulla alia superfuit impetrandæ gratiæ via, nisi ut tam suo, quam suorum nomine, Principa-*

Sæcul. XIII. A. C. 1226.

tui, & Hæreditati paternæ in perpetuum valediceret. Ita de hac causa differebant Angli.

Ergo Honorius Papa veritus, ne Rex Angliæ ad partes Comitis Raimundi accederet, & prohiberet, ne Belli sacri prætextu Rex Franciæ Terras Comitis, quæ Regni Angliæ Feuda essent, occuparet, ad eum dedit Epistolam, in qua summatim dicit. *Diu expectavimus, donec Raimundus, ut promiserat, Provinciam Albigensem ab hæretica pravitate purgaret: sed inanis fuit spes nostra. Verumtamen in Generali Concilio statutum est, ut si Dominus sæcularis, ab Ecclesia monitus, terram suam ab Hæreses purgare neglexerit, a Metropolitano, & ceteris Provinciæ Episcopis excommunicationis vinculo innodetur, & si satisfacere contemserit, infra annum, ejus Vasalli Summi Pontificis auctoritate a fide ipsi data absolvantur, & Terra ejus exponatur, a Catholicis occupanda. Nos igitur juris necessitate coacti, misimus dilectum filium nostrum Romanum S. Angeli Diaconum Cardinalem, ad Francia Regem, qui cum omnibus fere Prælatis & Baronibus Regni sui signum Crucis, ad Hæreticos ex illis partibus profligandos, assumsit. Quare Serenitatem tuam solicite monemus & hortamur, ne Raimundo auxilia præstes, quia, cum ille*

ap. Rain. n. 35.

Sup. Lib. LXXVI. §. 46.

Honorii Epistola.

cum

cum Fautoribus ſuis excommunicatus exiſtat, Fidei tuæ puritatem maculares, teque ſententia excommunicationis involvi contingeret. Regi Franciæ quoque nec tu ipſe, nec Frater tuus bellum inferatis, quamdiu ſervitio JEſu Chriſti vacabit, ne Rex alia ſuſcipiat molimina, nosque rebus tuis conſulere non amplius poſſimus. Ceterum, quidquid de Hæreticis & terra ipſorum decretum fuerit, ut ſalvum ſit jus tuum, & aliorum Catholicorum, ſecundum memorati Concilii Statuta, providebimus. Epiſtola iſta die vigeſima ſeptima Aprilis, anno milleſimo ducenteſimo vigeſimo ſexto data eſt. Sæcul.XIII. A.C.1226.

Bellica Regis Ludovici expeditio Friderico quoque Imperatori ſuſpecta fuit, timenti, ne Rex Franciæ, dum ſpeciem bellum ad extirpandos Hæreticos gerentis præberet, terras occuparet in Provincia & aliis Regionibus, Romano Imperio vectigales, veteris Regni Arelatenſis veſtigia. Itaque Imperator Papam, tanquam præſentis belli auctorem, rogavit, ut Juri Cæſareo conſultum vellet. Cui Papa reſpondit: *Viva voce Cardinali S. Angeli, dum eſſet in noſtra præſentia conſtitutus, diximus, ac poſtmodum eidem literis Apoſtolicis mandavimus; velle nos terram illam ſic hæretica pravitate purgari, ut Jura* II. *ep.* 385. *Rain. n.*31.

Sæcul. XIII. A.C. 1226.

Imperii servarentur illæsa. Ultimis nostris literis eidem præcepimus, ut terras & urbes Imperii, a Cruce signatis captas, in sua & Ecclesiæ potestate retineat, easque ab Episcopis aliisque Prælatis solicite custodiri curet, donec, ipso Legato referente, quænam ditiones ad Imperium pertineant, & omnia totius negotii adjuncta cognoverimus. Hanc igitur dilationem, Carissime Fili, patienti animo sustine, causæ pacis & fidei necessariam, quæ in illis partibus periclitantur. Hæc Epistola vigesima secunda Novembris data est.

II. *ep.* 271. Papa præterea, datis ad Cardinalem S. Angeli literis, præceperat; Regem Ludovicum, Præsules, Principesque Franciæ moneret, hoc bellum bona fide, & nullo alio ducti consilio, gererent, quam ad delendam Hæresim; ditiones vero Principum Catholicorum, præcipue Imperii, Regis Angliæ, aut Regis Arragoniæ, non invaderent.

§. XXIX.

Ludovici VIII. obitus. S. Ludovicus Rex Franciæ.

Gest. Lud. 8. p. 288. *Gall. Chr.* to. 2. *f.* 635.

Ludovico Rege Avenionem obsidente, dira intus lues plurimos incolarum consumsit. Sed etiam obsidentium, Cruce signatorum, duo millia, tum acceptis

ceptis vulneribus, tum morbo occubue- Sæcul.XIII.
runt, quorum numerum auxit Bernar- A.C.1226.
dus Favenensis, Episcopus Lemovicen-
sis. Jam usque ad Festum Assumtio-
nis Dominæ Nostræ tenuerat obsidionis
labor, cumque tandem obsessi constan-
tiam irati Regis satis experti essent, ac
præterea juramentum edidisse dicere-
tur, non ante se discessurum, quam ur-
bem cepisset, initis quibusdam pactis,
dedidere se victori. Tum Rege & Le-
gato jubentibus, trecentæ in urbe do-
mus, turribus munitæ, dirutæ sunt, fossæ
ingesta humo impletæ, & muri solo æ-
quati. Nicolaus vero Corbejensis, mo-
nachus Cluniacensis, Episcopus Avenio-
nensis consecratus est. At Regi, in in-
teriora Occitaniæ moventi, urbes, arces,
& quæcunque munimenta subjiciuntur,
nec jam ultra quatuor leucas ab urbe
Tolosa aberat. Inde vero, Imberto Bel-
lijocensi toti illi Provinciæ præfecto, ce-
leriter in Franciam revehitur, novo ve-
re hoc bellum confecturus. Sed cœlo
aliter visum; nam die Jovis ante Festum
Omnium Sanctorum, vigesima nona
Octobris, morbo correptus, & Mon-
pensarii, in Alvernia, hærere com-
pulsus, ibidem vitam posuit, die Domi-
nica, octava Novembris, anno mille-
simo ducentesimo vigesimo sexto, an-
nos natus triginta novem, postquam

Sæcul. XIII. A. C. 1226.

annos tres, & fere quatuor menſes Francis imperaſſet.

Inter ceteras virtutes, quæ Ludovicum Regem commendabant, memorabilis eſt caſtitas conjugalis; nunquam enim alteri feminæ junctus eſt, niſi Blancæ Reginæ, uxori ſuæ, ex qua undecim liberos ſuſcepit. Ex his parenti ſex ſuperſtites fuere, videlicet Ludovicus, Robertus, Joannes, Alphonſus, Carolus, & una filia Iſabella. Corpus Regis Ludovici VIII. ad S. Dionyſium translatum, & prope Regem Philippum, parentem ſuum, depoſitum eſt. Ceterum Ludovicus jam anno ſuperiore, milleſimo ducenteſimo vigeſimo quinto, Teſtamentum condiderat, in quo, poſtquam tribus filiis natu minoribus ſuam hæreditatis paternæ partem conſtituit, decernit, ut quartus, id eſt, ſi primogenitus quoque adnumeretur, quintus, Clericorum Ordini, ceterique naſcituri omnes, adſcribantur. Multa Legata pia inſerit, atque, quæcunque ſcripta ſunt, exequi Epiſcopis Carnotenſi, Pariſienſi, Silvanectenſi, & Abbati S. Victoris præcipit. Succeſſit in Regno Franciæ Ludovicus hujus nominis IX. Sancti nomine ab Eccleſia decoratus, filius primogenitus, annos natus undecim, & ſex menſes; quippe vigeſima quinta Aprilis, anno milleſimo ducenteſimo decimo quinto,

Duth. to. 5. p. 324.

vit. S. Lud. per Guil. Nang. Chro. ejusd.

quinto, in lucem editus fuerat. Is annos fere quadraginta quatuor Franciæ moderatus est, cura Matris suæ Reginæ Blancæ, quarta post elatum parentem Regem hebdomada, nempe prima Dominica Adventus, die vigesima nona Novembris, anno millesimo ducentesimo vigesimo sexto, Remis quidem unctus, sed Jacobi Basochesii, Episcopi Suessionensis, manibus, quia Sedes Remensis vacabat, obitu Archiepiscopi Guilielmi *de Joinville*, die sexta ejusdem mensis Novembris, in Oppido S. Flori, in Alvernia, cum Regem iter facientem comitaretur, fatis functi. Is Sedem Remensem annis septem tenuerat, ac Claravalle sepultus est. Ecclesia vacante Capitulum Cathedrale Hugonem de Petraponte, Episcopum Leodiensem, elegit, qui oblatam Dignitatem a se removit. Quam rem obstupescens Albericus Monachus, illius ævi Scriptor, dicit, prodigio simile, & inauditum, Clericorum aliquem Archiepiscopatus Remensis culmen rejeciſſe. Hugoni igitur recusanti subrogatus est Henricus Brainius, Roberti Comitis Drocensis filius, & Petri, Ducis Britanniæ, frater, cujus avus Robertus Rege Ludovico Crasso genitore gloriabatur. Henricus, Archiepiscopus Remensis, mense Februario, anno millesimo ducentesimo vigesimo septimo electus,

Sæcul.XIII. A.C.1226.

Chron. an. 1227.

Sæcul. XIII. A.C. 1227.

ctus, & in Octava Paschæ, die decima octava Aprilis, ab Episcopo Suessionensi ordinatus, huic Ecclesiæ annis tredecim præfuit.

§. XXX.

Imperator & Longobardi paciscuntur.

Rain. 1226. *n.* 20.

Honorius Papa bellum, inter Fridericum Imperatorem, & Longobardiæ Civitates accensum, vehementer dolebat, ingens utique Expeditioni in Palæstinam obstaculum; quare, missis Legatis, adversas Partes conciliare conatus est. Cui Imperator in hac causa Epistolam dedit, in qua dicebat: *Haud te latet, Sanctissime in Christo Pater, quod, cum in Longobardiam ad Curiam Cremonæ, in negotio Terræ sanctæ, celebrandam tenderemus, quidam Longobardi, nefanda conjuratione, tam salubri consilio temere se opposuerint; ac quidem illi ipsi, qui, simulata concordia, pacta receperant, nobiscum opera Episcopi Portuensis, Legati tui, Archiepiscoporum Tyriensis & Mediolanensis, Episcoporum Brixiensis & Mantuani, Hermanni Equitum Teutonicorum Magistri, & Alatrini, Capellani tui, inita. Rebelles hi nobis & Imperio enormes intulerunt injurias, ac Regem, filium nostrum,*

Prin-

Principesque alios ad eamdem Curiam convocatos, venire nequiter prohibuerunt. Scit etiam omnium ſcrutator ſecretorum Deus, quod ejus ſervitio unice intenti, poſtpoſita cauſa propria, in Spiritu dilectionis & Gratiæ in omnes Cremonam petierimus, animo neminem offendendi, nec cuiquam metum incutiendi, quamvis ex illa provincia non nulli nos graviſſime læſiſſent; nec enim in eos animadvertere, ſicut Imperii noſtri Dignitas poſtulaſſet, amore, & in gratiam Servatoris Noſtri volebamus. Sæcul.XIII. A.C.1227.

Quamprimum vero illuc pervenimus, tantam experti ſumus hominum iſtorum pervicaciam, ut, adhibita etiam lenitate quaſi paterna, obſtinatos a malis conſiliis abſtrahere non potuerimus. Ceterum non deerant nobis vires, quibus injurias noſtras ulciſceremur, niſi omnia negotio S. Crucis poſtpoſuiſſemus. Quare, plenam in tua benignitate ponentes fiduciam, tuæ prudentiæ, & Cardinalium curæ Cauſam inter nos & Longobardos committimus, & ſpondemus, nos omnia, quæcunque decreveritis, rata eſſe habituros. Hæc Imperatoris Epiſtola Aſculi, die vigeſima nona Auguſti, Indictione decima quarta, nempe anno milleſimo ducenteſimo vigeſimo ſexto, data.

Sæcul. XIII. A.C. 1227.

Honorius pacis Arbiter.

Honorius Papa veritus, ne, si oblato sibi arbitri officio fungeretur, latam deinde sententiam Imperator eluderet, Archiepiscopo Tyriensi, Regni Hierosolymitani Cancellario, & Magistro Ordinis Teutonici, qui, mandante Imperatore, ad Papam venerant, ad ipsum remissis, respondere eos jubet; nec se, nec Cardinales in re maxime ardua eventum incertum in se velle suscipere. Sed a proposito dimoveri non potuit Imperator, qui sancte affirmans, id se bona fide postulare, iterum precibus fatigavit Pontificem, ut arbitrium reciperet, & Longobardos, si ejus Judicium fugerent, tanta, quanta digni essent, pœna coerceret. Verum Longobardi quoque, missis ad Papam Legatis, eumdem pacis, inter se & Imperatorem sanciendæ, Arbitrum elegerunt. Itaque Pax initur, iis conditionibus, quas Pontifex in Epistola, ad Rectores Societatis Longobardiæ, Marchiæ, & Romandiolæ data, præscripsit, in qua loquitur in hunc modum.

Ric. S. Ger. 1226.

Imperatoris Nuncii nobis exposuerunt, quod is, societate vestra impediente, contra pravitatem hæreticam, qua Regio illa infecta dicitur, non ut constituerat, agere potuerit, nec etiam libertati Ecclesiasticæ oppressæ opem ferre, nec auxilia Terræ sanctæ accelerare.

Præ-

Præterea, quod captivi, contra jus & bonorem Imperii, Cæsari fuerint denegati. Nos, auditis utriusque Partis argumentis, quædam duximus esse statuenda. Imperator societati vestræ acceptas injurias & dolorem suum condonet. Latam sententiam, constitutiones contra vos editas, & quæ inde secuta sunt, præcipue Decretum contra Scholam Bononiensem, abroget. Illi contra, qui antea memorata societate conjuncti erant, Imperatori pro subsidio Terræ sanctæ suis sumtibus per biennium quadringentos Milites mittant, Civitatibus, locis, virisque Imperatoris causæ addictis pacem concedant, sententiam aut statutum quodcunque, iis adversum, revocent. Omnes Constitutiones & Leges vel ab Ecclesia Romana, vel ab Imperatoribus contra Hæreticos promulgatas, fide inviolata servent, & statuta omnia, contra Libertatem Ecclesiasticam edita, nullius roboris declarent. Hæc Epistolæ Pontificis, die quinta Januarii, anno millesimo ducentesimo vigesimo septimo datæ, summa est.

Sæcul. XIII. A.C. 1227.

II. ep. 440. Rain. 1226. n. 26.

Ut Lector intelligat, quod in hac Epistola de Schola Bononiensi statuitur, memorandum est, quod anno millesimo ducentesimo vigesimo quarto, mense Julio, Fridericus Imperator contra hanc civitatem, inter Socias Longobardiæ urbes

Ric. S. Ger. 1224. *Sigon. Hist. Bon. Du Boulai. to 3. p. 115. Petr. de Vineis. lib. 3. ep. 10. 11. &c.*

Sæcul. XIII. A. C. 1227.

bes prope præcipuam, vehementi in accensus, animo constituerit, potentiæ ejus fontem, videlicet Scholam, obstruere, eoque consilio Neapoli scientias omnes doceri jusserit, nempe, ut hodie loqui solemus, Universitatem creaverit. In ea primum Rectorem & Magistrum agere jussit quemdam, nomine Petrum, ex Hibernia, addito duodecim unciarum auri annuo censu. Promisit, se illuc Doctores præstantissimos esse vocaturum, & liberali stipendio sustentaturum. Invitavit juvenes scholasticos; venirent ex omnibus Regionibus, cunctisque commodas ædes, & commeatum abundantem pollicitus est. Tandem omnibus subditis suis prohibuit, nequis in alia civitate, etiamsi ea in Regno suo posita esset, quam Neapoli, studiis literarum vacaret, cunctosque scholasticos jussit ante Festum S. Michaelis, nempe tres menses a promulgato Decreto, in eam urbem confluere. Ergo vi pacis, cum Longobardis reductæ, Imperator Fridericus Scholæ Bononiensi jus ablatum, Decreto, prima Februarii, anno millesimo ducentesimo vigesimo septimo edito, restituit.

Sigon. lib. 7. de reb. Ital. Du Boulai. p. 117.

Ric. S. Ger. 1226.

Ceterum Honorius Papa, dolens, quod Joanni Briennio jam nihil nisi inane Regis Hierosolymæ nomen supereset, saltem ne Principi spoliato alimenta deessent,

deessent, provisurus, ei Præfecturam Di tionum Ecclesiæ Romanæ a Territorio Viterbiensi usque ad urbem Montem Flasconis contulit. Literæ collationis hujus die vigesima septima Januarii anno millesimo ducentesimo vigesimo septimo datæ sunt. Friderico vero Imperatori scripsit Pontifex; eum hominum omnium expectationem fefelliſſe, cum Regno Socerum exuissет, cui sortem prosperrimam, ex his nuptiis obventuram, nemo non auguratus fuisset. Probrum ad Pontificem quoque & Cardinales, horum fœderum Conciliatores, pertinere, & tandem, comperta hac Socerum inter & Generum animorum dissensione, Fidelium ardorem Terræ sanctæ succurrendi plurimum remisisse. Obsecrat igitur Imperatorem, ut Joannem Regem in gratiam recipiat, & affectum ipsis factis ostendat. At Imperator nec Pontificis precibus, nec argumentis flecti potuit.

Sæcul.XIII. A. C. 1227.

II. *ep.* 497. *Rain.* 1227. *n.* 5. *ep.* 496.

§. XXXI.

Honorii III. obitus. Gregorius IX. Papa.

Honorium III. Pontificem, Bellum Palæstinæ præprimis in Germania, & in Hungaria urgentem, mors occupavit, Feria V. die decima octava Martii, hoc anno

Sæcul. XIII. A. C. 1227.

anno milleſimo ducenteſimo vigeſimo ſeptimo, poſtquam in Petri Principis Apoſtolorum Cathedra annos decem, & menſes octo ſediſſet (*). Altera luce ad S. Mariam Majorem ſepultus eſt, qua etiam, nempe Feria VI. tertiæ hebdomadæ in Quadrageſima, Cardinales ad eligendum Succeſſorem congregati ſunt. Miſſa ergo, pro more, de S. Spiritu celebrata, mira concordia Papam ſalutant Cardinalem Hugolinum, Epiſcopum Oſtienſem, cui Gregorii IX. nomen placuit. Is die Dominica ſequente, vigeſima prima Martii, coronatus eſt. Natus erat Anagniæ, Campaniæ urbe, parente a Comitibus Segnienſibus genus ducen-

Papebr. conat. hiſt. ep. Greg. ap. Rain. n. 17.

(*) Honorius Papa ſacros Mendicantium Ordines tres confirmavit, Dominicanorum, Franciſcanorum, & Carmelitarum. Ceterum Regulam S. Dominici jam antea confirmaverat Innocentius III. de quo, cum pro confirmatione Amanuenſi ſuo literas dictaret, iſtud refert Palatius in Honorio III. pag. 733. *Nondum Roma diſceſſerat Dominicus, quando Innocentius Diploma Conceſſionis inſcribi præcipiens, primo injunxit: Scribe, Fratri Dominico, ejusque Sociis. Dein mutata ſententia, nec ſic, ait, ſed Fratri Dominico, & cæteris cum eo in partibus Tholoſæ prædicantibus. Et cum hæc quoque Inſcriptio non placuiſſet, ſcribe, inquit, Magiſtro Dominico, & Fratribus Prædicatoribus.*

ducente, & arcta sanguinis propinquitate Innocentium III. Papam contingente. Vir spectabili corporis habitu, ingenio & memoria valebat, atque scientia Jurisprudentiæ Civilis & Canonicæ instructissimus, morum quoque integritate commendabatur. Gregorius iste olim Capellanus Innocentii III. erat, tum Cardinalis, Titulo S. Eustachii, creatus, tandem Episcopatum Ostiensem consecutus fuerat. S. Francisci, ut memoravimus, amicus in paucis, Fratrum Minorum Protector extitit, in quorum, aliorumque virorum Religiosorum gratiam complura Monasteria vel condidit, vel, conciliatis eis fautoribus, tradi curavit. Sæcul. XIII. A C. 1227. *Act. ap. Rain. n. 13.*

Die, qua corona Pontificia redimitus est Gregorius, ad Basilicam Principis Apostolorum procedens, Prælatis obsequii causa comitantibus, ex Apostolicæ Sedis more Pallium accepit, tumque, completa solemni Missa, auro & gemmis tectus ad Palatium Lateranense se contulit. In Festo Resurrectionis Dominicæ, Missarum Mysteriis in Basilica S. Mariæ Majoris celebratis, coronam gestans reversus est. Feria deinde secunda, divinis Officiis in Basilica S. Petri peractis, rediit duplici diademate coronatus, equo pretiose phalerato vectus, &, Cardinalibus purpura fulgentibus, innu-

Sæcul. XIII. A. C. 1227.

innumera Clericorum multitudine ipse cinctus. Aureis, argenteisque velamentis plateæ distinguebantur, & picturis Ægyptiacis sternebantur, tinctisque Indiæ coloribus splendidæ diversorum quoque aromatum suavitate fragrabant. Cantabat populus *Kyrie eleison*, ac læta carmina, insonante tubarum clangore. Prætores & Ministri Cappis sericis & vestibus aureis ornati incedebant. Græcorum atque Hebræorum catervæ, suo idiomate & ritu, Summo Pontifici laudes persolvebant, incredibili populi multitudine cum palmis & floribus præcedente, Senatore ac Præfecto urbis, non equo evectis, sed pedibus incedentibus, & equi Pontificii lora trahentibus. Ita Gregorius ad Patriarchalem Sedem Lateranensem perductus est, qui eam deinde annis quatuordecim tenuit. Recepto Pontificatu, abjecta omni mora, videlicet vigesima tertia Martii, omnes Christiani orbis Antistites Electionis suæ certiores, datis literis, fecit, rogans pro se orari. In iisdem literis præcipit, ut iter Cruce signatorum in Palæstinam, incusso Censurarum Ecclesiasticarum metu, urgerent.

ap. Rain. n. 17.

§. XXXII.

Concilium Narbonense.

to. 11. Conc. p. 304.

Sub idem tempus, nempe in Quadragesima

sima, anno milleſimo ducenteſimo vige- Sæcul.XIII.
ſimo ſeptimo, Petrus Amelinus, Archie- A.C.1227.
piſcopus Narbonenſis, Concilium Pro-
vinciale celebravit, conditique ſunt vi- G. de Pod. Laur. c.36.
ginti Canones, quorum hoc eſt exor-
dium: *Felicis recordationis Dominus Ludovicus, Rex Francorum, attendens, quanta pertinacia Laici Provinciæ Narbonenſis ſententiam excommunicationis contemnerent, tunc Apamiæ commorans, adjutus conſilio Romani Cardinalis, Apoſtolicæ Sedis Legati, ac omnium Præſulum & Baronum Franciæ, qui præſentes erant, ſtatuit, ut quicunque poſt trinam admonitionem ſe excommunicari contemſerit, novem libris & uno denario puniatur. Si vero per annum, contumaciter excommunicationi ſubjacens, non reſipuerit, bona ejus omnia ærario publico addicantur. Quam Conſtitutionem nos Petrus Archiepiſcopus in tota noſtra provincia inviolate ſervari præci-* t. 2. 3. 4.
pimus, ita videlicet, ut, ſi opus fuerit, quemadmodum Prælati Franciæ ſolent, aliquid mulctæ relaxari poſſit.

Judæi in medio pectoris deferant ſignum rotæ, ut a Chriſtianis diſcernantur. Diſciplinam Eccleſiaſticam in externis ſervent, & diebus Dominicis aut Feſtis publice non operentur, nec carnes comedant, quando Chriſtiani abſtinent. In ſeptimana ſancta domo pedem non

Sæcul. XIII. A.C. 1227.

efferant, ut rixas, inter ipsos & Christianos nascituras, fugiant. Prælati vero Judæos a Christianorum vexationibus custodiant. Judæi singulis annis tempore Paschali per omnes familias Ecclesiæ Parochiali sex Denarios persolvant.

Testamentum cujuscunque, semper præsentibus viris Catholicis & Parocho, aut loco ipsius alio viro Ecclesiastico, condatur, ut adsit testimonium, Testatorem in Fide Ecclesiæ fuisse mortuum, atque, quæ in pias causas reliquerit, fideliter solvantur. Quod si Testator hanc Constitutionem contemserit, sepultura Ecclesiastica careat, Notariis vero

§. 7. introitus Ecclesiæ interdicatur. Eadem pœna illis statuitur, qui post annum ætatis decimum quartum, saltem semel in anno, confessi non fuerint; quare injungitur Presbyteris, ut nomina eorum, quorum Confessiones audiverint, scripto adnotent. Presbyteri in loco publico, non occulte, confitentes audiant (*).

Abba-

(*) Canon VII. ita incipit: *Item statuit præsens Synodus, quod nomina illorum omnium, qui peccata sua confessi fuerint, scribantur a Capellanis, qui confessiones audiverunt eorumdem &c.* Unde videmus, jam illa ætate non solos Parochos, sed etiam alios Presbyteros Coadjutores Fidelium Confessionem excepisse.

Abbates, Priores, aliique, qui Ecclesiarum reditus percipiunt, Episcopis viros idoneos, qui in iis rite ministrent, infra Festum proximum Pentecostes præsentent, & portionem sufficientem iisdem assignent, unde sustentari, & officiis suis commode fungi possint. Episcopi testes Synodales in singulis instituant parochiis, qui de Hæresi, & aliis criminibus manifestis diligenter inquirant, postmodum Episcopis, quod invenerint, relaturi. Hic occurrunt Inquisitores. Hæretici denunciati, aut merito suspecti, ab officiis publicis in perpetuum amoveantur. Excommunicati, atque tam eorum res quam personæ cuilibet occupanti expositæ, publice denuncientur, nempe Comes Raimundus Tolosanus, Comes Foxiensis, Vicecomes Bliterrensis, Tolosani, omnes Hæretici, eorumque Fautores. Tandem adjicitur, & præscribitur, Concilium Provinciale singulis annis, Dominica quarta Quadragesimæ, esse celebrandum.

Sæcul. XIII. A.C. 1227.

c. 9. Canones.

c. 14.

c. 16.

c. 17.

c. 20.

Soluto Concilio, Archiepiscopus Narbonensis, Petrus Amelinus, Fulco Episcopus Tolosanus, & Bernardus Episcopus Carcassonensis ad exercitum profecti sunt, quem Imbertus Bellijocensis contra Raimundum Comitem & Albigenses ducebat. Ludovicus vero Rex, seu verius Regina Blanca ejus Mater, filio pue-

Guil. Pod. L.c 37.38.39

Chr. G. Nang.

Sæcul. XIII. A.C. 1227.

ritiam necdum egreſſo, Regni Moderatrix, ad eadem caſtra complures Epiſcopos & viros Equeſtres miſit, quibus etiam Archiepiſcopus Auguſtæ Auſcionum, & Burdegalenſis juncti ſunt. Ad Feſtum S. Joannis igitur univerſus Cruce ſignatorum exercitus in ditionem Toloſanorum irrumpens, in quodam loco, qui lingua vulgari *Pech-Almeri* dicebatur, caſtra metatus eſt; unde quotidie, ubi illuceſcebat, delecti robuſtiſſimi juvenes emittebantur, validis armatorum præſidiis tuti, qui munimenta diruebant, vites amputabant, & demetebant ſegetes. Hæc clades Toloſanos ita afflixit, ut animum adjecerint ad recipiendas pacis conditiones, quas eis, nomine Romani, S. Sedis Legati, Elias Guarinus, Abbas Grandisſilvanus, ad hoc negotium ex Francia ad caſtra delatus, obtulerat. Interim conventum eſt, ut utriusque Partis Legati anno ſequente Meldas ad ſancienda fœdera ſe ſe conferrent.

§. XXXIII.

Querelæ Clericorum Franciæ de Decimis.

Romanus, S. Sedis Legatus, ne belli nervus deeſſet, Clericos Franciæ ad ſolvendas Decimas compellere nitebatur, quas ipſe Ludovico VIII. Regi ad quin-

quinquennium promiserat. Quamobrem Clerici, datis ad Pontificem literis, in amaras querelas effunduntur, superestque nobis in hac Causa Epistola Capituli Parisiensis, cujus tunc Princeps erat Philippus Nemoracensis Decanus, postea Episcopus Catalaunensis. Est vero Epistolæ hoc exordium. *Si populo suo reservasset Deus alterum Jeremiam, qui captivitatem gentis suæ plangeret, non tantum quadruplici, sed multiplici, si posset, plangeret Alphabeto, & merito, pro novitate flagitii, novum excogitaret genus lamenti.* Et inferius: *Cum Legatus tuus totius Legationis suæ Concilium in urbem Bituricensem convocasset, Nuncii Capitulorum pro Albigensi negotio illuc convenerunt, ut, quæ tractarentur, seu statuerentur, ad Capitula referrent, nulla penitus consentiendi potestate accepta. Ubi ergo de modo subsidii præstandi in bello contra Albigenses eos consuluit, & permovere conatus est, ut Decimam bonorum Ecclesiæ per quinquennium solverent, si ipse Rex Ludovicus imperium exercitus in se susciperet, responderunt; se limites potestatis suæ non posse transgredi, & suam quidem, sed non Capitulorum suorum sententiam esse expromturos. Et ipsis quidem utile videbatur consilium, hanc Decimam persolvi, si Rex aliter ad castra proficisci nollet,*

Sæcul. XIII. A. C. 1227.

ap. Rain. 1227. *n.* 56.

Gall. Chron. to. 1. *p.* 471.

Sup. n. 16.

Sæcul. XIII. A.C. 1227.

nollet, cum ejus præsentiam tanto operi scirent esse necessariam. Cum igitur viderent Capitula, quanto fervore Ludovicus Rex, felicis memoriæ, piæ expeditioni se accingeret, dimidiam partem Decimæ, non tanquam Decimam, sed nomine subsidii, nullo præcedente promisso, plena libertate, persolverunt, aliam quoque partem, & etiam majorem, si Deus Regem incolumem, & contra Hæresim pugnantem servasset, libenter & liberaliter præstituri.

Rege autem defuncto, quidquid Dominus Legatus cum Regina egerat, quidquid constituerat, quidquid promiserat, voluntate Capitulorum non est actum. Unde, cum desideraretur Dux, qui bellum, sua magnitudine periculosum, posset perficere, nulla visa est eis subesse causa, cur quinque annorum Decimam darent; maxime cum Legatus Clericos compellere velle diceretur, ut promiserat Reginæ, adjiciens, se etiam ei Cappas nostras, si eas peteret, traditurum esse, & Regina nec ad certum tempus, nec ad certum militum numerum se vellet adstringere. Præterea attendentes, quod hoc ipsum, quod de liberalitate processerat, in debitum & servitutem converteretur, utque rebus futuris consulerent, Clerici Capitulorum quatuor Provinciarum, Remensis, Senonensis, Turonensis, &

& Rotomagenſis, ad S. Sedem appellarunt. Appellationis hujus Literæ Feria IV. ante Pentecoſten, nempe vigeſima ſexta Maji, anno milleſimo ducenteſimo vigeſimo ſeptimo, datæ ſunt. Tum Capitulum Pariſienſe addit; Legatum Appellantes Cenſuris Eccleſiaſticis perſtrinxiſſe, eorumque Bona a Regiis Miniſtris occupari juſſiſſe, ut ad perſolvendam Decimam cogeret. Capitulum Senonenſe in eundem ſenſum Papæ ſcripſit (*). Sæcul. XIII. A.C. 1227.

Gregorius Papa his querelis reſpondit, data Epiſtola, in qua præter alia dicit: *Agnoſcimus ſiquidem, & fatemur, quod Eccleſia Gallicana poſt Apoſtolicam Sedem quoddam totius Chriſtianitatis ſit* 5. *ep.* 133. *Rain. n.* 59.

(*) Hic dicit Rainaldus, Baronii Continuator, *Capitulares Pariſienſes ſubjiciunt, quæ ſibi injuriæ . . . a Legato, Regiisque Miniſtris ad Decimam illam extorquendam, . . . fuerint illatæ, quas ad concitandum ad miſericordiam Pontificem hac oratione exaggerant.*

Quis iſta oculis ſiccis vobis valeat enarrare? deficit in ſcribendo manus, & plus fluit oculus quam calamus: quidquid calamus pingit incauſto, delet oculus lacrymarum profluvio, ac per talem pingentis ac plangentis mixturam melitera convertitur in lituram. Utinam Dominus, Pater Sanctiſſime, nobis alterum ſuſcitet Hieremiam! &c.*

* forte incauſtico, aut melius cauſtico.

Sæcul. XIII. A.C. 1227.

speculum, & immotum Fidei firmamentum, utpote quæ in fervore Fidei Christianæ, ac Devotione in Apostolicam Sedem, alias Ecclesias (quod earum pace dixerimus) non sequitur, sed antecedit. Intellectis igitur gravaminibus, a Cardinale Romano, Legato nostro, Constitutione quadam, in urbe Senonensi edita, vobis irrogatis, cordis dolore tacti, eumdem Legatum literarum nostrarum asperitate, ut decuit, redarguimus, & ei continuo dedimus in mandatis, ut eam Constitutionem sine mora revocet. Nihilominus, acceptis Legati sui literis, Pontifex mentem & propositum mutavit, scripsitque Ludovico Regi juveni Epistolam, in qua dicit: *Postquam de Appellatione Capitulorum quosdam eorum Legatos, & Cardinalem, Legatum nostrum, audivimus, ac pensavimus, quod idem Legatus, pro tam utili negotio Ecclesiæ Dei, tum Jure Legationis statuere potuerit, quod expedire videbatur, tum etiam quod potestatem ab Ecclesia Romana acceperit, Constitutionem ejus, & promissum Regi, ex consilio ferme totius Bituricensis Concilii, datum, sanctum & legitimum esse duximus, idque, suadentibus Fratribus nostris, approbavimus, & ratum habuimus, ac præcipimus, ut secundum idem Legati promissum tota tibi Decima persolvatur.* Hæc

Epistola

Epistola die decima tertia Novembris, anno millesimo ducentesimo vigesimo septimo data est. Sæcul.XIII. A.C.1227.

§. XXXIV.

Guilielmus de Alvernia, Episcopus Parisiensis.

Dum hæc in Francia geruntur, Ecclesia Parisiensis, defuncto Episcopo Bartholomæo, alium Pastorem nacta est. Bartholomæus, antea Canonicus, & Decanus Carnotensis, laude scientiarum, maxime vero Jurisprudentiæ Civilis & Canonicæ illustrissimus, morumque puritate eximius, Ecclesiam suam summa attentione & cura, ac feliciter rexit. Hunc virum merita sua in Sedem Parisiensem mense Decembri, anno millesimo ducentesimo vigesimo tertio, Guilielmo Segnelacensi satis functo, evexerunt, quam non diutius quam annis ferme quatuor tenuit, vigesima Octobris, anno millesimo ducentesimo vigesimo septimo, rebus mortalibus ereptus. Bartholomæo successit Guilielmus de Alvernia, natus Auriliaci, & in Schola Parisiensi educatus, ubi celeberrimorum Doctorum numero adscribi meritus est. Episcopus electus est sub initium anni sequentis, millesimi ducen-

Elog. to. 2. Anaclet. Mabill. p. 608.

Dubois Hist. Paris. lib. 15 c. 1.

Sup. Lib. LXXVIII. §. 54.

Sæcul. XIII. A.C. 1227.

tesimi vigesimi octavi, & Ecclesiæ Parisiensi annis viginti præfuit.

§. XXXV.

Cumani convertuntur.

Du Cange sur Villehard. p. 336.

Inter hæc redduntur Gregorio Papæ literæ Archiepiscopi Strigonienſis. Is significabat, viam sibi offerri apertam ad convertendos Cumanos seu Comanos, populum infidelem, Regionem Moldaviam versus, & ostia Danubii, incolentem. Dicebat vero in sua Epistola Archiepiscopus: *Non nullos viros nobiles hujus Gentis baptizavi; & quidam Regionis illius Princeps, nomine Borisus, Fidem Christianam cum omnibus subditis suis amplecti cupiens, misso ad me filio suo unico cum quibusdam Fratribus Prædicatoribus, qui in illis partibus promulgant Evangelium, rogat vehementer, ut ipse ad eum veniam, eique veri Dei cognitionem ingeram. Tunc ego quidem viæ me dederam, votum, quo me ad petendum Terram sanctam obstrinxi, exoluturus. Sed credidi, differendum esse hoc iter, ne occasionem tot animas Deo conciliandi contemnerem. Mitto igitur ad te Zalam Archidiaconum, nomine meo suppliciter rogaturum, ut tuo consensu ad novellam hanc Christi vineam ire liceat. Quia etiam in illa gente uberiores fructus colligere potero, si au-*

ctus

tus fuero auctoritate & nomine Sedis Apostolicæ Legati, cujus ibi maxima veneratio est, rogo, ut & istud mihi conferas, sicque nomine tuo fidem prædicem, baptizem, Ecclesias ædificem, Clericos ordinem, Episcopos creem, & penitus omnia, quæ ad propagationem Fidei conducunt, peragam. Pontifex, quæcunque petebat Archiepiscopus, Bulla, die ultima Julii, anno millesimo ducentesimo vigesimo septimo, data concessit (*).

Sæcul. XIII. A.C. 1227.

Eodem

(*) Dieser Erzbischof von Gran gehört zu der Zahl der herrlichen Zeugen seiner Zeit, daß die Einigkeit der wahren Kirche Christi ohne Gemeinschaft und Abhängigkeit von dem römischen Stuhle nicht könne erhalten werden. Luther hat anders gedacht; darum war er auch in seiner Lehre so veränderlich, als ein Wetterhahn auf dem Dache. Von ihm schreibet der gelehrte Bischof Bossuet im ersten Bande des Variations des Eglises Protestantes, auf der 142. Seite, der sechsten Auflag, zu deutsch gegeben, also. Damal hat eine kleine Schrift, so Luther ans Licht gegeben (im Jahre 1531.) viel Redens verursachet. Wir haben gesehen, daß die erstaunliche Ausbreitung seiner Lehre ihm die Meinung beygebracht, die römische Kirche würde von sich selbst fallen. Darum behauptete er dazumal heftig, daß man zur Vertheidigung des *Evangelium* die Waffen nicht ergreifen müßte, ja auch so gar nicht, um sich von

Sæcul. XIII. A.C. 1227.

Hist. univ. Paris. to. 3. p. 123.

Eodem anno Gregorius Pontifex Fratribus Ordinis Prædicatorum magna Privilegia tribuit, data Bulla, ad omnes Episcopos, aliosque Præpositos Ecclesiasticos, directa, in qua dicit: *Rogamus vos, & injungimus, ut recipiatis, & foveatis Fratres hujus Ordinis in negotio Prædicationis, cui addicti sunt, populos Regimini vestro commissos hortamini, ut eis faciles aures præbeant; quoniam Fideles confitentes audire, & injungere pœnitentiam eis auctoritate nostra*

---

von der Unterdrückung zu befreyen... Er wollte nämlich seiner neuen Kirche die schöne Farbe der Sanftmuth, welche in der ersten Kirche zu finden war, anstreichen. Allein er änderte bald die Sprache, denn als die Protestanten an dem Schmalcaldischen Bunde arbeiteten, erklärte Luther; das *Evangelium* sey den politischen Gesetzen nicht entgegen, und in so gefährlichen Umständen könne es so weit kommen, daß man zu den Waffen greifen, und sich wider alle, diejenige, ja auch wider den Kayser selbst, würde verbinden müssen, welche sie mit Krieg überziehen wollten.

Wo ist also bey dem Luther, welcher sich die Besserung der Religion in ganz Deutschland anmaßte, die Einigkeit, und Beständigkeit in der Lehre?

noſtra datum eſt (*). *Serio itaque monemus; bis Fratribus, in omnibus, quibus indigent, ſubvenite. Si vero quosdam*

Sæcul.XIII. A.C.1227.

(*) Ex tota Hiſtoria Eccleſiaſtica de uſu Fidelium peccata ſua confitendi, & ex parte Sacerdotis confitentibus pœnitentiam injungendi, manifeſte conſtat, ſed de Forma Abſolutionis neceſſaria non ita liquet. Aliquis SS. Theologiæ Doctor, & Dogmatico-Scholaſticæ in Univerſitate Salisburgenſi Profeſſor clariſſimus, in Theſibus de Pœnitentia, anno 1762. numero XXIII. & XXIV. poſitis, affirmare non dubitat: *Abſolutio per X. Sæcula tam in Oriente quam in Occidente modo deprecatorio prolata fuit. Qua & hodiedum utuntur Græci, & Latinus uteretur valide, quamvis illicite.*

At valori Abſolutionis, ſi quis hodie deprecatoria uteretur, ut cetera taceam, obſtare videtur, quod Eccleſia hodie Sacerdoti Jurisdictionem abſolvendi, non abſolute, ſed certis conditionibus alligatam, conferat. Sicut ergo Sacerdos, extra ſuam Diœceſim abſolvens, neutiquam valide abſolvere cenſetur, quia, licet de Jure divino hæc Jurisdictio ad totum terrarum orbem ſe extendat, ejus tamen poteſtas reſtricta eſt ab Eccleſia quoad locum; cur non etiam eadem poteſtas ea conditione limitata credatur, ſi illam nempe Abſolutionis formam, quæ ſola in Occidente recepta eſt, adhibeat: *Ego te abſolvo*?

Sed quidquid ſit. Audiamus S. Thomam, quem docentem refert Rev. P. Edmundus Simon-

Sæcul. XIII A.C. 1227. *dam Prædicatores, qui se Ordinis hujus membra simulant, & cumulandæ pecuniæ incumbunt, deprehenderitis, in vincula conjicite sycophantas, &, ut meruntur, damnate.*

Hæc

monnet S. J. in suis Institutionibus Theolog. Tractatu XV. Artic. I. ubi ait. *S. Thomas, qui circa annum 1250. floruit, opusculo XXII. disputat contra Neotericum quemdam, qui formam Sacramenti Pœnitentiæ non indicativam, sed deprecativam esse scripserat. Sic autem caput primum exorditur S. Doctor. Perlecto libello, a vobis exhibito, inveni assertionem cujusdam valde temerariam, dicentis, quod Sacerdos absolvendo uti non debeat hac forma: Ego te absolvo; quod quidem præsumtuosum judico: quia repugnat Evangelicis dictis, Matth. c. 16., Quodcunque solveris super terram, erit solutum & in Cœlis. &c.* Et inferius: *In Sacramento autem Pœnitentiæ, verba Scripturæ, quæ maxime sunt sectanda, non faciunt mentionem de aliqua deprecatione, sed magis verbo indicativo utitur. Non enim dicit: Quæcunque petieris esse solvenda, erunt soluta, sed quæcunque solveris, erunt soluta.* Et iterum: *Ad hæc etiam est communis consuetudo tali forma utentium &c.*

Tum addit Simonnet. *Dicent fortasse Adversarii, factum illud duodecim priorum Sæculorum a S. Thoma ignoratum esse: sed contra est manifeste, quia tam insigne, & tanti momenti factum, supposito, quod extiterit, fugere non potuit tantum Doctorem &c.*

Hæc Bulla vigesima octava Septembris data est. Sæcul. XIII. A. C. 1227.

§. XXXVI.

Pontifex Cruce signatorum abitum urget.

Ad illum annum, videlicet reparatæ salutis millesimum ducentesimum vigesimum septimum, delapsi sumus, quo Friderico Imperatori ad perficiendum bellum Palæstinæ mare trajiciendum fuisset, quod multoties promiserat.

Ut igitur Gregorius Papa ad suscipiendam navigationem Principem excitaret, misit ad eum Galonum, Ordinis Fratrum Prædicatorum virum cum Epistola, cujus hoc est exordium: *Ad ostendendam viam ligni vitæ errantibus in invio Mundi hujus posuit te Dominus quasi Cherubin, & versatilem gladium. Cum enim diligenti meditatione pensatur ratio in te illuminata dono intelligentiæ naturalis, & imaginatio defæcata in rei comprehensione sensibilis, quæ quasi versatilis una facie respicit rationem, alia naturam sensibilium intuetur*, in te virtus motiva manifeste conspicitur, qua possis inconveniens a convenienti distinguere, & comprehensiva, qua facile valeas conveniens & licitum obtinere donum.* Tota Epistola, satis prolixa, hoc stilo

1. *ep.* 142. *Rain. n.* 21. *Gen.*

* hæc constructio in Fleurio omissa.

Sæcul. XIII. A.C. 1227.

stilo concinnata est. Tumque diffunditur in explicationem mysticam totius ornatus Imperialis, scilicet, Crucis, cui veræ Crucis particula erat inserta, & Lanceæ, uno clavo Passionis Dominicæ decoratæ, quæ ambæ Imperatori inter publicas preces cum populo procedenti præferebantur. Coronæ, quæ in Cæsaris vertice fulgebat, Sceptri, quod manu dextra, & Globi aurei, quem sinistra tenebat; in his omnibus latebant Mysteria, etiam perlecta explicatione, quam adjungit Epistola, adhuc captu difficilia.

Ego vero de industria hujusmodi fragmenta ex Epistolis Summorum Pontificum, aliorumque Scriptorum, refero, quia scribentium stilus ad mores illius ævi pertinet. Quare ex his exemplis cognoscere possumus, quis genius, quod judicium illorum fuerit, qui maximi momenti negotia ita tractabant.

Hanc Epistolam Papa Anagniæ dedit, quo mense Junio diverterat, ut aerem, in urbe Roma per æstivos calores insalubrem, fugeret. Interea Romæ homo quidem, sortis privatæ, Vicarium Papæ se mentitus (sed Papa inscio, & eum quibusdam Romanis subornantibus) in porticu, quæ S. Petri Basilicam cingit, versabatur. Hic omnes, Cruce signatos, quicunque peterent, ab edito voto, acceptа

vit. Greg. ep. Rain. n. 24.

Ric. S. Ger.

cepta pecunia, absolvebat. Verum cum hujus rei certior factus esset Pontifex, re ad Senatorem Romanum delata, veterator, pro merito pœnas dedit. Sæcul.XIII. A. C. 1227.

Mense Augusto hæc agebantur, quo Fridericus cum Imperatrice conjuge sua Hydruntum profectus, ibidem ea relicta, Brundusium venit, quo universus exercitus confluxerat, & classis, qua deveheretur, in anchoris stabat. Sed ecce! funesta lues, in gregarios milites Ducesque grassata, haud modicam eorum partem abstulit. Nihilominus Imperator ad navigationem se comparabat cum reliquis, atque eo animo ad Festum Nativitatis Beatæ Virginis, die octava Septembris, Hydruntum rediit, ubi, dum aliquamdiu commoratur, obiit Ludovicus Landgravius Thuringiæ, inter Cruce signatos Germanos potentissimus, relinquens viduam uxorem suam, Elisabetham, Andreæ Regis Hungariæ filiam, haud plus viginti annos natam, jam tunc variarum virtutum splendore coruscantem. Sed & ipse Fridericus Imperator, Hydrunti morbo correptus, hoc anno in Terram sanctam non transmisit.

§. XXXVII.

Sæcul. XIII. A. C. 1227.

§. XXXVII.

Papa Imperatorem excommunicatum denunciat.

At, cum Gregorio Papæ persuasum esset, Imperatorem valetudinem fingere, indignans tot moras necti, post promissa adeo solemnia, eum excommunicatum denunciavit, hoc Ritu. In Festo S. Michaelis Archangeli, die vigesima nona Septembris, anno millesimo ducentesimo vigesimo septimo, Anagniæ, in majore Ecclesia, vestibus Pontificalibus de more indutus, venerabilibus Fratribus Cardinalibus, Episcopis, aliisque Prælatis assistentibus, sermonem exorsus est in illa verba: *Necesse est, ut veniant scandala.* Tum, postquam Michaelem Archangelum de Dracone triumphantem induxisset, Fridericum Imperatorem, excommunicationis censura innodatum, publice declaravit; quod frequenter monitus votum exequi recusaret, adjecitque, eum incurrisse in sententiam ab Honorio Papa latam, cui se sponte submisisset, nisi intra præstitutum tempus iter in Palæstinam susciperet. Pontifici, deinde Romam reverso, misit Imperator Nuncios, Archiepiscopos Regiensem, & Bariensem, Ducem Spoletanum, & Comitem Melitensem, qui Dominum suum

vit. ap. Rain. n. 29.

Sup. n. 9. Ric. S. Ger. p. 990.

suum excusarent. Sed Papa cunctis, quæ de Imperatoris morbo referebant, fidem non habens, congregatis Romæ, quotquot potuit, Italiæ, atque ipsius Siciliæ Præsulibus, in Octava S. Martini, videlicet die decima octava Novembris, excommunicationis, in Imperatorem intortæ, sententiam confirmavit. Tum Epistola Encyclica ad omnes Episcopos data, refert, quoties profectionem promisisset, & distulisset Fridericus, qui sibi ipsi mensem Augustum anni millesimi ducentesimi vigesimi septimi, tanquam terminum ultimum, posuisset. Postea subjungit: *Nunc vero, quomodo tot promissa impleverit, advertite. Nam cum, ipso jubente, & metu excommunicationis compellente, multa Cruce signatorum millia, statuto tempore, ad portum Brundusii properassent, quia civitatibus aliis fere omnibus, in portubus constitutis, Imperator offensus gratiam suam subtraxerat, tamdiu exercitum Christianum in æstivi fervoris incendio, & corrupto aere detinuit, ut non solum magna pars plebis, sed etiam haud pauci Nobilium & Magnatum peste, siti, ardoris vehementia, multisque aliis ærumnis confecti expiraverint. Quorum numerum Episcopi urbium Andegavi & Augustæ Vindelicorum auxerunt. Pars magna, morbis affecta, rediens, in viis, & silvis, &*

Sæcul. XIII. A. C. 1227.

1. *ep.* 177. *to.* 11. *Conc. p.* 312. *ex Math. Par.*

1228.

Sæcul. XIII. A.C. 1227.

montibus occubuit. Reliqui, licentia ab Imperatore ægre obtenta, licet naves ad tranſitum ſufficientes non adeſſent, in Feſto tamen Nativitatis Beatæ Virginis, cum jam tempus immineret, quo naves a transmarinis partibus reverterentur, maria ſulcare cæperunt, ac pro nomine JEſu Chriſti diſcrimini ſe commiſerunt, credentes, Imperatorem haud diu poſt eorum veſtigia ſecuturum. Sed ille, ſpreta hujus populi devotione, fide, quam dederat, violata, & cenſuris Eccleſiaſticis vilipenſis, ægrotantem ſe ſimulans, ad conſuetas Regni ſui delicias rediit.

Attendite igitur, & videte, ſi eſt dolor, ſicut dolor Apoſtolicæ Sedis, Matris veſtræ, toties, & tam crudelem in modum deceptæ a filio, in quem tot beneficia contulit, & in quo ſpem recuperandæ Palæſtinæ pridem poſuerat. Præterea Sacra Sedes, ne aſtuto Principi quaſiscunque occaſio aut ſpecies relinqueretur, cur averteretur a Terræ ſanctæ ſubſidio, Epiſcoporum exilia, ſpoliationem, captivitatem, injuriasque ac mala innumera, Eccleſiis, viris Religioſis, & Clericis irrogata, interim diſſimulavit, ut nihil dicamus de querelis populorum, Nobiliumque, ex Patrimonio Eccleſiæ Romanæ, contra ipſum clamantium. Claudit Epiſtolam Papa, denuncians, Fridericum

ricum Imperatorem anathemate esse confixum, cui se sua voluntate subjecisset, & graviores pœnas, si contumax animus flecti non possit, scilicet Depositionem, minatur. Hæc est Gregorii Papæ Epistola. Sæcul. XIII. A.C. 1227.

§. XXXVIII.

Imperatoris Apologia.

Non defuit Friderico Imperatori, quod responderet; sed Capuam reversus, eodem mense Novembri, data ad Germaniæ Principes prolixa Epistola, totam vitæ suæ seriem repetebat, cumulabatque conquerendi causas, quas sibi contra Pontifices esse jactabat; hos enim speciem præbentes, quasi sibi infanti Regnum custodirent, illud imminuisse, Ottonem ad Imperium, se præterito & spreto, evexisse, ac reliqua, a nobis superius memorata. Excusabat, quod hoc anno navigationem non suscepisset, no tissimo omnibus morbo, ajebatque, præmiis se potius quam pœnis ab Ecclesia afficiendum fuisse, ob sumtus in expeditionem sacram impensos. Tandem Pontificem excusationem suam, quam ei per Nuncios exponi jussisset, rejeciisse querebatur. Eamdem Apologiam Fridericus Romam misit, usus opera cujusdam Magistri, nomine Rofridi, Beneventani, qui eam in Capitolio, consentientibus

Abb. Urſp. p. 324.

Ric. S. Ger. p. 991.

Matth. Par. 1228.

Sæcul. XIII. A.C. 1227.

Romanis, publice recitari curavit. Scripsit quoque Imperator omnibus Regibus & Principibus Christiani orbis, affirmans, neutiquam se proficiscendi propositum abjeciſſe (sparsa in vulgus causa commentitia, quod Papa falso sibi imponeret) sed fontico morbo hucusque fuisse se impeditum: cujus rei testem Deum invocabat. Addebat; se, ut primum sanitati esset restitutus, editum votum, ut Cæsaris Majestatem deceret, impleturum.

In Epistola ad Regem Angliæ data, dicebat: *Ecclesia Romana usque adeo auri cupiditate flagrat, ut Bonis Ecclesiasticis ejus avaritiæ non sufficientibus, supremos Principes spoliare, sibique vectigales efficere, non erubescat. Cujus rei triste & propinquum exemplum in Joanne Rege, parente tuo, habes. Sed & aliud oculis nostris obversatur, nempe Comitis Tolosani, multorumque aliorum Principum, quorum Ditiones Interdicto constrinxit, donec eas penitus in servitutem redigat. Silentio prætereo Simoniam, exactiones in Clericos inauditas, usuras tum manifestas, tum palliatas, quibus totum terrarum orbem inficit. Nihilominus si Romanos, hosce humani sanguinis beluones, audias, mellei sunt sermones. Curiam Romanam prædicant, Matrem nostram, & Nutricem carissimam, quam*

quam verius Novercam & malorum omnium fontem dixeris. Qualis enim sit, ex fructibus cognoscitur. In omnes orbis partes Legatos mittit cum potestate puniendi, suspendendi, excommunicandi, non ut Fideles Verbum Dei edoceant, sed ut extortas pecunias congerant, & metant, ubi non seminarunt. Ita opes Ecclesiarum, Monasteriorum, aliorumque piorum Hospitiorum, quæ Majores nostri, ad alendos peregrinos pauperesque, condiderunt, prædantur. Hodieque Romani isti nobilitate generis, animique fortitudine, destituti, solis literis inflati, Regna ambiunt, & Imperia. Verumenimvero Ecclesia paupertate & morum simplicitate superstructa est, nec mortalium aliquis aliud fundamentum, quam quod JEsus Christus posuit, potest inducere. Jam accusor, quod statuto tempore mare trajicere noluerim; sed, præter ægritudinem corporis, quædam negotia, necessario pertractanda, maxime autem Siculorum rebellium seditio, me detinuerunt. Nec enim sanæ rationi consentaneum, nec rei Christianæ utile fuisset, intestino post tergum bello fervente, in Terram sanctam navigare (*).

Sæcul.XIII. A.C.1227.

(*) Hæc nimium exaggerari queritur Rainaldus, ad annum Christi 1227. num. 45. & addit.

Sæcul. XIII. A. C. 1227.

§. XXXIX.

Terræ ſanctæ facies.

Dum hæc in Europa aguntur, Summus Pontifex Gregorius certior fit de rerum facie in Terra ſancta, acceptis literis patentibus, nomine Patriarchæ Hieroſolymitani, Archiepiſcoporum Cæſarienſis, Nazarethani, Narbonenſis, Epiſcoporum Wintonienſis, Exonienſis, & trium Magiſtrorum Hoſpitii, Templi, & Ordinis Teutonici, ſcriptis. Erant vero hujusmodi: *Quis dolorem noſtrum verbis ſatis explicet, poſtquam luctuoſum nuncium aures noſtras perculit, Imperatorem in expeditione menſis Auguſti in Syriam non veniſſe? qua re comperta pii peregrini, numero plus quam quadraginta*

[1] *Greg. ep. I. to. II. Conc. p. 310. ex Math. Par. an. 1227.*

[a] Mathæus Paris.

dit. *Jam vero ſuperius a nobis dictis Pariſii*[a], *cæteroquin Romanis Pontificibus iniquiſſimi, teſtimonium adducere viſum, qui de expeditione ſacra, a Friderico turpiter deſerta, hæc ait: Quod factum Imperatoris damnose nimis redundavit in dedecus, & in præjudicium totius negotii Crucifixi.* Tum ſubdit in eodem loco Rainaldus: *Ex his ſuperioribus Conradus Abbas Urſpergenſis, Friderici Fautor, confutatur, qui eo inſolentiæ prorupit, ut Gregorium Papam elatum arrogantia, leviſſimis de cauſis, nullo judiciorum ſervato ordine, Imperatorem ſacris moviſſe, monumentis tradere auſus ſit.*

ginta millia virorum, omnibus ad militandum instructorum, iisdem navibus, quibus advecti fuerant, reversi sunt. Attamen post eorum abitum remanserunt octingenti fere viri Equestres, una voce clamantes; vel induciæ tollendæ sunt, vel nobis simul omnibus redeundum. Vixque ab iis impetrare potuissemus, ut persistant, nisi Ducis Limburgi, qui Cæsaris nomine exercitui imperaturus erat, auctoritas interceſſisset. Ad deliberandum ergo hac de re convenimus, cumque Dux edixisset, velle se inducias solvere, objecimus, rem periculi plenam esse, quin etiam Christianæ honestati adversam, eo quod juramento firmatæ fuissent. At qui cum Duce sentiebant, responderunt; Papam excommunicationis fulmen in omnes illos Cruce signatos misisse, qui præterito mense Augusto non proficiscerentur, quamvis sciret, inducias solvendi tempus non ante duos annos adfuturum. Unde eruebant, Pontificis mentem haud esse, ut illæ servarentur. Præterea sacri milites, otio torpere nolentes, dicebant: Si discedant Equites, irruent in nos Saraceni, nulla inducia-rum reverentia cohibiti. Tandem consiliis in utramque partem diu versatis, statutum, Hierosolymam movere, atque, ut tutior pateret via, urbes Cæsaream & JOPPEN munimentis firmare, quod

Sæcul.XIII. A.C.1227.

Sæcul. XIII. A.C. 1228.

infra menſem futuri menſis Auguſti perfici poſſe creditur. Itaque hanc Ducibus ſententiam ſtare, extra mœnia urbis Acriæ ad Feſtum SS. Simonis & Judæ denunciatum eſt, additis ad omnes Cruce ſignatos mandatis; omnia neceſſaria ad iter Cæſaream verſus, die Feſtum Omnium Sanctorum ſequente, ſuſcipiendum pararent. In fine Epiſtolæ auxilium totius orbis Chriſtiani efflagitant, quam Papa ſuis literis, vigeſima tertia Decembris, anno milleſimo ducenteſimo vigeſimo ſeptimo datis, inſertam ad omnes Fideles miſit, ſicque ruptis cum Saracenis induciis auctoritatem conciliavit.

§. XL.

Imperator iterum excommunicatur.

to. II. Conc. p. 413. Act. ap. Rai. 1228.

Interea Gregorius Papa cenſuras cenſuris in Fridericum Imperatorem adjiciebat. Quippe Romam convocatis Epiſcopis ex Longobardia, Thuſcia, Apulia, ex toto Eccleſiæ Patrimonio, aliisque Præſulibus, qui ad ejus Curiam in cauſis ſuis privatis venerant, orationem pronunciavit, præmiſſis illis Jobi verbis:

Job. 31. 35. *Quis mihi tribuet Auditorem, ut deſiderium meum audiat Omnipotens?* Tum, collectis præſentium ſuffragiis, modoque, quo in Imperatorem ageret, conſtituto, eum in Cœna Domini, die vigeſima tertia Martii, anno milleſimo ducente

centesimo vigesimo octavo, iterum anathemate perculit. Quod docent Gregorii literæ ad Apulos Præsules missæ, in quibus dicit: *Cum dolentes cognosceremus, quod Fridericus, Romanorum Imperator, salutem suam negligeret, dum salubre votum, quod Deo obtulerat, addito juramento, exolvere detrectabat, medicinalem Petri gladium in eum exeruimus, in spiritu lenitatis, & excommunicationis sententiam protulimus, cui se ipsum subjecerat, nisi statuto termino in Terræ sanctæ subsidium mare trajiceret. Sed, pro dolor! non solum nulla pœnitentia contumacem subiit, verum etiam addens peccata peccatis, spretis Ecclesiæ clavibus, divina se præsente celebrari præcepit. Quare ne videremur blandiri homini contra Deum, proximo præterito Festo Cœnæ Dominicæ, in eumdem Imperatorem, tum, quod navigationem in Terram sanctam non sit exorsus, nec promissum militum numerum, nec pecuniam miserit, tum quod Archiepiscopum Tarentinum ad Sedem propriam accedere, & populum suum invisere non sit passus. Præterea, quod Templarios, & Hospitalarios bonis mobilibus, & immobilibus, in Regno Siciliæ, temere exuerit, quod initam Transactionem inter ipsum, Comitem Celanensem & Rainaldum Aversanum, pro cujus firmitate,*

Sæcul. XIII. A.C. 1228.

Sæcul. XIII. A.C. 1228.

mitate, ad ipsius preces, Ecclesia Romana fidejusserat, servare contemserit, quod Comitem Rogerium Crucesignatum, & Apostolicæ Sedis tutela munitum, ditionibus suis privaverit, & filium ejus in captivitate detentum, ad mandatum Apostolicum sæpius repetitum, reddere denegaverit, excommunicationis sententiam solemni ritu duximus promulgandam.

Excommunicationi adjecimus quoque, & præcepimus, ut loca quælibet, ad quæ Imperator pervenerit, Ecclesiastico subjaceant Interdicto, & quamdiu præsens fuerit, nulla divina Officia celebrentur. Officio, Beneficioque privamus omnes, qui coram eo divina ausu temerario celebraverint. Quod si vero Fridericus amplius Officiis divinis se ingesserit, contra eum tanquam contra Hæreticum, & clavium Ecclesiæ contemtorem agemus. Et si Ecclesias, ac viros Ecclesiasticos opprimere, & libertatem Ecclesiasticam conculcare, si excommunicationem spernere non desinat, omnes, qui ei juramento Fidelitatis adstricti sunt, inprimis Regni Siciliæ Vasallos, ab hoc vinculo absolvemus, cum secundum Decretum Urbani Papæ II. subditi fidem, jurato datam, Principi Christiano, Deo, ejusque Sanctis adversanti, & eorum præcepta violanti, servare non teneant-

neantur. Ego quidem hoc Urbani II. Decretum nullibi alias vidi. Tum prosequitur Gregorius Papa: *Tandem, si Imperator finem non faciat diripiendi facultates orphanorum, pupillorum, viduarum, nobilium, aliorumque subditorum in Regno, quod ad Romanam Ecclesiam singulari jure noscitur pertinere, merito timeat, ne jure Feudi exuatur* (*). Sæcul.XIII. A.C.1228.

§. XLI.

(*) Ad hunc locum Natalis Alexander ad Sæc. XIII. pag. 31. dicit: *Quod factum indirectæ potestatis Ecclesiæ in Temporalia Principum, eidem jure Feudi minime subditorum, Assertoribus nullatenus favet, cum Fridericus secundus ob Siciliæ Regnum Romanæ Ecclesiæ Beneficiarius esset, quod Pontifex in sententia adversus ipsum lata expressit.*

Verumtamen, ut ex sequentibus apparebit, Gregorius Pontifex non solum subditos Regni Siciliæ, sed quoscunque Friderico Imperatori obstrictos a vinculo Fidei absolvisse videtur. Ceterum Historiæ Lectori, omnia accurate notanti, facile patebit, mentem Summorum Pontificum, subditos ab obedientia liberantium, non fuisse, Principes excommunicatos in perpetuum jure suo privare, sed usquedum resipiscerent, & a Censuris absolverentur.

Sæcul. XIII. A.C. 1228.

§. XLI.

Imperatoris Profectio.

Ric. S. Ger. p. 992.

Fridericus Imperator, nulla ratione habita terribilis Bullæ, Baruli Festum Resurrectionis Domini, hoc anno millesimo ducentesimo vigesimo octavo, in diem vigesimam sextam Martii incidens, magnificentissime celebravit, auctaque est festiva lætitia, allato nuncio, Coradinum, Damasci Soldanum, mortalitatem exuisse. Quare in subsidium Terræ sanctæ Richardum, Castrorum Tribunum in Principatu, cum quingentis Equitibus misit. Inter hæc, vocatos ad se Romanorum potentissimos ac nobilissimos, ex Familia Frangipanum, aliisque stirpibus, permovit, ut præstito, more Vasallorum Imperii, juramento, ipsi in omnibus negotiis promitterent obsequium. Ergo petiit, ut omnium bonorum suorum immobilium, sive ædes essent, sive agri, quos Romæ possiderent, pretium statuerent, eaque omnia, parata pecunia emta, Titulo Feudi iisdem reddidit. Hi Romam reversi, contra Papam populum incitarunt, qui insana rabie actus, Feria II. Paschæ, Summum Pontificem, in Basilica S. Petri Missam celebrantem, inconditis clamoribus, minisque, necdum persoluto Sacro Canone, insectatus est. Itaque Gregorius, cum

Abb. Ursp. p. 325.

credo-

crederet, se Romæ tuto versari non posse, mense Aprili, valido cinctus præsidio, illinc abiens, Reate petiit, & postea Spoletum, ac Perusium perrexit. Sæcul.XIII. A.C 1228.

Sub idem tempus Imperator frequentissimum conventum prope Barulum coegit, ut res Regni Siciliæ, dum ipse abesset, componeret. Totius Siciliæ Præfectum, summa potestate præditum, edixit Rainaldum, Ducem Spoletanum, & si, fatis ita ferentibus, ipse in profectione transmarina, quam suscipiebat, vita fungeretur, ordinem, quo ei Filii in Regno succederent, præscripsit. Mense Junio deinde in portu Brundusii navem conscendit, unde Hidruntum devectus, vela in Palæstinam fecit, quo etiam felici trajectu pervenit, indeque non ante annum sequentem rediit. Pontifex abituro districte denunciari jusserat, ne tanquam Cruce signatus mari se credere præsumeret, priusquam a Censuris, quibus erat innodatus, absolutus fuisset. Sed Legati surdo fabulam cecinerunt. *Ric. p. 992.* *p. 993.* *Sanut. p. 211*

§. XLII.

S. Francisci Canonizatio.

Gregorius Papa, cum Spoleti commoraretur, inde ad canonizandum S. Franciscum Assisium venit. Antequam urbem intraret, in Ecclesia S. Damiani substi-

Sæcul. XIII. A.C. 1228.

ſubſtitit, ut Sanctam Claram inviſeret, quam commonuit, recipienda eſſe bona immobilia, ut multiplex incommodum a ſororibus removeret, pollicitus, ſe ad ſuſtentandas ſacras Virgines fundos Monaſterio abunde collaturum. Illa conſtante animo reſpondit; Sanctam paupertatem omnibus bonis eſſe præſtantiorem, nec ſe ullum aliud theſauri genus noviſſe, quod ab hominibus auferri non poſſet. Adjecit Papa: *Si voto edito probiberis, filia mea, ne conſentias, ab eo te abſolvo.* Et illa iterum: *Sancte Pater! a nullo vinculo, niſi a peccatis meis, abſolvi peto.*

Vad. 1228. n. 1. *Vita S. Claræ c.* 9. *ap. Sur.* 12. *Aug.*

Tum Papa, Aſſiſium ingreſſus, ſine mora ad S. Franciſci ſepulchrum ſe contulit, ubi diu orans Eccleſiam, tot fluctibus agitatam, ei commendavit. Ad conſilium deinde Cardinales, ſe comitantes, convocavit, ut ſtatuerent, qua ratione hæc Canonizatio peragenda eſſet. De Miraculis, a Viro ſancto editis, tam in urbe, quam in regione propinqua, accurate inquiri juſſit. Auditi teſtes, eorum teſtimonia literis mandata, & omnia Acta illis Cardinalibus relegenda data ſunt, qui Canonizationi minime favebant. Cum deinde Papa Peruſium petiiſſet, cauſa negotii, quod ei cum Imperatore erat, ibidem acta illa denuo totius Conſiſtorii examini & judicio expo-

Bon. vit. c. 15

ſuit,

fuit, & poſtquam ex unanimi omnium ſententia Canonizatio fuiſſet approbata, cum tota Curia Aſſiſium rediit, quo, fama futura ſolemnia prænuntiante, maxima multitudo Prælatorum, Optimatum, populique ex multis provinciis confluxerat. Tandem die Dominica, decima ſexta Julii, anno milleſimo ducenteſimo vigeſimo octavo, in Eccleſia S. Georgii, ubi Sancti corpus quieſcebat, Papa, ſedens in ſolio editiore, ad populum peroravit, præmiſſis illis verbis Eccleſiaſtici: *Quaſi Stella matutina in medio nebulæ, & quaſi Luna plena in diebus ſuis lucet, & quaſi Sol refulgens, ſic ille effulſit in Templo Dei.* Tum, cum Octavianus, Cardinalis Diaconus titulo SS. Sergii & Bachi, Innocentii III. Papæ familiæ conſanguinitate propinquus, Acta de Miraculis publice recitaſſet, Rainerius *Cappocio*, & ipſe Cardinalis Diaconus, aliam orationem exorſus, eadem acta confirmavit. Mox Summus Pontifex ſtans elata voce ait: *Quod igitur ad Gloriam Dei, Sanctæ Mariæ Virginis, SS. Apoſtolorum Petri & Pauli, & ad honorem Eccleſiæ Romanæ cedat, ex conſilio Fratrum noſtrorum, Beatum Patrem Franciſcum, quem Deus Glorioſum effecit in Cælo, Sanctorum Catalago inſeri ſtatuimus, ejusque Feſtum in die obitus celebrari jubemus.* Illico Cardina-

Sæcul. XIII. A.C. 1228.

Eccli. 50. 6.

Sæcul. XIII. A.C. 1228.

lium voces, *Te Deum laudamus* concentium, insonuere, quibus populus, maximam lætitiam professus, festivo clamore respondit. Bulla Canonizationis exinde post triduum data est, in qua præcipitur, ut Festum quarta Octobris solemni ritu agatur.

§. XLIII.

Bellum inter Papam, & Imperatoris Duces.

Fridericus Imperator, priusquam mari se committeret, Gregorio Papæ scripserat, se Rainaldo, Duci Spoletano, amplissimam potestatem dedisse, qua, se absente, de pace cum Ecclesia ageret, eamque Epistolam Archiepiscopo Barensi, & Henrico Comiti Melitensi deferendam tradidit. Quamvis vero persuasum esset Papæ, Legationem hanc ad se fallendum esse adornatam, Archiepiscopo tamen & Comiti, dum omnia exposuissent, patientes aures dedit; sed intelligens, nihil ferme aliud eos in mandatis habere, quam ut Rainaldum pacis conciliatorem offerrent, respondit; hunc virum esse manifestum Ecclesiæ hostem, quocum ipse de fœderibus tractare nec posset, nec deceret. Legati, abjecta mora, discesserunt, & Rainaldus, omisso omni alio consilio, arma Pontifici inferre

inferre ſtatuit. Ergo Patrimonium S. Petri invadit, numerans in exercitu ſuo quasdam cohortes Saracenorum ex Sicilia, Imperatori, Domino ſuo, ſubditorum. Ceterum in hoc bello non nulli Sacerdotes, aliique Clerici capti, membris truncati, oculis privati, & Cruci affixi leguntur. Exinde Rainaldus, milite in Marchiam Anconitanam, & Ducatum Spoletanum deducto, multos ſubditos ab obſequio Pontifici debito abſtraxit, Saracenis, qui ſub eo militabant, ubique impietatis, crudelitatisque exempla præbentibus (*). Sæcul.XIII. A.C 1228.

Pontifex, excommunicationis Cenſura contra Rainaldum, ejusque milites fruſtra adhibita, intellexit, tanto malo remedia efficaciora eſſe opponenda, crediditque, ſibi licere gladio etiam materiali uti, atque vim vi repellere. Ergo equitum turmas, peditumque, in Rainaldum immiſit, Duce Joanne Briennio, Rege Hieroſolymæ, Imperatori, Genero ſuo, ut memoravimus, infenſiſſimo, cui in imperio militari ſocium, Joannem Columnium, Cardinalem, dedit. Quia de defenſione Bonorum Temporalium Eccleſiæ agebatur, hi milites exercitus *Ric. S. Ger. p. 994.*

(*) Nempe Rainaldus titulum Ducatus Spoletani ſine vitulo, ut loqui ſolemus, geſſerit.

Sæcul. XIII. A C. 1228

Ecclesiæ simpliciter dicebantur, sequo Religioni servire, more Cruce signatorum, ajebant; sed loco Crucis signum Clavium in vestibus suis gerebant, potestatis Ecclesiasticæ Symbolum. Exinde Papa, cum Rainaldum nihil a proposito dimoveret, ut eum ab Ecclesiæ ditionibus avelleret, Imperatoris terras invadere constituit. Quare alium exercitum, ex Campania, & ora maritima contractum, Pandolpho Anagniensi, Capellano suo, cum S. Sedis Legati potestate, Comitibus Celanensi & Rogerio de Aquila, quos Fridericus e Regno suo expulerat, Ducibus, emisit. Hi in terras Regni Siciliæ anno sequente, millesimo ducentesimo vigesimo nono, mense Januario, irruperunt.

Thomas Aquinas, Comes Atteranensis, quem præter alios Siciliæ, se absente, Rectorem Fridericus Imperator præfecerat, ei, in Syria commoranti, de hoc Bello scripsit in hunc modum: *Postquam discesseras, Gregorius Papa, comparato ingenti exercitu, cui Joannem Briennium, Hierosolymorum olim Regem, aliosque viros fortes præfecit, Ditiones tuas invasit, adversante Lege Christiana, gladio materiali victoriam de te relaturus, quia, ut ait, vincere te nequit gladio spirituali. Nam Joannes Briennius, copias ex Francia, vicinisque*

ap. Math. Paris. 1229.

Thomas Aquinas.

Sæcul.XIII. A.C.1228.

que Regionibus magno ſane numero collectas, accepta a Gregorio pecunia, alit, ſpe accenſus, ad Imperium Romanum perveniendi, ſi te ſubigere valeat. Si, ipſo audiente, de Imperatore mentio fiat, ait, Imperatorem præter ſe nullum exiſtere. Ceterum in hoc bello milites Papales pagos incendunt, pecora abigunt, captivos abſtrabunt, ex quibus acerbiſſimis cruciatibus enorme libertatis pretium extorquent, ne quidem mulieribus parcunt, ſed neque Eccleſiarum, & Cœmeteriorum aliqua ſupereſt reverentia. Arces & oppida tua capiunt, videlicet Imperatoris Romanorum, abſentis, & bello, pro JEſu Chriſto ſuſcepto, impediti. Amici tui, & præcipue Imperii Antiſtites mirantur, & quærunt, qua fide, quo animo, Epiſcopus, S. Petri Cathedram tenens, talia moliri poſſit, & Chriſtianis bellum inferre, poſtquam Sancto Petro, olim gladio materiali percutere meditanti, Dominus Noſter gladium ſuum in vaginam mittere præcepit, addens hanc doctrinam; omnis enim, qui percuſſerit in gladio, gladio peribit? obſtupeſcunt, inquam, qui cauſæ tuæ favent, qua demum mente Epiſcopus ille, qui ferme quotidie fures, incendiarios, & Chriſtianorum boſtes, excommunicationis fulmine inſectatur, eadem peragentibus auctoritatem ſuam commodet? Matth. 26.

Sæcul. XIII. A. C. 1228.

Itaque saluti tuæ, & honori consule, Imperator, quippe Joannis Briennii industria portus omnes, & oræ externæ ab exploratoribus custodiuntur, ut te, si incautus redeas, quod Deus avertat, captivum detineant.

ap. Math. Par. 1228. *to.* 11. *Conc. p.* 315.

At Papa quoque contra eumdem Comitem Thomam Atteranensem, datis ad Cardinalem Romanum, S. Sedis in Francia Legatum, die quinta Augusti, anno millesimo ducentesimo vigesimo octavo, literis, vehementissime conquestus est. In iis dicit: *Imperator opera Saracenorum utitur, ad destruendas ades Hospitalariorum, & Templariorum, quibus in acceptis referimus, quod aliquam saltem Palæstinæ partem teneamus.* Videlicet Imperator, ejusque Præfecti agros istorum Equitum, in Regno positos, a Saracenis Siciliæ diripi patiebantur. Tum iterum Epistola: *Cum Templarii prædam, a Saracenis actam, quæ sex millibus marcarum argenti æstimari poterat, & raptoribus hisce detractam, recuperassent, Thomas, Comes Atteranensis, eam, a redeuntibus Equitibus vi adhibita extortam, Saracenis reddidit, & quidem eo facilius, quod Templarii, Ordinis sui Statuta servantes, arma contra Christianos vertere non auderent. Thomas præterea, utriusque Ordinis Militaris hostis implacabilis, multis*

multis ditionibus eis ereptis, privilegia quoque, eisdem a Sede Apostolica concessa, delere cupit, ut Jurisdictioni Imperatoris subdantur. Centum etiam Saracenos, Hospitalariorum & Templariorum mancipia, quæ in Sicilia & Apulia habebant, Saracenis restituit, nulla ad illatum damnum resarciendum refusa pecunia. Illud quoque notes, Fridericum, quamvis paucis succinctus copiis navem conscendisset, ingentem tamen Christianorum & Saracenorum exercitum in Patrimonium S. Petri effudisse. Quare Dilectioni tuæ præcipiendo mandamus; in terris legationis tuæ Fideles exhortare, ut ad defendendam Fidem & Religionem, tanquam pro focis domesticis pugnaturi, se se accingant. Sæcul. XIII. A. C. 1228.

§. XLIV.

Stephani Langtonii obitus. Electio impugnatur.

In Anglia Stephanus Langtonius, Archiepiscopus Cantuariensis, mortem oppetiit, die nona Julii, anno millesimo ducentesimo vigesimo octavo, postquam hanc Ecclesiam annis viginti duobus rexisset. Non nullos posteris reliquit calami sui partus, quorum præcipui sunt Commentarii in S. Scripturam, hucusque inediti, in Bibliothecis Angliæ con- *Math. Par.* 1228. *Sup. lib. LXXVI.* §. 30. *Cave Sæc. Schol. p.* 488.

Sæcul. XIII. A.C. 1228.

servati. Ipso defuncto, Monachi Cantuarienses, impetrata a Rege licentia, ex gremio suo Magistrum Gualterium *de Hemesham*, tertia die Augusti, elegerunt. Sed Rex, in conspectum suum a Monachis deductum, postquam diu deliberasset, rejecit. Objiciebatur Gualterio, quod ejus parens, furti convictus, in patibulo, laqueo suffocatus, vitam finiisset, & illo tempore, quo Anglia Interdicto Ecclesiastico subjacebat, a partibus hostium Joannis Regis stetisset. Episcopi vero Provinciæ Cantuariensis præterea Gualterio exprobrabant, quod ei, ex consuetudine sacrilegi complexus cum femina Deo dicata, filii nati essent; & denique contendebant, nullius esse roboris illam electionem, cujus ipsi, læso jure suo, expertes fuissent. Gualterius electionem peractam omnibus viribus defendebat, &, interjecta ad S. Sedem Appellatione, delectisque quibusdam Monachis, viæ sociis, Summi Pontificis conspectum subire non dubitavit. At Papa, non ignarus, Episcopos ei, & Regem adversari, judicium causæ distulit, donec omnia adjuncta plene cognosceret. Rex autem, & Episcopi, ubi resciverunt, Gualterium Romam petiisse, omnia, quorum is accusabatur, conscripta, & annulis suis munita, per Episcopos Rofensem, & Cestriensem, addito socio

socio Doctore Joanne, Archidiacono Bedfordiensi, qui Causidici munus obiret, Papæ miserunt. Ille cunctis mature pensatis, & Cardinalibus ad consilium adhibitis, utrique Parti litiganti diem constituit, Feriam V. post Cineres, mensis Martii primam, anno millesimo ducentesimo vigesimo nono, qua sententia decretoria proferretur. Sæcul. XIII. A C. 1228.

§. XLV.

Archiepiscopus Armenus in Anglia.

Eodem anno, millesimo ducentesimo vigesimo octavo, quidam ex Armenia Archiepiscopus in Angliam appulit, Reliquias Sanctorum, & Ecclesias visurus, peragratis jam ante aliis Regnis, literas commendatitias a Summo Pontifice habens. Eum ad Monasterium S. Albani quoque, primi in Anglia Martyris, divertentem Abbas monachique, e quorum numero Mathæus Paris erat, Historiæ Scriptor notissimus, humanissime exceperunt. Cumque hospes aliquamdiu apud eos commoraretur, ut ex itinere fatigatus refocillaretur, per interpretes suos varia de Religione & moribus Anglorum scisitabatur, ipseque vicissim mirabilia de Provinciis Orientis narrabat. Cuidam Monacho percontanti, an in ejus patria Conceptio S. Virginis celebraretur, *omnino*, respondit, *hujus-* *Math. Par. eod.*

Sæcul. XIII. A.C. 1228.

que cultus causa est, quod Angelus ejus Conceptionem Joachimo afflicto, & in deserto commoranti, denunciaverit. Ob eamdem causam conceptionem S. Joannis Baptistæ colimus: Conceptionem autem Domini nostri honorandam esse, nemo Fidelium dubitat. Itaque Festum trinæ hujusce Conceptionis in Armenia celebramus (*).

Cum ex Archiepiscopo præter alia quæsiviſſent, quid ipse sciret, sentiretve de quodam *Joseph*, qui in ore omnium esset, qui in Passione Domini Nostri præsens fuisse, atque in eam diem in argumentum Veritatis & Religionis Christianæ vitam trahere diceretur? Vir Equestris, Antiochenus, Archiepiscopi in itinere Comes, & Interpres, Francorum lingua respondit: *Archiepiscopus, Dominus meus, hunc JOSEPH per bene novit, quem haud diu ante, quam profectionem in Occidentem exordiretur, in Armenia convivam ad mensam suam admisit. Cum JEsus Christus, a Judæis captus, & ad Pilatum deductus fuisset, viro isti, qui tunc Cartaphilus vocabatur, in palatio Pilati portæ custodia commissa erat, isque Judæis JEsum, ipsis*

(*) Festum Conceptionis Domini Nostri non est aliud, quam Festum Annunciationis Beatæ Virginis.

Sæcul.XIII. A.C.1228.

ipsis urgentibus, condemnatum extra Prætorium raptantibus, pugno in ejus dorsum impacto, insultans ait: Vade cito, JEsu, vade, quid moraris? quem severo vultu intuens JEsus, respondit: vado; tibi vero, usque dum veniam, expectandum erit. Post Domini Nostri Resurrectionem Cartaphilus manibus Ananiæ, qui S. Paulum baptizavit, sacro fonte ablutus est, accepitque nomen JOSEPH, tunc annos natus triginta. Ubi vero ad annum ætatis suæ centesimum pervenit, in morbum incidit, opinione omnium quacunque medicina fortiorem, in quo quasi in extasin raptus est. Sed postea sanitati restitutus, eodem vigore, quo anno vitæ suæ trigesimo valebat, se præditum sensit, indeque, quoties evoluti erant centum anni, toties corporis ejus species viresque juvenili robore reparatæ sunt. Sæpe in Armenia, aliisve Orientis provinciis, apud Episcopos aut ceteros Præsules diversatur, vir pius, & vitæ sanctitate eximius, silentii amans, parcissime enim loquitur, nisi ut ad quæstiones, quæ de antiquorum temporum factis proponuntur, respondeat. Dona sibi oblata respuit, iis, quæ ad alimentum corporis & vestitum necessaria sunt, contentus. Lacrymas largissime fundit, & trepidans ultimum JEsu Christi adventum expectat; misericordiam tamen sperat,

Sæcul. XIII. A.C. 1228.

rat, quoniam Redemtorem ex ignorantia læsit. Nemo non videt, ex hac fabula natam esse illam de Judæo in perpetuum errante, nec satis liquet, an magis Armenorum, eam venditantium, impudentia, vel Anglorum, iisdem fidem adhibentium, simplicitas notari mereatur.

§. XLVI.

Friderici in Terram sanctam adventus.

Math. Par. an. 1228.

Fridericus Imperator in portum Acriensem Palæstinæ in Vigilia Nativitatis Beatæ Virginis, videlicet die septima Septembris, anno millesimo ducentesimo vigesimo octavo, invectus est. In ejus classe haud plures quam viginti triremes numerabantur, quibus centum viros Equestres imposuerat. Ceterum Cruce signatos in illa Regione haud sane ad obediendum promtos habuit; miserat enim Papa duos Fratres Minores, jussu suo literas ad Patriarcham Hierosolymitanum deferentes, in quibus Præsuli præcipiebat, ut Imperatorem excommunicatum & perjurum denunciaret. Hospitalariis quoque, Templariis, & Equitibus Teutonicis prohibebat, ne ei obedirent, aut ullam eorum, quæ imperaret, rationem haberent. Imperatori,

Sanut. p. 213

tori, cum Christiani in Palæstina sub Duce Limburgi Cæsaream, & quasdam arces muniviſſent, & ſolius urbis *Joppe* mœnia eſſent reparanda, ut via Hieroſolymam pateret, probabatur idem conſilium; quare ſuſcepto exercitus imperio, ad eam urbem die decima quinta Novembris pervenit. Interea Ægypti Soldanus *Melic-Camel* prope Gazam, & Soldanus Damaſci, ejus Nepos, Napluſii diverſa caſtra, ſed utraque unius diei itinere a Chriſtianis remota, tenebant. Sæcul. XIII. A.C. 1228. *Ep. Frid. Math. Par.* 1229.

Fridericus Imperator, duobus Optimatibus cum donis ad *Melic Camel* miſſis, ei ſignificari juſſit; cupere ſe eum affectu fratris & amici colere, nec ſe in Palæſtinam veniſſe, ductum cupiditate, alienum Regnum ſubigendi, cum in Europa tam ampla terrarum ſpatia teneret, ut hominis quantumcunque ambitioſi animum ſatiare poſſint; ſed ideo adeſſe, ut loca ſacra reciperet, & Regnum Hieroſolymæ, cujus ex Juſtitiæ legibus filius ſuus Dominus eſſet. Nempe Imperatrix Jolanda, altera Friderici uxor, eodem anno fato conceſſerat, poſtquam filium, Conradum nominatum, in lucem ediderat. Legati Imperatoris addiderunt; ſi Soldanus Hieroſolymam reſtitueret, nec bello opus eſſe, nec ullum ſanguinem humanum effuſum iri. Non neſciebat *Melic-Camel*, quam exiguæ *Sanut.* *Ric. S. Ger.* p. 992.

Fride-

Sæcul. XIII. A C. 1228.

Friderico vires essent, & quanta inter Christianos ferveret dissensio. Misit nihilominus vicissim alia dona, Nunciis suis accurate quærere ex Friderico jussis, quibus pactis, quibus conditionibus, amicitia inter ambos stabilienda esset. *De urbe Hierosolyma*, ajebat, *arduum est negotium, non quod dives sit regio, sed quod apud Musulmannos maxima sit reverentia hujus urbis, & præcipue Templi, quod tanquam Domum Dei venerantur; nam undique confluentes, tanta, quanta vos Christiani, devotione ad JESU Christi sepulchrum peregrinantur. Unde si Hierosolymam vobis traderem, Califæ nostro haud immerito Religionis meæ proditor audirem.*

Sup. Lib. LXXVIII. §. 9.

Sup. Lib. LXIV. §. 67.

Jac. Vitri. Orien. c. 62.

Sup. Lib. LXXIV. §. 11.

Quod hic Templum Hierosolymitanum dicitur, longe aliud est, quam antiquum Templum, diu ante ab Imperatore Tito destructum, nempe Fanum Mahometanorum, *Alaxa* appellatum, & in pristino loco ædificatum, ex quo Califa *Omar* urbem Hierosolymam anno sexcentesimo trigesimo sexto ceperat. Hoc fanum, cum Godefridus Bullionius Hierosolymam in Christianorum potestatem redegisset, in Ecclesiam mutatum est, atque eruditiores peregrinis fidem faciebant, Templum hoc esse Salomonis, olim a Romanis devastatum, & a Christianis reparatum. Erat ergo tunc Christianis

stianis pro Ecclesia Patriarchali, sed deinde Saladinus, expugnata Hierosolyma, denuo Musulmannorum Fanum esse jussit. Sæcul.XIII. A. C. 1228.

§. XLVII.

Fridericus cum Soldano paciscitur.

Postquam utriusque Principis Legati secreto consilia contulissent, fœderis capita inter Imperatorem & Soldanum constituta, & conscripta sunt in hæc verba. *I. Soldanus Hierosolymam Imperatori, ejusque præfectis tradit, ut de ea quocunque modo disponat, & communiat. II. Imperator non occupabit, attingetve GEEMELATA (quod est Templum Domini*) vel quidquam eorum ambitu complexuque contentum, nec pati debet Francum (*) ullum, cujuscunque gentis fuerit, ea invadere, sed, nullo prorsus immutato, erunt in potestate ac manu Saracenorum, qui ea ad orationes suas fundendas, & Religionem suam prædicandam, obtinebunt. Claves portarum, quæ in ambitu hujus loci sunt, apud eos, qui ad Templum instruendum, & curandum residents, remanebunt. III. Nulli Saraceno vetitum erit, in Bethlehem libere peregrinationem obire. IV. Si quis* *av. Rain. 1229. n. 15.*

* Salomonis

(*) Franci, omnes Latini, in Oriente dicebantur.

Sæcul. XIII. A.C. 1228.

quis Francus firma fide in Majestatem dignitatemque Templi Domini credideriit, eoque ad preces fundendas ingredi voluerit, admittendus est, secus ei in toto loci ambitu consistere non liceat. Hujus Fidei nomine accipiebatur tanta reverentia, quanta animos Saracenorum illuc intrantium afficiebat (*). *V. Si Hierosolymæ Saracenus Saraceno damnum intulerit, apud Saracenos in Judicium vocabitur. VI. Imperator nulli Francorum, quisquis ille fuerit, nec Saraceno, ad confligendum, bellumque movendum contra Saracenos, per has inducias, quocunque modo operam præstabit, nec quemquam impellet, vel se ei conjunget. VII. Imperator avocabit eos omnes, qui cladem aliquam terris Soldani Melic-Camel inferre meditabuntur, idque exercitui,*

(*) Quin imo Patriarcha Hierosolymitanus, qui ad singula Capita hujus fœderis Adnotationes addidit, dicit: *Mirum est, quod etiam clausuram illam utriusque Templi nullus Christianorum ingredi permittatur, nisi credat, sicut Saraceni credunt.* Id est, nisi Mahometanus fiat.

Hodiedum, si quis Christianorum peregrinorum Fanum Turcarum furtim intret, & deprehendatur, nisi Religionem Mahometis amplectatur, interficitur. P. Boucher in suo Itiner.

citui, ac subditis suis tota sua potestate probibebit. VIII. Si qui Franci Pacta, quorum in bis Induciis mentio fit, transgressi fuerint, Imperator Soldanum defendere tenebitur. IX. Tripolis, ejusque territorium, Caracum, Castelblancum, Tortosa, Margatum, & Antiochia, & quidquid in iis reperitur, tam in bello, quam in induciis, in suo statu conserventur, ac Imperator suos, exercitumque suum Dominis dictorum locorum opem ferre vetet. Præterea Bethlehem, atque Territorium inter hanc urbem, & Hierosolymam positum, Nazareth cum adjacente via, quæ Acriam ducit, Territorium Turonense, Sidon, seu Said, cum ditionibus suis, Christianis restituta. Induciæ istæ, ad annos decem initæ, die Dominica, decima octava mensis Februarii, anno millesimo ducentesimo vigesimo nono, utrinque jurejurando firmatæ sunt. At Giraldus Patriarcha Hierosolymitanus, Templarii, & Hospitalarii, hujus negotii expertes esse maluerunt, quod illud rei Christianæ probrum & damnum inferre crederent, & Imperatorem pro excommunicato haberent. Quin etiam Patriarcha usque adeo exarsit, ut Ecclesias Hierosolymæ reconciliari, & in iis Officium divinum celebrari vetuerit.

Sæcul. XIII. A. C. 1229.

Ro Frid. ap. Math. Par. 1229.

ep. Patr. ap. Rain. n. 3.

Sæcul. XIII. A.C. 1229.

Omnibus quoque sine discrimine peregrinis aditum in Ecclesias, & S. Sepulchrum denegavit, objiciens Papæ mandata, quæ necdum revocasset.

His non obstantibus, Imperator Sabbato, die decima septima Martii, Hierosolymam intravit, & sequente die, Dominica tertia Quadragesimæ, Regio cultu insignis, ad Ecclesiam S. Sepulchri, Equitibus Teutonicis, Optimatibus magno numero, populoque, obsequii causa, comitantibus, processit. Cum vero nullus adesset Episcopus, qui ei coronam imponeret, eam suis manibus de Altari accepit. Tum assurgens Magister Ordinis Teutonici, longum sermonem, ad viros nobiles, populumque directum, primo lingua Germanica, & deinde Gallica, pronunciavit, Imperatoris laudes, additis contra viros Ecclesiasticos querelis, extollens. In fine Nobiles excitavit, ut de bonis suis non nihil ad civitatis munimenta construenda conferrent. Imperator autem viris sæcularibus curam commisit, ad S. Sepulchrum, & in aliis Ecclesiis a Fidelibus oblata colligendi, eidem operi impendenda. Sed altera die mane Hierosolyma excedens, Acriam celeriter reversus est, cum nulla certa & accurata mandata

data de muniendæ urbis ratione dedisset. Illo biduo, quo Hierosolymæ fuit, triumphantis more, datis variis Epistolis, Gratias Deo agi jussit, pro sorte tam prospera profectioni suæ concessa. In iis tumido verborum ornatu exitum fortunatum prædicat, cum Christianis viam ad sanctam civitatem iterum aperuisset. Duæ nobis ex his literis supersunt, altera ad Gregorium Papam, quæ sermonibus vagis absolvitur, altera ad Henricum Regem Angliæ, quæ rerum seriem clarius explicat. Estque conjecturæ locus, Imperatorem similes Epistolas pluribus aliis Principibus scripsisse. Sæcul.XIII. A.C. 1229. *ap. Rain. n. 22. ap. Math. Par.*

§. XLVIII.

Patriarchæ Hierosolymitani Epistolæ contra Fridericum.

At Patriarcha Hierosolymitanus de eadem causa stilo longe diverso duas dedit Epistolas, alteram ad Papam, alteram ad omnes Fideles directam. In Epistola ad Papam exaggerat damnum omne, quod Christiani, ex quo Imperator advenerat, passi erant, & cuncta ejus gesta in pejorem partem trahit. Crimini ei ducit, quod a Soldano dono accepissent mulieres, quæ Cæsare mensæ *ap. Rain. n. 3.*

Sæcul. XIII. A. C. 1229.

accumbente cantabant, saltabantque: quasi vero Religionem prodidisset, mores Saracenorum imitando. Conqueritur, quod agitatum de pace negotium arcanum, & omnibus impenetrabile esse voluisset, contemto Episcoporum, & Principum consilio. Tum exprobrat ei discessum intempestivum, rebus civitatis Hierosolymæ, præcipue de ordine & modo eam propugnaculis muniendi, necdum compositis. Huic Epistolæ Patriarcha Fœderis Capita, ex Arabico in linguam Francorum versa, quæ paulo ante retuli, addidit, subjectis ad singula adnotationibus, ut errores ostenderet. Earum summa hæc est.

Carpit & damnat Patriarcha, quod, dum Soldanus Hierosolymam reddit, in illo primo Capite de Imperatore solo sermo sit, nulla mentione de jure Ecclesiæ, & Peregrinorum facta. Quod Soldano potestas non fuerit tradendi urbem Hierosolymam, læso jure Soldani Damasci, ejus nepote, qui eam possidebat, & nec in fœdus juravit, nec permoveri potuit, ut id ratum haberet. Quod abusus esset intolerabilis, Infidelibus tradere Dei Templum, antea Ecclesiam Patriarchalem, ita, ut Christianis ne quidem ambitum intrare liceat, nisi idem de hoc loco cum Saracenis sen-

sentiant, dum contra Saracenis Bethlehemum profanare, nullo hominum discrimine præscripto, conceditur. *Præterea*, ait, *cum omnes vici, civitati adjacentes, remaneant in potestate Infidelium, & ipsi longe majore numero, quam ad sepulchrum Christiani, ad Templum Domini venturi sint, quo pacto Christiani per annos decem Dominium urbis sibi vindicabunt, sine rixis, & vitæ periculo? Imperator se se obstringit, quod nec suis, nec aliorum armis, per has Inducias Saracenos lacessere velit. Quis hoc juramentum cum illo juramento conciliet, quo se Ecclesiæ obligavit, se toto biennio in Terra sancta mille viris Equestribus stipendia, & quinquaginta triremium classi alimenta suppeditaturum, quod votum, editum & non impletum, eum excommunicandi causa fuit? Promissum, Principibus Antiochiæ, Tripolis, aliarumque urbium contra Saracenos militantibus, opem non ferendi, res est inter Christianos nova, & inaudita; nam in hanc usque diem, quoties in Regno Hierosolymitano induciæ servabantur, ceteri Christiani nihilominus urbes illas contra aggressores tuebantur.* Hæc sunt, quæ Patriarcha contra transactionem Imperatoris objecit.

Sæcul.XIII. A.C.1229.

Sæcul. XIII. A.C. 1229.

In exordio Epistolæ, ad omnes Fideles datæ, vituperat ignaviam Imperatoris, qui toto profectionis suæ tempore rem pessime gessisset, ingenti Belli sacri detrimento, ac Religionis contemtu. *Venit*, inquit, *ab Ecclesia excommunicatus, vix quadraginta viris Equestribus stipatus, & sine pecunia, sperans, detractis Syriæ spoliis egestatis suæ remedium se inventurum.* Tum, postquam transactionem cum Soldano, & ingressum ejus in urbem Hierosolymam retulit, subjungit. *Dominica quarta Quadragesimæ Acriam rediit, cumque propinquum esset maris trajiciendi tempus, ac Peregrini omnes, postquam S. Sepulchrum invisissent, ad reditum necessaria comparassent, quia nullæ nobis erant cum Soldano Damasci induciæ, & deserta a militibus erat Regio, copias detinere, ex Eleemosynis, a Philippo Rege Franciæ fundatis, alendas, statueramus. Quo comperto, Imperator, missos ad nos Nuncios significare jussit; admodum mirari se, quod id consilii arripuissemus, cum ipse cum Soldano Ægypti inducias, & fœdera pepegisset. Respondimus; forsan Damasci Soldanum, nullo fœdere impeditum, nobis, invito etiam Soldano Ægypti, arma illaturum. Sed rursus Imperator;*

Fridericus in Palæstina.

sine

Sæcul. XIII. A.C. 1229.

sine suo consensu, cum ipse Rex Hierosolymæ esset, nemini licere, armatos, datis stipendiis, in Regno suo alere, eisque imperare. Tum Præsulibus, viris Religiosis, & omnibus Peregrinis, tunc Acriæ degentibus, extra urbem convocatis, orationem exorsus, contra nos amare conquestus est, adjectis calumniis. Mox ad Magistrum Templi conversus, fortis viri famæ detrahere conatus est, errata sua in alios rejicere cupiens. Tandem omnibus viris Equestribus exteris prohibuit, ne post illam diem elapsam in Palæstina persisterent, præcepitque Thomæ Comiti, quem Vicarium suum constituebat, ut pœna acerba corporis in eum, quem primo omnium in illa Regione deprehendisset, animadverteret, ceteris exemplo futurum.

Itaque, hujus Principis nequitia satis explorata, congregatis Episcopis, & Peregrinis, anathemate percussimus omnes illos, qui Imperatorem, Ecclesiam, Templarios, aliosve Viros Religiosos, vel Peregrinos persequentem, consilio, vel opera adjuvarent. Unde Imperator, multo magis accensus, omnes portus & aditus custodiri jussit, annonam ad nos deferri vetuit, vias omnes balistariis

Sæcul. XIII. A.C. 1229

& satellitibus obsedit, qui Templarios & Peregrinos insectarentur. In Dominica Palmarum quosdam Fratres Prædicatores, & Minores, qui ad oppida, ut ipsis præscriptum erat, Verbum Dei prædicaturi, exiverant, a militibus suis capi jussit, qui de Cathedris suis abstractos, terræ afflictos, ac per civitatis plateas raptatos, fustibus, pœna furibus debita, contuderunt. Exinde intelligens, se vi manifesta nihil agere, nobis pacis conditiones obtulit, quas cum non servaret, urbem Interdicto Ecclesiastico subjecimus. Tunc vero ex his terris celeriter se proripere statuit, & quasi res Palæstinæ in perpetuum perditas vellet, arma, quæ jam diu Acriæ ad defendendam Regionem custodiebantur, navibus suis inferri curavit, quin & magnam eorum partem Soldano Ægypti, amico suo in paucis caro, transmisit. Tandem, navigio clam conscenso, in Festo SS. Jacobi & Philippi, die prima Maji, vale nemine dicto, vela fecit.

§. XLIX.

Friderici Reditus.

Sanut. p. 213 an. 1229. p. 302.

Verumenimvero Fridericum Imperatorem urgebat nuncium, jam hyeme præ-

præterita acceptum, bellum ſibi in Italia a Papa, fortuna favente, inferri; quamobrem transactionem cum Soldano inire non diſtulerat. Quin etiam in Palæſtina de vita periclitabatur Fridericus, ſi fides eſt Mathæo Paris, hujus ævi Scriptori, cum dicit, Templarios & Hoſpitalarios, auctoritate Pontificis, Imperatori publice iraſcentis & adverſantis, accenſos, Soldano Ægypti perſcripſiſſe; Imperatorem animo conſtituiſſe, ad Jordanem fluvium ſe conferre, devotionis cauſa, pedibus iter facturum cum paucis ſociis. Itaque haud difficilis negotii rem Soldano fore, incautum, & propemodum ſolum, ut videretur, vel capere, vel opprimere. Soldanus, accepta epiſtola, cujus ſignum cognoſcebat, perfidiam Chriſtianorum, & inprimis virorum iſtorum Religioſorum, abominatus, ſuis ad conſilium vocatis, epiſtolam remiſit Imperatori, quem jam ante amici monuerant, ut a proditorum inſidiis ſibi caveret. Sed cum perpenderet, quanti viri accuſarentur, fidem ſuperabat ſuſpectum indicium. Diſſimulavit vero, dum tempus vindictæ opportunum adeſſet. Inde Imperatoris odium in utrumque Ordinem Militarem ortum. Ceterum illud ſilentio minime præteriri

Sæcul. XIII. A. C. 1229.

Sæcul. XIII. A. C. 1229.

debet, tetri facinoris cogitati ſuſpicionem, plurimorum judicio, magis in Templarios, quam Hoſpitalarios cecidiſſe.

§. L.

Pacta, Raimundo Comiti Toloſano a Rege conceſſa.

Sup. n. 32. Guil. Pod. Laur. c. 39.

In Francia, hoc anno ineunte, Raimundus, Comes Toloſanus, cum Eccleſia, & Rege in fidem, & gratiam rediit. Quibusdam conditionibus, ab Elia Guarino, Grandisſilvæ Abbate, propoſitis, ad Colloquium conventum eſt Meldis, quæ civitas tanquam Partium neutri addicta habebatur, quod in ea Comes Campaniæ rerum potiretur. Illuc Cardinalis Romanus, Papæ Legatus, cum multis Præſulibus, ab ipſo vocatis, ſe contulit. Archiepiſcopus quoque Narbonenſis, cum ſuis Suffraganeis, & Comes Raimundus, cum magno Toloſanorum numero, adfuere. Poſtquam multi dies deliberando conſumti, Capitibus pacis compoſitis, tota Congregatio Pariſios divertit, ut, Rege præſente, negotium perficeretur. Hæc Transactio, in formam literarum Regiarum patentium redacta, ſummatim complectitur ſequentia. Cum Raimundus iis, qui-

quibus debet, se tandem submiserit, & adsit, non Justitiam, sed Gratiam ab Ecclesia, & a Rege petens, ac promittens, fidem se deinceps servaturum, Hæreticos ex omnibus suis ditionibus ejiciat, & in eos, qui latent, diligentissime inquirat. Sicarios quoque expellat. Ecclesiis omnia bona immobilia restituat, & eis Decimas ab omnibus, etiam de propriis suis bonis, persolvi curet. Pecuniæ summam, speciatim designatam, ad resarcienda bellorum præteritorum damna, refundat. Quatuor millia marcarum argenti det, ad alendos per annos decem Tolosæ Magistros, videlicet duos Theologiæ Doctores, duos *Decretistas* (id est Canonistas, qui Decretum Gratiani explicabant) Magistros Artium Liberalium sex, & duos Grammaticos. Hæc fuit Universitatis Tolosanæ Institutio.

Sæcul.XIII. A.C. 1229.

Catel. Comt. de T. p. 332. to.11. Cont. p. 415.

Raimundus, a Censuris absolutus, illico Crucem de manu S. Sedis Legati accipiat, intra biennium mare trajecturus, & contra Saracenos pugnaturus, annis quinque continuis ibi versetur, nam in hoc potissimum onere ejus Pœnitentia Canonica sita est. Joannam filiam suam unicam Regi tradet, alicui fratrum ejus nuptui dandam; qua conditio-

Sæcul. XIII. A.C. 1229.

ditione expleta, Rex Raimundo totam Diœceſim Toloſanam reſtituet, excepta ditione Caſtrorum Præfecti, videlicet Guidonis *de Levis*, Mareſchalli Foxienſis, ex quo Dynaſtæ Mirapicenſes genus duxerunt. Poſt Raimundi obitum, univerſus ejus Principatus ad Regis Fratrem redibit, qui defuncti filiam duxerit, ejusque liberos. Si vero nulla relicta prole obierint, hæ Ditiones Regi, ejusque Succeſſoribus, accreſcent. Hæ ſunt præcipuæ conditiones Transactionis, datæ Pariſiis, menſe Aprili, anno milleſimo ducenteſimo vigeſimo octavo, nempe vigeſimo nono, ante Paſcha, quod hoc anno in diem decimam quintam Aprilis incidebat. Nam etiam Guilielmus de Podio Laurentii, illius ævi Scriptor, hanc pacem ſub finem anni, qui in Francia cum Quadrageſima abſolvebatur, firmatam fuiſſe refert. Ita finis impoſitus eſt Albigenſium bello, ſub Rege, quatuordecim annorum adoleſcente, qui a femina regebatur.

Chr. c. 40.

G. Pod. Laur. c. 39.

Raimundus Toloſanus.

Feria ſexta, die decima tertia Aprilis, Comes Raimundus, cum omnibus in pœna ſociis, preces recitante S. Sedis Legato Romano, a Cenſuris Eccleſiaſticis ſolemni ritu abſolutus eſt. Dignum fuit commiſeratione ſpectaculum, in-

tuen-

tueri Principem, antea potentissimum, nudis pedibus, sola interula & caligis tectum, ad Altare deduci. Huic reconciliationi præter Cardinalem Romanum interfuit Otto Episcopus Portuensis, S. Sedis in Anglia Legatus, cujus in illa Ecclesia Antecessor Conradus, die ultima mensis Septembris, anno millesimo ducentesimo vigesimo septimo, rebus humanis valedixerat. Sæcul. XIII. A.C. 1229. *Ital. Sacra to. 1. p. 152.*

Eodem, quo ista agebantur, tempore, nempe mense Aprili, ante Pascha, jussu Regis promulgata est Constitutio, ad omnes subditos in Diœcesibus Narbonensi, Cadurcensi, Rutenensi, Aginnensi, Arelatensi, & Nemausensi existentes directa, quæ decem complectitur Statuta, ad stabiliendam, ut verbis Præfationis utar, Ecclesiæ Gallicanæ libertatem. Hic primo in Historia occurrunt voces: Libertas Ecclesiæ Gallicanæ. Ergo præcipitur, ut Hæretici, ab Episcopo Diœcesis, vel ab alio Viro Ecclesiastico, potestatem habente, damnati sine mora debita pœna afficiantur. Receptatores & Fautores Hæreticorum infamia notentur, & bonis suis priventur. Oppidorum Domini & Prætores Regii Hæreticos accurate exquirere, & Judicibus Ecclesiasticis exhibere teneantur. *to. 11. Conc. p. 423.* *Marca III. concord. c. 1.*

Qui-

Sæcul. XIII. A. C. 1229.

Quicunque Hæreticum ceperit, si damnatus deinde fuerit, duas marcas argenti, pii operis mercedem, accipiat. Qui toto anno excommunicationis Censura vinctus perseveraverit, privatione omnium bonorum suorum ad reditum in sinum Ecclesiæ compellatur. Ecclesiæ Decimæ, jam diu denegatæ, restituantur.

§. LI.

Universitas Parisiensis ex urbe excedit.

Eodem anno millesimo ducentesimo vigesimo Parisiis rixæ, inter Scholasticos & cives exortæ, funestum non nullis exitum habuerunt. Cum Feria secunda & tertia ante diem cinerum aliquot Studiosi Clerici, ut aerem liberius haurirent, & animum recrearent, ad S. Marcelli suburbium divertissent, tunc ab urbe separatum, & postquam aliquamdiu lusissent, popinam intrarunt, ubi eis vinum ad palatum obtigit. Sed ubi symbola persolvenda fuit, de pretio cum caupone jurgari cœperunt, brevique a verbis ventum est ad verbera, quippe utrinque aliquibus impactæ alapæ, aliis avulsi a capite crines. Concurrunt ex illa regione vicini, cauponem eripiunt manu-

manibus Clericorum, eosque largiter dedolatos, quin etiam aliquos, ceteris pugnaciores, vulneratos, in fugam vertunt. Hi in urbem regressi vestibus laceratis sodales suos ad vindictam excitarunt. Ergo altera die magno numero exeunt, gladiis & fustibus armati. Tum, vi adhibita, in quamdam popinam irrumpentes, vasa omnia confringunt, vinum in pavimentum effundunt, ac deinde, in plateas egressi, in quosvis obvios, viros mulieresque, irruunt, multosque vulneribus afficiunt. Sæcul. XIII. A.C. 1229.

Quamobrem, Capituli S. Marcelli Decano ad Romanum, S. Sedis Legatum, & Episcopum Parisiensem, querelas deferente, illi Reginam, tunc Regno moderantem, adeunt, rogantes, ut Scholasticorum insolentiam reprimeret. Quæ summo Parisiensis urbis Prætori, & quibusdam ex Ministris suis præcepit; irent celeriter, & turbarum auctores, nullo personarum discrimine, castigarent. Illi egressi, extra muros civitatis Clericos magno numero colludentes conspexerunt, sed innoxios, qui rixantibus aliis ne quidem adfuerant; nam rei erant Picardi (ita jam illo ævo populi, Flandriæ propinqui, appellabantur) nihilominus Prætoris satellites incautos & inermes

Sæcul. XIII. A.C. 1229.

ermes invadunt, quosdam sauciant, alios spoliant, quin etiam aliquos occidunt. Ceteri in fugam effusi tum in vineis, tum in lapidicinis delituerunt. Inter necatos duo Clerici inventi sunt, alter ex Flandria, alter ex Normannia, dum viverent, opibus & auctoritate præcipui. Tunc vero Universitatis Professores, ab omnibus lectionibus & disputationibus cessantes, cunctique collecti, Reginæ & Legati conspectum subeunt, petentes Justitiam; nec enim rationi esse consentaneum, quod culpa quorumdam Studiosorum miserabilium toti universati noceret, sed satis esse, si rei soli plecterentur.

Cum vero nec Regina, nec Legatus Apostolicus, nec Episcopus Parisiensis Universitati satisfeciissent, Magistri omnes Scholasticique ita sparsi sunt in diversa, ut nec unus quidem magni nominis Doctor Parisiis remanserit. Pars eorum major Andegavum migravit, aliqui urbem Aurelianum adierunt; atque hæc utriusque Universitatis origo fuisse creditur. Alii Remos, multi Tolosam petierunt. Non nulli in Hispaniam, in Italiam, aliasque Provincias exteras delati sunt. Non pauci in Angliam transfretarunt, Rege Henrico III. eos invi-

Du Boulai. to. 3. p. 134.

tan-

tante, & urbem, quamcumque elegis- Sæcul.XIII.
sent, offerente, plenam quoque liberta- A.C.1229.
tem & securitatem pollicente. Ipsius Epistola die decima sexta Julii, anno Regni ejus decimo tertio, nempe anno a partu Virginis millesimo ducentesimo vigesimo nono, data est.

§. LII.

Richardus Archiepiscopus Cantuariensis.

Inter hæc tempus a Pontifice, ad judi- *Math. Par.*
candum de causa Gualterii monachi, *p.* 299.
Archiepiscopi Cantuariensis electi, præfixum appropinquabat, videlicet dies Jovis, prima mensis Martii, hoc anno. Regis Angliæ Legati, Alexander Staveneſſensis, Episcopus Cestriensis, Henricus Steinfordius, Episcopus Rosensis, & Magister Joannes Hutonius, Romæ huic negotio vacantes, continuo Papæ & Cardinalium aures fatigabant; sed, cum more Romano difficiles haberent, veriti, ne nihil agerent (nempe impetrare conabantur, ut electio nullius roboris promulgaretur) collatis consiliis, nomine Regis Pontifici promiserunt, Angliam & Hiberniam Decimas de omnibus rebus mobilibus daturam, belli contra Impe-

Sæcul. XIII. A.C. 1229.

ratorem gerendi subsidium, si modo Regis, ipsorum Domini, desiderio rem non adeo grandem indulgeret. Papa, cui tunc nihil magis in votis erat, quam belli, quod susceperat, exitus fortunatus, flecti se passus, in Consistorio sententiam pronunciavit hujusmodi; se, utraque litigantium parte audita, Archiepiscopi electi examen Episcopo Albanensi, duobusque aliis Cardinalibus commisisse. *Hi*, ait, *electum interrogarunt, de descensu JEsu Christi ad inferos. An in carne vel sine carne descenderit? De consecratione ejus Corporis in Altari. Quomodo Rachel potuerit plorare filios suos, ipsa diu ante mortua? De sententia excommunicationis, si contra formam Juris feratur. De Matrimonio, si una pars contrahentium in Infidelitate mortua sit. Ad quæ capita omnia ipse male respondit. Quare hunc virum Sedi amplissimæ imparem existimantes, electionem, & suffragia in eum collata, nulla declaravimus, Ecclesiæ Cantuariensi providendi cura nobis ipsis reservata.* Hæc Reservatio omnino notatu digna est.

Tunc vero Legati Regis, & Episcoporum Suffraganeorum Ecclesiæ Cantuariensis, mandatis Papæ exhibitis, in Sedem Cantuariensem Archiepiscopum evehen-

evehendum propoſuerunt Richardum, Eccleſiæ Lincolnienſis Cancellarium, affirmantes, virum eſſe præſtanti ſcientia, & optimis moribus præditum, atque ad obſequia eximia, tam Romanæ Eccleſiæ, quam Regno Angliæ præſtanda, aptiſſimum. Itaque obtinuerunt, ut eis hunc virum Papa & Cardinales Archiepiſcopum concederent, & Papa, Bulla ad Epiſcopos illius Provinciæ directa, præcepit, ut Metropolitanum, quem ipſis daret, reciperent, non ſecus, ac ſi eum motu proprio elegiſſet. Richardus autem, in Feſto Sanctæ Trinitatis, die decima Junii, eodem anno milleſimo ducenteſimo vigeſimo nono, ordinatus, non ultra biennium in Cathedra Cantuarienſi ſedit. Sæcul.XIII. A.C.1229. *Matth. Par. p. 306.*

§. LIII.

Decimæ in Anglia colliguntur.

Gregorius Pontifex ad colligendas Decimas, a Legatis Regis Angliæ promiſſas, miſit cum poteſtate Nuncii Apoſtolici Stephanum, Capellanum ſuum, qui poſtquam itineris ſui cauſam expoſuiſſet, Rex Epiſcopos, Abbates, Priores, Parochos, Templarios, Hoſpitalarios, Comites, & Barones convocavit. Conventus Weſtmonaſterii, Dominica *id. p. 304.*

Sæcul XIII. A C. 1229.

secunda post Pascha, die vigesima nona Aprilis, anno millesimo ducentesimo vigesimo nono, celebratus est, in quo Stephanus, Nuncius Papæ, Epistolam publice recitavit; petebat vero ab omnibus Clericis, Laicisque omnium rerum mobilium in Anglia, Hibernia, & Wallia Decimas, quibus adjutus bellum, contra Fridericum Imperatorem a se susceptum, prosequi valeret. *Ego solus*, inquit in sua Epistola Gregorius, *hoc pectus iniquo Principi objeci, amore Ecclesiæ universalis, quam Fridericus excommunicatus, & jam diu rebellis, omnibus viribus conatur evertere, quod ex multis signis evidenter patet.* Sacræ Sedis opibus ad hunc Principem debellandum non sufficientibus, omnium filiorum Ecclesiæ auxilium efflagitare necessitas me cogit; si enim Ecclesia Romana succumbat, membris omnibus cum suo Capite pereundum est. Hic deprehenditur sensus ille æquivocus, illo ævo frequentissime adhibitus, quo Ecclesia & Respublica civilis, vel Papæ vel Episcopis aliis subjecta, confundebantur. Namque Imperator potestatem Ecclesiæ spiritualem non impugnabat.

Nuncius Bullam, & postulationis æquitatem addito sermone confirmabat, præ-

præsentibus persuadere conatus, honori suo, & emolumento consulturos, si, quod Pontifex petebat, concederent. Omnium animis suspensis, & sperantibus, Regem causam communem tuiturum, ille vocem tenuit, cum, id a Legatis suis promissum fuisse, inficiari non posset. At Optimates, omnesque Laici præfracte negabant, has Decimas se daturos, ne agros suos, & bona temporalia Ecclesiæ Romanæ vectigalia efficerent. Contra Episcopi, & omnes Clerici, postquam tres quatuorve dies deliberando consumsissent, & omnia atria murmuratione implessent, tandem Decimarum oneri colla subjecerunt, excommunicationis, vel Interdicti vincula timentes, si mandatis Papæ obsequi detrectarent. Ergo, repugnante licet animo, consenserunt, atque pecuniæ summam tolerabilem obtulerunt; sed vicit Nuncii industria, qui Stephano Segravio, a cujus ore & consilio tunc Rex pendebat, multi auri impendio sibi conciliato, obtinuit, ut Decima tota persolvenda injungeretur. Nuncius deinde Præsulibus exhibuit Decimam colligendi mandata, sibi a Pontifice commissa, secundum novam oneris partitionem statuendam, nullis debitis, vel sumtibus deductis. Eidem Legato potestas erat refra-

Sæcul. XIII. A.C. 1229.

Sæcul. XIII. A.C. 1229.

ctarios excommunicandi, eorumque Ecclesias Interdicto ligandi. Quia autem Summo Pontifici præsenti auxilio opus erat, Præsules ad pecuniam sibi statim persolvendam compulit, sive eam mutuam acciperent, sive alia via pararent, salvo jure eam deinde a privatis exigendi. In his decimis etiam messis illius anni, in agris necdum falce prostrata, comprehendebatur, ac tanto ea rigore colligebantur, ut Præsules pretiosas Reliquiarum arculas, calices, aliaque Vasa sacra vendere, vel pignori dare coacti fuerint. Nuncium comitabantur usurarii, qui, mercatorum specie, pecunias illis offerebant, qui maxime indigebant; verum, cum usuras exigerent enormes, boni omnes improbam avaritiam execrabantur. Exinde non nulli usurariorum istorum transalpinorum in Anglia sedem sibi elegerunt. Illud denique Anglis qualecunque solatium ferebat, quod socios malorum haberent, & alia quoque Regna ab ejusmodi Decimis non essent immunia.

ep. ep. Rain. 1229. *n.* 33. 34

Quandoquidem Gregorius ubique terrarum auxilia, in hoc bello sibi præstanda, efflagitabat, in Italia videlicet, in Hispania, in Lusitania, in Francia, in Germania, quo Ottonem Cardinalem mise-

miserat, additis mandatis, ut inde in Daniam transiret. Anno autem superiore Papa in hac causa Regi Sueciæ scripserat, quin etiam, tanquam obsequium, vi juramenti editi sibi debitum, ab Episcopis petebat, ut ipsi Episcopi venirent, & pro Ecclesiæ Capite militarent; namque Archiepiscopo Lugdunensi vehementissime exprobravit, quod vocatus præsto non fuisset. Sæcul.XIII. A.C.1229. *Godef. an.* 1230. *Rain.* 1228. *n.* 19.

§. LIV.

Pontifex cupit bellum humanius geri.

Joannes Briennius, ceterique exercitus Pontificii Duces, bellum gerebant illius ætatis more, nempe crudeli, cum hostem, nulla urgente necessitate, interficerent, & sæpe captos membris truncarent. Indoluit Papa, atque Cardinali Pelagio, Episcopo Albanensi, suo apud exercitum Legato, scripsit in hunc modum: *Magnus Dominus ita libertatem Ecclesiæ suæ conservari vult, ut nec humilitas defensionem necessariam excludat, nec defensio humilitatis gradus excedat. Ex quo eruitur, quod, etsi libertatis Ecclesiasticæ Defensor aliquando, licet raro, contra Tyrannos, & persecutores Ecclesiæ, invitus auxilio gladii materia-* 3. *ep.* 14. *ap. Rain. n.* 44.

Sæcul. XIII. A.C. 1229.

lis utatur, consuetæ humilitatis non immemor, non tamen eo sic utatur, ut sanguinem sitiat, vel desideret, cum alienæ jactura ditari, sed potius, ut errantes ad viam veritatis revocet, & revocatos omni mansuetudine in sua libertate conservet. Quis patienter ferat, ab exercitu JEsu Christi hominem, cujus vita conservari posset, occidi, aut truncari, sicque ipsius Creatoris imaginem deturpari? prout his diebus non sine cordis amaritudine didicimus accidisse? Ejafrater! non expedit, ut nos, qui Fideles & filios errantes ad ubera matris Ecclesiæ advocamus, effuso sanguine gaudentes, injuriis eos provocemus. Absit, ut filios, quos sub alis suis fovere tenetur Romana Ecclesia, & reos sanguinis gladio justitiæ solet eripere, eos occidat, aut mutilet! Quapropter Fraternitatem tuam rogandam duximus, addito Apostolico præcepto; illos, qui inposterum in manus exercitus JEsu Christi inciderint, caute custodi, nullo alio malo illato, sicque magis liberos se esse lætentur in ista captivitate, quam antea in noxia libertatis umbra fuerint. Ducibus, qui copiis præsunt, denunciabis, ne quis in adversarium inermem, vel captum, sævire præsumat, nisi gratiam nostram amissam velit. Eos præterea pœna pecuniaria,

ria, ut visum fuerit, coercebis. Sic enim ab oblocutorum maledicentia famam Ecclesiæ, nostramque illæsam servabimus. Hæc Epistola die decima nona Maji, anno millesimo ducentesimo vigesimo nono data est. Ceterum, an hæc moderatio, fervente bello, facile locum habere possit, virorum militarium judicio relinquo. Sæcul. XIII. A. C. 1229.

§. LV.

Joannes Briennius Constantinopolim vocatur.

Pontificis copiæ urbes haud parvo sane numero in Campania, in Apulia, ac in omnibus Italiæ provinciis, quæ parebant Regi Siciliæ, subegerant. At ubi nuncium vulgatum est, Fridericum Imperatorem, ex Terra sancta revectum, Brundusium appulisse, ejus militibus rediit animus, ac ille brevi temporis spatio, quæcunque amiserat, recepit. Quin etiam hostilis exercitus Dux, Joannes Briennius, relicta Italia, in Franciam rediit, necessaria ad iter, Constantinopolim suscipiendum, comparaturus. Quippe Roberto Cortenacensi, anno superiore millesimo ducentesimo vigesimo octavo fatis functo, relicto successore fratre suo Balduino, novem decemve annorum *Ric. S. Ger.* 1228. *& seq.*

Sæcul. XIII. A.C. 1229.

rum puero, Francorum Principibus in Romania visum fuerat, nihil salubrius in rem suam se facturos, quam si Joannem Briennium, Regno suo Hierosolymitano spoliatum, advocarent. Tum inter ipsos convenit, filiam unicam, quæ Joanni supereſſet, Balduino juveni, ubi ætas permitteret, nuptui tradendam esse. Joannem Regem coronandum esse Imperatorem, cujus Dignitatis titulo & auctoritate, quoad vita frueretur, gauderet. Balduinum vero, postquam ad annum ætatis vigesimum perveniſſet, Regno Niceno, omnibusque Ditionibus, quibus Latini in Asia potirentur, esse præficiendum. Hæc Constitutio a Summo Pontifice die nona Aprilis anno milleſimo ducenteſimo vigeſimo nono confirmata est.

3. *ep.* 15. *Rain. n.* 47.

§. LVI.

Recentiſſima contra Imperatorem Excommunicationis ſententia.

Hucusque Gregorio Papæ satis fuerat, Fridericum a Communione Fidelium removere, sed minas, fore, ut acerbiora de eo decerneret, opere non implebat. Hoc autem anno, postquam Excommunicationis sententiam iterum confirmaſſet, addidit sequentem clauſulam:

ap. Rain. n. 37.

sulam: *Eoquod Fridericus, contemta excommunicatione, Sacræ Sedis mandatis non obtemperaverit, omnes, qui ei juramento Fidelitatis adstricti sunt, speciatim autem subditos Regni Siciliæ, ab hoc juramento denunciavimus, & denunciamus absolutos; quia Deo, & Sanctis ejus, adversanti, atque præcepta illius calcanti, nemo fidem servare tenetur.* Doctrina, & principium sane novum, quod rebellibus subditis auctoritatem tribuere videtur! Papa præterea anathematizat Rainaldum, Ducem Spoleti, Bertoldum ejus Fratrem, pluresque alios, quos inter Theodorus Comnenus, Epiri Princeps, occurrit. Acta hujus Censuræ die vigesima Augusti, anno millesimo ducentesimo vigesimo nono, data sunt. Ceterum Theodorus Comnenus Fridericum Imperatorem, misso ad eum, autumno hujus anni ineunte, Legato cum copiis & pretiosis muneribus, amicum sibi conciliare cupiebat. Sæcul. XIII. A.C. 1229. *R. S. Ger. p.* 1003.

§. LVII.

Concilium Tolosanum.

Ut implerentur conditiones Pacis, Parisiis cum Comite Raimundo initæ, Civitas Tolosana Ecclesiæ reconciliata fuit, mense Julio ejusdem anni per Magistrum *Guil. de Pod. Laur. c.* 40. *to.* 11. *Conc. p.* 425.

Sæcul. XIII. A.C. 1229.

gistrum Petrum de Collomedio, gerentem vices Legati Cardinalis Romani, qui deinde ipse adveniens, ibidem mense Septembri Concilium celebravit. Aderant Archiepiscopi tres, Narbonensis, Burdegalensis, Ausciensis, seu Auxitanensis cum aliis Præsulibus. Raimundus quoque, Comes Tolosanus, venerat, aliique Optimates; Prætor Carcassonæ, & duo, alter in civitate, alter in arce, Tolosani Consules, qui nomine totius Reipublicæ jurejurando, pacem esse servandam, promiserunt. In hoc Concilio quadraginta quinque Canones promulgati sunt, quos S. Sedis Legatus ex consilio Episcoporum, Præsulum, Baronum, & Equitum, se concinnasse affirmat. Cuncti vero ad extinguendam Hæresim, ac pacem, & securitatem publicam stabiliendam tendunt, quorum hæc est summa.

Episcopi in singulis Parochiis Sacerdotem unum, & duos, vel tres famæ integræ Laicos Sacramento constringant, qui diligenter & frequenter Hæreticos inquirant, domos singulas, cameras subterraneas, ac omnes latebras scrutentur,
c. 1. &, si quos deprehenderint, id, adhibita cautela, ne fugere possint, Episcopo, Dominis locorum, vel eorumdem Prætoribus, abjecta omni mora, indicent.

Domi-

Sæcul.XIII. A.C.1229.

Domini cujuscunque Territorii ſolicite inveſtigent Hæreticos in pagis, in domibus, in ſilvis, ſi vero eorum aliquis convictus fuerit, quod, accepta pecunia, vel ob aliam quamcunque cauſam, Hæreticum in terra ſua commorari paſſus ſit, eam amittat, ac de ejus perſona Princeps, cui ſubeſt, quod æquum erit, decernat. c. 3. Judex in eodem loco ſemper reſidens, niſi contra Hæreticos valde ſolicitus inveniatur, & diligens, bona ſua amittat, & exinde nec ibi, nec alibi ad obeundum Judicis officium admittatur. c. 7. Domus, in qua inventus fuerit Hæreticus, diruatur, & fundus ad cenſus ærarii publici trahatur. c. 6. Ne autem cuiquam Hæretica pravitas per calumniam affingatur, nemo ut Hæreticus puniatur, niſi ab Epiſcopo loci, vel alio viro Eccleſiaſtico, hanc poteſtatem habente, damnatus fuerit. c. 8. Cuilibet liceat Hæreticum perquirere, & capere in Territorio alieno, ac Judices locorum auxilium præſtare teneantur. c. 10.

Hæretici, qui, errore ſponte dimiſſo, ad Catholicam Fidem reverſi fuerint, non remaneant in civitate, in qua converſati fuerant, ſi illa de Hæreſi ſuſpecta habeatur, & in deteſtationem veteris erroris duas Cruces portent, aſſutas, & ſpectabiles, alterius coloris, quam ſint veſtes

Sæcul. XIII. A.C. 1229.

vestes eorum, unam a dextris, & alteram a sinistris. Ad officia autem publica non adhibeantur, nisi vel a Papa, vel ab ejus Legato in integrum fuerint restituti. Hæretici autem, qui timore mortis, vel alia quacunque ex causa, dummodo non sponte, ad Catholicam unitatem redierint, ab Episcopo loci ad agendam pœnitentiam includantur, ea cautela, ut ipsis facultas alios corrumpendi adimatur. Hujusmodi inclusis in necessariis provideatur ab illis, qui eorum bona tenent, & si bona non habeant, Episcopus provideat. In omnibus parochiis singulorum incolarum nomina conscribantur. Universi, tam mares, quam feminæ, masculi anno ætatis decimo quarto, feminæ anno duodecimo, abjurent omnem Hæresim, promittant se Fidem Catholicam professuros, & Hæreticos pro viribus persecuturos ac prodituros. Hujusmodi autem Juramentum singulis biennis renovetur; qui vero illud non præstiterit, de Hæresi suspectus habeatur.

Canones Concilii Tolosani.

c. 12.

c. 14. Laicis Libros veteris Testamenti, aut novi habere non liceat, nisi forte Psalterium, Breviarium divini Officii, aut Horas Beatæ Virginis. Sed ne memoratos libros in linguam vulgarem

rem translatos habeant, arctissime inhibetur. Sæcul.XIII. A.C.1229.

Non memini, me antehac hujusmodi prohibitionem inveniſſe; quæ tamen ſaventem explicationem admittit, ſi dicamus, tunc temporis, & in illa provincia hominum ingenia ad errorem fuiſſe usque adeo prona, ut modus diſputationibus haud facilius poni potuerit, quam auferendo Fidelibus Libros ſacros, quibus Hæretici abutebantur. Ceterum notavimus, quod annis ante hoc Concilium triginta Innocentius III. Papa adhuc docuerit, deſiderium audiendi ſacras Scripturas magis laude quam reprehenſione dignum eſſe, & illud ſolum eſſe inquirendum, quis Verſionis in linguam vulgarem auctor eſſet, & qua mente eam in lucem protuliſſet. Præterea in Concilio Toloſano hæc ſtatuuntur. Quoscunque Hæreſis infames, vel ſuſpectos effecerit, officio Medici non fungantur, ſed poſtquam aliquem infirmum de manu Presbyteri ſui ſacram Communionem recepiſſe contigerit, adhibeatur ei accurata cuſtodia usque dum obeat, vel convaleſcat, ne Hæreticus, vel ſuſpectus ad eum accedere poſſit. Hic addunt Epiſcopi; *cum ex hujusmodi colloquio nefanda, & enormia pluries*

Sup. Lib. LXXV. §.23.

c. 12. *ex de Hæret.*

c. 15.

Sæcul. XIII. A.C. 1229.

pluries contigisse intellexerimus. Testamenta fiant coram proprio Presbytero, vel ipso absente, coram alio viro Ecclesiastico, secus nullius vigoris, ac momenti sint. Omnibus Dominicis, & Festis denunciatis cuncti Patresfamilias teneantur ad Ecclesiam se conferre, ibidem ex integro divinum Officium, & Prædicationem audituri. Quod si absentes fuerint sine causa, duodecim Denarios Turonenses solvere teneantur, quorum media pars villæ Domino, altera Ecclesiæ tribuatur.

c. 16.

c. 25.

c. 19. &c.

Multi hujus Concilii Canones de Jure, & immunitate Ecclesiarum, ac Clericorum, quam Hæretici vel læserant, vel sustulerant, decernunt. Alii res ad pacem, & Reipublicæ quietem spectantes componunt, & complura remedia ad eam conservandam præscribunt. Judicibus præcipitur, ne quidquam mercedis, quocunque prætextu, ne quidem consuetudinis, a litigantibus exigant, sed gratis Justitiam omnibus exhibeant.

c. 28. &c.

c. 43.

§. LVIII.

Concilium Tarroconense.

Anno eodem, die vigesima nona Aprilis, Tarraconæ, in Arragonia, Concilium

cilium celebratum est, cui præfuit Joannes, Episcopus Sabinensis, Sacræ Sedis Legatus. Is nomine Familiæ suæ dicebatur Halegrinus, Abbatisvillæ natus, olim Monachus Cluniacensis, exinde Archiepiscopus Vesuntinus. Cum Patriarchatum Constantinopolitanum recipere recusasset, a Gregorio IX. Papa Cardinalis Episcopus Sabinensis creatus, & ab eodem Legatus in Hispaniam, ad judicandum de causa matrimonii Jacobi primi, missus est. Convocavit ergo Synodum, cui Archiepiscopi Toletanus, & Tarraconensis, ac Episcopi ex Regnis Castiliæ, & Arragoniæ novem interfuerunt (*). Lata est sententia, Matrimonium Regis nullius esse valoris, quod sine

Sæcul. XIII. A.C. 1229.

to. 11. Conc. p. 437. R. 1229. n. 57

(*) Joannes hic, olim Monachus Cluniacensis, Episcopus Sabinensis, Sacræ Sedis Legatus, Archiepiscopus Vesuntinus, ad Sedem Patriarchalem Constantinopolitanam vocatus, & Cardinalis creatus, testis est, omni exceptione major, Ordinem Cluniacensem, prout Fleurio loqui placuit, his Sæculis neutiquam ita tenebris fuisse involutum, ut in eo viri, summis in Ecclesiastica Hierarchia gradibus digni, non invenirentur.

Sæcul. XIII. A.C 1229.

sine dispensatione inter sanguine propinquos fuisset contractum. Et Rex Jacobus quidem acquiescebat; sed tamen in Concilio exposuit, quod nobilissimam Principem in facie Ecclesiæ duxisset, credens matrimonium esse legitimum, & filium inde suscepisset, nomine Alphonsum, quem non modo successorem suum in Regno designasset, sed etiam ei a Vasallis juramentum Fidei præstari jussisset. Quare publice edixit, se Acta illa confirmare, & si opus esset, se filium suum auctoritate Regia legitimum efficere. Hæc confirmatio Actis Concilii inserta est; cumque, elapsis exinde aliquot annis, non nemo Natales Alphonsi Principis impugnaret, Gregorius Papa, Legati sui sententia confirmata, eum, spectata parentum bona fide, filium legitimum declaravit.

§. LIX.

Inter Papam, & Imperatorem de Pace agitur.

Ric. S. Ger. p. 1001.

Dum Fridericus in Apulia commoratur, exercitum contrahens, ut Pontificis copias ingruentes repelleret, nihilominus ad eum Archiepiscopos Regiensem, & Bariensem, ac Magistrum Equitum Teutonicorum misit, qui de Pacis

Pacis conditionibus agerent. Ubi Catacium pervenerunt, urbem a Papæ militibus obsessam, acceptis ab Episcopo Albanensi, & a Cardinale S. Praxedis literis, Curiam Romanam petierunt; unde eis, re infecta, redeundum fuit. Attamen, mense Decembri, Imperatori, Aquini versanti, Magister Equitum Teutonicorum gratum nuncium de successu Transactionis cum Papa attulit, tumque Thomæ Capuano, Cardinali S. Sabinæ, obvium se inferens, eum cum conscriptis fœderis conditionibus ad Imperatorem deduxit. Sæcul. XIII. A. C. 1229. p. 1004.

Imperator vero complures Principes ex Germania advocavit, arbitros causæ inter se & Papam futuros, videlicet, Bertoldum Patriarcham Aquilejensem, Eberhardum Archiepiscopum Salisburgensem, Sigefridum Episcopum Ratisbonensem, Leopoldum Austriæ Ducem, & Ducem Dalmatiæ & Istriæ. Plures alii pacis conciliatores tam e Curia Romana, quam ex Italia advenerant. Sed ea ante annum sequentem reduci non potuit. Hic absolvitur Chronicum Conradi, Abbatis Ursbergensis, Ordinis Præmonstratensis, in Diœcesi Augustana, anno millesimo ducentesimo decimo quinto, electi. *Abb. Urs. in fin. Stero. an. 1230.*

Sæcul. XIII. A.C 1230.

§. LX.

Romani Papam revocant.

Gest. Greg. ap. Rain. n. 6

Ric S. Ger. p. 1005.

Hujus anni hyeme Tiberis, imbrium copia inflatus, & extra ripas se se ejiciens, prima die Februarii, anno milleſimo ducenteſimo trigeſimo, in domos urbis usque ad Baſilicam SS. Petri & Pauli influxit. Non nulli homines, & jumenta perierunt, commeatus, vinum, ſupellex corrupta, quin etiam ad malorum cumulum fluvius vim ingentem immanium ſerpentium intra urbem evomuit, qui deinde computreſcentes, infecto aere, funeſtam luem intulerunt. His prodigiis perterriti Romani, & timentes, ne omnes occumberent, ad Pontificis pedes confugerunt, miſſisque communi conſenſu Peruſium Legatis, ut in urbem rediret, ſuppliciter petierunt. Annuit Gregorius, & prima Hebdomada Quadrageſimæ, menſe Februario exeunte, maxima exultantis populi lætitia, urbem intravit, ſolemni pompa exceptus. Mox ut inedia attritis ſuccurreret, frumentum ex vicinis partibus comportari juſſit.

§. XLI.

S. Franciſci Translatio.

Menſe Majo hujus anni milleſimi ducente-

centesimi trigesimi, Fratribus Minoribus Assisii Capitulum suum generale celebrantibus, peracta corporis S. Francisci translatio, cujus solemnitatem ut augeret Papa, Indulgentiam illis, qui publice procederent, & novæ Ecclesiæ, quo deferendæ erant sacræ Reliquiæ, privilegia concessit. Ergo die vigesima quinta Maji, in Vigilia Pentecostes, corpus Viri sancti ex Ecclesia S. Georgii, ubi statim depositum fuerat, expromitur, & in Ecclesiam novam, a S. Francisci nomine dictam, pulcherrimo procedentium ordine, deportatur. Ecclesia S. Georgii S. Claræ, ejusque sacris Virginibus tradita; tum ut intra mœnia tuto degerent, tum etiam, ut laxius, & commodius, quam ad S. Damianum, habitarent. Magistratus, & cives Assisinates, suspicionibus acti, ne Translationis hujus specie sibi Sancti Francisci corpus vel totum, vel aliqua ejus pars auferretur, vi adhibita, illud occuparunt, nec ab aliis quibuscunque id deferri passi suos ipsi humeros sacro oneri subjecerunt, quod illius diei lætitiam haud modice perturbavit.

Sæcul. XIII. A.C. 1230.

vit. per S. Bonav. c. 13. Vad. an. 1230.

Sæcul. XIII. A. C. 1230.

§. LXII.

Frater Elias deponitur.

Vading. an. 1219. n. 2. Elias, qui tunc temporis Ministri Generalis Fratrum Minorum munere fungebatur, curam ædificandæ novæ Ecclesiæ (erat vero magnifici operis) gesserat, utque sumtus suppeterent, pecuniæ subsidia ex omnibus provinciis exegerat. Illud vero viros hujus Ordinis, paupertatis amantissimos, maxime offenderat, quod in aditu Ecclesiæ novæ formam conchæ ex marmore, loco arculæ, ad recipiendam intrantium stipem destinatæ, posuisset; erat enim hæc publica transgressio Regulæ, pecuniam tangere Fratribus districte prohi-
Id. 1230. n. 2. bentis. Gravissimæ igitur querelæ in Capitulo anno millesimo ducentesimo trigesimo contra Fratrem Eliam afferebantur; nam pecuniæ ad ædificandam Ecclesiam collectæ partem in commodum suum privatum traxerat. Validum equum sibi coemerat, & famulos mercede conduxerat, solus in cella sua, & quidem laute reficiebatur. Præterea, ut Fratrum multitudinem demulceret, quædam privilegia a Summo Pontifice obtinuerat, quibus laxabatur rigor Regulæ; quale illud erat, quod eis in quo-

quodam casu pecuniam per interpositam personam accipere liceret. Elias enim affirmabat, vitæ rationem, a S. Francisco institutam, ad literam a nemine opere impleri posse, nisi eodem spiritu, quo Vir sanctus, Deo conjunctus esset. Verum ita Elias Sanctum Patrem suum imprudentiæ arguebat, cum post ejus obitum nec Fratrum numerus decrevisset, nec ulla alia adjuncta fuissent mutata, necdum enim ab ejus morte totum quadriennium effluxerat. At Elias majorem Fratrum partem in suam pertraxerat sententiam, tum metu incusso (summa enim auctoritate, & more Domini imperabat) tum aliorum simplicitate, & ignorantia abusus. Ex tota Fratrum frequentia duo, haud plures, scilicet S. Antonius Patavinus, & quidam, gente Anglus, cui nomen Adamus *du Marais*, palam ei obsistere ausi sunt, sed non impune; nam eos contumeliis, & acerbis verberibus, tanquam schismaticos, & divisionis in Ordine auctores, pessime haberi jussit. Quin etiam sententia, solemni ritu denunciata, damnati sunt, quare illi ad S. Sedem appellarunt. Sed carcerem sibi ab Elia destinatum non effugissent, sine auxilio cujusdam viri Genuensis, Pœnitentiarii Apostolici, & Papæ a confessionibus, qui

Sæcul. XIII. A.C. 1230.

Sæcul. XIII. A.C. 1230.

ab hoc periculo liberatos tuto ad Summum Pontificem deduxit. Elias a suis de hac re monitus, cursores misit, qui fugientes retraherent; sed illi viam tritam devitantes per minus notos calles Romam feliciter pervenerunt. Gregorius Papa, cui amborum virorum merita dudum erant perspecta, venientes paterno affectu excepit, auditisque, quas deferebant, querelis, ingemuit, quod eorum Institutum tam cito post decessum S. Fundatoris vacillare cerneret. Tum, misso Nuncio, Eliam, & omnes in Capitulo præsentes ad se commeare jussit.

Postquam venissent, & omnes in conspectum Papæ essent admissi, Antonius & Adamus Eliæ objicere cœperunt, quod equum aleret, & servos, quod cibum solus caperet, & inprimis, quod precibus, veritate non nitentibus, cum detrimento Regulæ, a Sacra Sede privilegia elicuisset. Elias respondit: *Cum, defuncto Ordinis nostri Auctore, Fratribus, me Ministrum eligentibus, repugnarem, dixerunt; si id pro muneris tui ratione necessarium est, habe tibi equum, & ut lubet, epulare *. Postquam igitur officium suscepi, necessarius mihi fuit equus, & homo, qui pabulum præberet, iterumque domesticus alius, qui mandata,*

Elias causam dicens.

* *aurum comede.* manger de l'or.

ta, quo opus esset, deferret. His, si pecunia deficiat, alimenta, & stipendium dari non possunt. Quamvis vero necessitas, & Fratrum meorum consensus satis securum me præstarent, præterea tamen, ut nihil supereſſet, quod conscientiam pungeret, Sanctitatis tuæ pedibus, licentiam rogans, accidi. Si Ecclesiæ fabricam spectemus, quæ curæ meæ commissa fuit, manifestavi S. Francisci voluntatem, quam mihi secreto aperuerat, & tibi, Sancte Pater, ex parte non ignotam. Ut nihil dicam, neminem, auro destitutum, Ecclesiam dignam, in qua tanti viri Reliquiæ conderentur, extruere potuisse. Elia tanta ingenii, & argumentorum, in speciem satis firmorum, vi causam dicente, audientibus perperam accusatus fuisse videbatur. Sæcul.XIII. A.C.1230.

His vero Antonius opposuit: *Si Eliæ licentia concessa est auro vescendi, ut per adagium loqui solemus, non ei tamen licebat Thesaurum cumulare. Si privatæ suæ necessitati sine culpa consulere potuit, non inde sequitur, quod ei more Principum vivendi jus fuerit; cum malo suo exemplo in totum ordinem teporem invehat, nam Regulæ ruinam Ministri nostri Generalis mores minantur.* Ad hæc Elias iram non tenens,

Sæcul. XIII. A. C. 1230.

atque immemor, quid Summi Pontificis præsentis reverentiæ deberet, S. Antonio in faciem ingessit, quod insolentissime mentiretur. Sed Papa, re diu pensata, munere Generalis Ministri Eliæ ademto, Fratres, se præsente, alium jussit eligere. Non fuit difficile negotium, quippe Fratres uno quasi suffragio Joannem Parentium, tunc provincialem in Hispania Ministrum, patria Florentinum, spectatæ pietatis virum, Ministrum Generalem sibi cooptarunt, Papa lubenter hanc electionem confirmante.

§. LXIII.

Interpretatio Regulæ S. Francisci.

Wad. n. 14.

Verum non obstante querela, contra Fratrem Eliam mota, supereſt nobis Bulla, hoc anno, dum Capitulum celebrabatur, ad explicandam S. Francisci Regulam data, sive illa eadem sit, quam Elias impetraverat, sive alia postmodum concessa. In ea memoratur, quod Fratres, in Capitulo Generali congregati, eorumque Minister Generalis, Summo Pontifici exposuissent, dubitare se, an tenerentur secundum literam servare S. Francisci Testamentum, in quo Regulæ verba nterpretari, vel quascunque literas

literas ad explicandum eorum sensum a sacra Sede petere prohiberentur. Gregorius Papa eorum scrupulum removet, declarans, quod non obligentur ad servandum hoc Testamentum, sine communicatione Ministrorum, aliorumque Ordinis Fratrum, conditum. Quod etiam tunc solum ad servanda Consilia Evangelica teneantur, ubi diserte Regula, tanquam de præcepto, id exigit. Quod non obstante præcepto, ne per se ipsos, vel alios pecuniam accipiant, si quædam necessaria emere velint, aut rerum emtarum pretium solvere, possint Benefactori suo, eis hanc eleemosynam impertienti, virum exhibere, qui debitum statim solvat, aut pecuniam cuidam Fratrum amico custodiendam tradat, qui eam, postulante Fratrum necessitate, ut videbitur, vel ut ab ipsis monitus fuerit, impendat. Sæcul.XIII. A.C.1230.

Regula diserte prohibet, ne Fratres vel domus, vel alicujus loci, vel cujuscunque rei, proprietatem habeant; sed non nulli asserebant, rerum mobilium proprietatem toti Ordini communem esse. Quam quæstionem Papa ita definit. *Declaramus, Fratribus nullam debere esse proprietatem, nec communem, nec privatam, sed solummodo usum librorum, aliarumque rerum mobilium, secun-*

Sæcul. XIII. A.C. 1230.

secundum dispositionem Superiorum, salvo dominio, id est, proprietate illorum, ad quos domus, vel alia loca pertinent. Res mobiles Ordinis sine auctoritate Cardinalis Protectoris non venumdentur, aut ad alias manus deferantur. Præterea hæc Bulla alias Constitutiones, de potestate Fratribus pœnitentiam imponendi, de eorum Approbatione ad prædicandum, de susceptione tyronum, de electione Ministri Generalis, & accessu ad Monialium domos, complectitur, estque die vigesima nona Septembris, anno millesimo ducentesimo trigesimo data.

§. LXIV.

Inter Papam & Imperatorem Pax succedit.

Inter hæc negotium reducendæ pacis inter Papam, & Imperatorem ferve-

ap. Rain. n. 4 bat. Nam die tertia Julii Imperator, præsentibus duobus Legatis, Joanne Episcopo Sabinensi, & Thoma Presbytero Cardinale S. Sabinæ, juramento se obstrinxit, quod se voluntati Ecclesiæ simpliciter, & nulla præmissa conditione vellet submittere. Tum ad præfectos mandata directa, ut urbes Regni Siciliæ, quæ se Pontifici subjecerant, quin tamen

tamen hæc reſtitutio Eccleſiæ Romanæ honori noceret, ſub poteſtatem Imperatoris redire ſinerentur. Imperator viciſſim cautionis nomine, & more depoſiti, complures urbes cuſtodiæ Hermanni, Ordinis Teutonici Magiſtri, tradidit. Tandem die Mercurii, vigeſima octava Auguſti, in Feſto S. Auguſtini, Imperator in caſtris ſuis, prope Ceperanum in Campania, in Capella S. Juſti *, per duos S. Sedis Legatos, Joannem & Thomam, a vinculo excommunicationis abſolutus eſt, eique ab iisdem Legatis, auctoritate Papæ, ſequentes conditiones injunctæ.

Sæcul. XIII. A.C. 1230.

n. 6.

*S. Juſtæ.

Ric. S. Ger. p. 1011.

Rain. n. 8.

Dominus Imperator nec per ſe, nec per alium probibeat, quin Electio, Poſtulatio, Confirmatio, in Eccleſiis Cathedralibus, & Monaſteriis Regni Siciliæ, ſecundum Statuta Concilii Generalis libere fiant. Comitibus Cælanenſi, & filiis Rainaldi de Averſa, ſecundum pacta, pro quibus Eccleſia fidejuſſit, ſatisfaciat. Præterea res mobiles reſtituat, injurias deleat, ac damna Templariis, Hoſpitalariis, aliisque Viris Eccleſiaſticis illata, tempore ab Eccleſia aſſignando, reſarciat. A die Abſolutionis intra menſes octo, bona fide, caveat Eccleſiæ per Fidejuſſores idoneos, & juratos Principes, Comites, Barones Teutoniæ, ac per

Sæcul. XIII. A.C. 1230.

per civitates Longobardiæ, Tuſciæ, Marchiæ, Romandiolæ, & earumdem provinciarum Optimates, quos Eccleſia nominabit: ſalva illa cautione, quam Fidejuſſores in cauſa & negotio Terræ ſanctæ pro Imperatore præſtiterunt, ita, ut ea omnia impleat, quæ Eccleſia præſcribet. Denunciamus, quod Dominus Papa ſumtus ſibi reſtitui petat, quos extra Regnum, pro Eccleſiaſtica libertate, & B. Petri Patrimonio conſervandis, facere coactus eſt. Si Dominus Imperator, quæ in hac transactione promiſit, bona fide non perficiat, ipſo facto ſententia Excommunicationis vinciatur, quam jam modo, auctoritate Domini Papæ, in eum decernimus. Hæc Acta eadem die vigeſima octava Auguſti, anno milleſimo ducenteſimo trigeſimo data ſunt, quibus etiam tres Præſules exteri, tunc præſentes, videlicet Archiepiſcopus Arelatenſis, Epiſcopus Wintonienſis, & Epiſcopus Belvacenſis, aliique complures ex Germania, & Italia Præſules, datis publicis literis, fidem fecerunt.

Ric. p. 1012.

Die Dominica, prima menſis Septembris, Imperator, a Papa invitatus, venit ad eum Anagniam, apud quam urbem caſtra poſuerat. Intravit civitatem

tem Cardinalibus, & viris illius loci Nobilibus, magna pompa, comitantibus, atque ubi in conſpectu Pontificis fuit, detracto ſibi pallio, ejus pedibus accidens, pacis oſculum accepit. Ambo in eodem loco cum multis Principibus uni menſæ accubuerunt. Soluto deinde convivio, Pontifex, & Imperator, ſolo Ordinis Teutonici Magiſtro admiſſo, diu collocuti ſunt; tumque ſequente die Fridericus ad caſtra, indeque in Regnum ſuum reverſus eſt (*). Sæcul.XIII. A.C.1230. *Geſt. Greg. ap. Rain. n.* 15.

(*) Ad hoc fere tempus referenda ſunt, quæ narrat Palatius in Friderico II. Imperat., ſeu in Aquila Suevica pag. 329. *Italico itaque pulſa diſcordia ſolo in Germaniam advolavit Fridericus, & Ludovicum Bavariæ Ducem* **Cæſari* (Henrico) *ſuſpectum reddidit. Quæ fuerit? ignoratur cauſa. Ea creditur, quod Henricum, filium Friderici, remiſſius coleret. Quidquid demum interceſſerit, Ludovicus ſicarii manu ſubtrahitur, auctore, uti dicitur, Friderico, cujus facti ut atrocitatem leniret, Othoni, filio Ludovici, conſolatoriam ſcripſit ſequentem.*

*hujus nominis primum.

In ea Imperator his utitur verbis: *Dux Bavariæ, Chariſſimus Socer . . . humanitatis commune debitum . . . exolvit. Ex quo tanto*

Sæcul. XIII. A.C. 1230.

to nos pungit doloris ictus acerbius, quanto per ejus absentiam, qui Genitoris in nobis officium compensabat, &, velut nostri pars magna consilii, erga nos charitatis paternæ non imparis dabat affectus, majora sentimus incommoda. Et postea : *Multa nobis, & tibi sunt exinde solaminis assumenda consilia, ut & nos decedentis Patris occasum superstitibus consolemur in filiis, in quibus nobis affinitatis solidæ pignora remanserunt &c.* Addit Palatius : *Otho porro non ignarus, aliunde quærendam consolationem, justis patri Regie solutis, totius provinciæ granaria in alimoniam pauperum jussit aperiri, quod eo anno re frumentaria angustiarentur.*

FINIS TOMI XIX.

INDEX

INDEX
RERUM ET NOMINUM TOMI XIX.

A.

Adolphus Colonienſis. Philippum Regem Rom. coronat. p. 82.

Ægydius Aſſiſinas Frater minor. p. 536.

S. Agatha. Ejus & S. Luciæ corpora inventa & translata. p. 14.

Agnes S. Claræ Soror. p. 277.

Albertus Patriarcha Jeroſolymitanus. p. 28. Carmelitis dat Regulam. p. 208. Occiditur. p. 368.

Albigenſes. Bellum contra eos. p. 177. Combuſti. p. 221. Bellum. p. 237. & ſeqq. Eorum res. p. 283. Pugna ad Muretum. pag. 332. Ulteriora illorum fata. p. 344. & 466. & 409. Concilium Pariſienſe in illorum cauſa. p. 632. Expeditio contra illos. p. 752. Eorum res occupari permittuntur. p. 771. Pacta Raimundo conceſſa. p. 826.

Alexander Maſſon. Theologus dictus. p. 198.

Alexandria. Epiſtola Innocentii ad Patriarcham. p. 290. Diaconus a Patriarcha Melchita, ut conjiciendum eſt, ad Concilium Generale XII. mittitur. p. 368. Nicolaus Patriarcha Melchita. p. 630. Joannes Filius Abilhala Jacobita obit. ibid. Sedes vacans. ibid.

Alexius Ducas Imp. fugit Conſtantinopoli. pag. 8.

Alphonſus IX. Rex Caſtiliæ. Victoria de Mauris. p. 281.

Amalricus hæreticus. Damnatur. p. 225.

Amalricus Simonis Montfortii Filius & Succeſſor. p. 510.

S. Andreas. Ejus corpus Amalphiæ. p. 15.

Andreas Rex Hungariæ. In Palæſtina. p. 479.

Anglia. Joannes Rex depoſitus. p. 256. Tributaria. p. 322. Denarius S. Petri. ibid. Joanni Regi ſuccedit filius Henricus III. p. 456. Res Eccleſiæ. p. 835. & ſeqq.

Antiochia. Boemundus III. Raimundus & Rupinus. p. 71. Patriarcha Latinus mittit Epiſcopum Vicarium ad Concilium Generale XII. p. 368. Rudolpho Patriarchæ ſufficitur Rainerius. p. 548. Raimundus Princeps Antiochiæ ſæcularis. p. 574.

S. Antonius Patavinus. Ejus exordia & vita. p. 593. & ſeqq. F. Eliæ reſiſtit. p. 855.

Apulia ſeu Neapolis. Res Eccleſiæ. p. 695.

Aquileja. Walterus Patriarcha. p. 130. Bertoldus. p. 851.

Ariſtoteles. Ejus Metaphyſica Pariſiis flammis tradita. p. 230.

Armenia. Leo Rex. p. 72. Armeni cum Ecclesia Romana conjuncti. ibid. & seqq. Gregorii Catholici epistola ad Papam. p. 74. Jurgia necdum sopita. p. 211. Eorum Catholicus ad Concilium Generale XII. invitatur. p. 290. Archiepiscopus in Anglia. p. 809.
Arragonia. Petrus II. a Papa coronatur. p. 42. Jacobus Rex. p. 491. Epistola Honorii. ib. Regis matrimonium declaratur nullum. p. 849.
Austria. Leopoldus Dux Austriæ. p. 192. Cruciger cum Rege Hungariæ. p. 480. Literæ ad Papam. p. 500.

B.

Balduinus Imp. Orient. p. 21. Epistola ad Papam. ibid. a Bulgaris captus. 69. Misere obtruncatus. p. 94.
Balduinus Roberti Imp. Frater. p. 841.
Baptismus. An sub conditione conferendus. p. 157.
Bavaria. Ludovicus Dux Bavariæ in Comitiis cum Ottone Imp. p. 192. Dux cruce signatur. p. 577. Ludovicus Severus. p. 738.
Beguini. p. 242.
S. Benedictus. Constitutio Innocentii III. circa ejus Regulam. p. 411.
Beneficia Ecclesiastica. Plures Episcopatus uni conferuntur. p. 103. Origo hujus rei. ibid.
Bernardus Societatis Pauperum Catholicorum Auctor. p. 189.
Boemundus Comes Tripolitanus. Excommunicatus. p. 736.

Bohemia. Primislaus Rex consentiente Papa. p. 40. Reges priores. ibid. De erigendo Archiepiscopatu. p. 41.

Bonifacius Montisferratensis. Rex Thessalonicæ. p. 21. Epistola ad Papam. p. 53.

Bononia Florent Studia. p. 560.

Borussia. Religionis Status. p. 299. & 684. & seqq.

Brochardus primus Superior Carmelitarum. p. 209.

Bulgaria. Joannis Antecessores Simeon, Petrus, Samuel coronam a Papa acceperunt. p. 32. Et ipse ab Innocentio III. p. 33. Episcopi ritu Latino unguntur. p. 34. Basilius Patriarcha. p. 39.

Burgundia. Odo III. Dux Cruciger contra Albigenses. p. 178. & 345.

C.

Cæsarius Heisterbacensis Monachus. Scriptor vitæ S. Engelberti. p. 727.

Canonici. Eorum Liberi non habeant præbendam in eadem Ecclesia. p. 401.

Canonici Regulares. Uxamæ in Capitulum Cathedrale introducuntur. p. 109. Semper Rocheto utantur. p. 353. Laici non recipiantur. p. 354.

Cantuaria. Obit Hubertus. p. 88. Renaldus & Joannes Norwicensis. ibid. & seqq. Schisma. ibid. Stephanus de Langthon Archiepiscopus. p. 135. Revocatur. p. 325. Absolvit

solvit Joannem Regem. p. 326. Suspenditur. p. 377. Res Ecclesiæ. p. 807. Richardus Archiepiscopus. p. 833.
Cardinalis. Bulla Honorii III. eis favens. p. 709.
Carmelitæ. Origo & Regula illorum. 208. Regula confirmatur ab Honorio III. p. 737.
Cassinense Monasterium. Abbas Cardinalis. p. 410. Dissolutio Monachorum. p. 411.
Castilia. Alphonsus IX. & ejus Filius Ferdinandus. p. 109.
Catholici pauperes. Eorum Regula ab Innocentio III. approbata. p. 186.
Chrisma. Si tempore Interdicti deficere incipiat, veteri oleum non benedictum addendum est. p. 163.
Christianus. An sit articulus fidei, quod omnis Christianus sit membrum Christi. p. 225.
Christi milites. Eorum Ordo. p. 301.
S. Clara. Ejus exordia. p. 274. Illius Ordo instituitur. p. 279. Non vult a Pontifice accipere Bona immobilia. p. 800.
Clerici. Percussor Clerici a solo Papa absolvendus. p. 231. Clerici sunt immunes a Jurisdictione Judicis sæcularis tam in Judicio civili quam criminali. p. 583.
Cluniacenses. Scandala. p. 412. Ex iis Archiepiscopi eliguntur. p. 849.
Cælum. Cogitatio de Deo. p. 228.
Colonia. Adolphus depositus. p. 82. Bruno. p. 87. Capitur ab Ottone. p. 129. Dimittitur. p. 144. Brunoni succedit Theodoricus de Monte. p. 169. Engelbertus, Fridericus,

dericus, Bruno, Adolphus Archiepiſcopi. p. 452. S. Engelbertus Germaniæ Rector. p. 610. Ejus cædes. p. 699. Theodoricus Anteceſſor. p. 700. S. Engelberto cæſo ſuccedit Henricus. p. 705. Jurat vindictam. ibid.

Concilium. Provinciale ſingulis annis celebrandum. p. 771.

Concilium Avenionenſe. p. 182.

Concilium Bituricenſe. p. 713.

Concilium Lateranenſe IV. univerſale XII. p. 366.

Concilium Londinenſe. p. 350.

Concilium Melodunenſe. Quæ ad Jurisdictionem Eccleſiaſticam pertineant. p. 712.

Concilium Moguntinum. Contra Simoniacos & Concubinarios. p. 707.

Concilium Montispeſſulanenſe. p. 351. Aliud. p. 675.

Concilium Narbonenſe. p. 768.

Concilium Oxonienſe. p. 623.

Concilium Pariſienſe. p. 261.

Concilium Tarraconenſe. p. 848.

Concilium Toloſanum. p. 843.

Concilium Vaurenſe. p. 306.

Concilium Weſtmonaſterienſe. De Præbendis. p. 723.

Confeſſio. Clerici Prælato ſuo confiteantur. p. 262. Semel in anno præcepta. p. 403. Sine licentia Sacerdotis proprii alter pœnitentem non poteſt ſolvere vel ligare. p. 404. Non licebat Presbyteris cuicumque confiteri.

confiteri. p. 626. Confeſſio præcipitur. p. 770. Fideles frequenter confitentur. ibid.
Conradus Friderici II. Filius ex Jolanda Joannis Regis Hieroſolymæ Filia. p. 813.
Conradus Urſpergenſis Abbas. Ejus Chronicon. p. 851. Præmonſtratenſis fuit. ibid.
Conſtantinopolis. Patriarcha ſine Pallio a Romano Pontifice accepto non legitime ſuo munere fungitur. p. 3. Alexius Junior occiditur. p. 5. Alexius Ducas. ibid. Capitur Urbs ſecundo. p. 7. Balduinus Comes Flandriæ Imp. p. 21. Thomas Patriarcha Latinus a Papa conſtitutus. p. 61. Quomodo ad ſecundum poſt Romanam Eccleſiam gradum pervenerit Eccleſia Conſtantinopolitana. p. 64. Joannes Camaterus Patriarcha Græcus fugit & reſignat. p. 66. Henricus Balduini Frater, ipſo capto, Rector Imperii. p. 70. Balduino occiſo ſuccedit Henricus frater. p. 94. Res Eccleſiæ. p. 212. Defuncto Moroſino Sedes vacans. p. 284. Res Eccleſiæ. ibid. & ſeqq. Schisma. p. 343. Gervaſius Patriarcha Latinus. p. 367. In Concilio univerſali XII. ibid. Henrico Imp. defuncto ſuccedit Petrus. p. 453. Obit. p. 495. Querelæ contra Gervaſium Patriarcham. p. 497. Petro Imp. Latino ſuccedit Robertus Filius: & Patriarchæ Gervaſio Matthæus. p. 586, & ſeq. Res Eccleſiæ. p. 605. & ſeqq. Roberto Imp. defuncto vocatur Joan. Briennius. p. 841.

Conventus Ferentinenſis. p. 629.
Cracovia. Vincentio in Epiſcopatu ſuccedit Ivo. p. 556.
Creatio. Deus tam corporea quam ſpiritualia creavit. p. 381.
Crucigeri ſeu Enſiferi, aut Chriſti Fratres. Ordo militaris in Livonia, cujus Albertus auctor. p. 128.
Crucigeri. Conſtantinopolim ſecundo expugnant. p. 7. Facies Terræ Sanctæ. p. 66. Crucigeri Infantes. pag. 287. Bellum ſacrum. p. 487. & 494. Peluſium expugnant. p. 545. Eorum ſtatus. p. 570. Peluſium amittitur. pag. 603. Eorum res. pag. 783. & ſeqq.
S. Crux. An una pars amiſſa. p. 489. & 546.
Cumani. Convertuntur. p. 778. Ad Oſtia Danubii habitantes. ibid.
Cyprus. Aimericus Rex. p. 69. Hugo Luſignanus Rex. p. 490. Obit Tripoli. ibid. Filius novem menſium puer. ibid. Henricus Rex. p. 606. Res Eccleſiæ. ibid.

D.

Dania. Waldemarus II. & Waldemarus III. capti. p. 662. Regnum Eccleſiæ Romanæ vectigale. ibid.
Daniel Frater minor aliique Martyres Septæ. p. 591.
David Comnenus Imp. Trapezunti. p. 609.
David Rex Indorum. p. 72.

Decimæ.

Decimæ. Non dabantur a Græcis. p. 98. In Oriente præceptæ a Concilio Univerſali Latinorum. p. 402.
Diaconi. Confeſſiones non audiant. p. 156.
Diego Uxamenſis. In Occitania fidem prædicat. p. 109.
S. Dionyſius. Cujus Dionyſii Reliquiæ apud Pariſios ſint. p. 424.
S. Dominicus. Ejus exordia. p. 112. & 117. In Concilio Lateranenſi. p. 414. Ejus Ordo approbatur. pag. 460. Auctor Roſarii. p. 464. Romæ. p. 505. Ejus vita. p. 511. & ſeqq. Non vult ſuos Epiſcopos fieri. p. 518. SS. Dominicus & Franciſcus intimi amici. pag. 519. S. Dominicus Romæ. p. 548. Moniales includit. ibid. Mortuos ad vitam ſuſcitat. p. 551. Obit. p. 599.
Durandus de Hueſca. p. 184. Societas Pauperum Catholicorum. ibid. Confeſſio fidei. ibid. & ſeq. Regula hujus Societatis. pag. 186.

E.

Eccleſia. Extra eam nulla ſalus. p. 381.
Electio. Epiſcopi ab Epiſcopis eligebantur. p. 89. De conſenſu Regis requirendo. pag. 139. Legatus S. Sedis vacantibus in Anglia Eccleſiis Cathedralibus providere jubetur. pag. 339. Electio Prælatorum per Scrutinium & Compromiſſum. pag. 398. Alia requiſita. ibid. & ſeq. De conſenſu neceſſario Regum. p. 695. & ſeqq.

Elias Frater Ordinis Minorum. p. 427. Minister in Thuscia. p. 521. Deponitur. p. 560. Iterum evehitur. p. 589. Rursus deponitur. p. 854.

Elias Propheta. Caverna ejus in Carmelo. pag. 208.

Elisabetha Filia Andreæ Regis Hungariæ, & Landgravia Thuringiæ. p. 785.

Engelbertus Archiepiscopus Colonienſis. pag. 452. In Germania Præfectus. p. 610. Henricum ungit. p. 611. Occiditur. pag. 699. Ejus necem sequentia. p. 726. & seqq.

Episcopus. De unctione Episcopi ac Presbyteri, & ejus origine. p. 34. An contra impios arma adhibeat. p. 171. Episcopi ipsi prædicent. pag. 183. Prædicatio fidei fiat vel auctoritate Papæ, vel Episcoporum. p. 185. Episcopi & Archiepiscopi ad Castra proficiscuntur contra Infideles. p. 280. Non resignent sine Licentia Pontificis. pag. 318. Pro Confirmatione Romam proficiscuntur. p. 556. Transferuntur ex plenitudine potestatis. 578. Nunquam duo sint, Latinus & Græcus in una Ecclesia. p. 606. In persona propria confitentes audiant. p. 624. Episcopi electi examen sub Gregorio IX. p. 834.

Estonia. Primus Episcopus. p. 302.

Eucharistia. Crede & manducasti. pag. 163. Mutatio in Corpus Christi negatur. p. 228. Adoratur. pag. 346. Transsubstantiatio. pag. 381. Solus Presbyter potest Eucharistiam

ſtiam conficere. ibid. Eam in Paſchate accipere fideles jubentur. p. 403. Quid antea. pag. 406. Decretalis Honorii de ejus cultu. p. 531.

Excommunicatio. Mulcta pecuniaria impoſita petentibus abſolutionem. p. 170. An excommunicatus aliqua Jurisdictione gaudeat. p. 269. An ſequatur: Bellum Principi excommunicato inferendum eſſe. pag. 315. Canones de Excommunicatione. p. 395. & ſeq. A Londinenſibus ſpernitur. p. 431. Inconſultis Ordinariis non excommunicentur Fideles. p. 497. Eam contemnentibus Princeps mulctam injungit. pag. 769. Omnia Bona amittat. ibid.

F.

S. *Ferdinandus III.* Rex Caſtiliæ. p. 698.

Flandria. Comes Ferrandus ſeu Ferdinandus a Rege Franciæ Philippo victus. p. 349.

Francia. Epiſcopi. pag. 637. & ſeqq. Ludovicus VIII. Rex. 641. Res Clericorum. pag. 772. Vox: Libertas Eccleſiæ Gallicanæ quando primo adhibita. p. 829.

S. Franciſcus. Ejus initia. p. 121. Primi diſcipuli. p. 199. Regula approbatur ab Innocentio III. p. 206. Vita. pag. 269. Fratres mittit in varias Provincias. p. 424. Objecta diluit. p. 522. Quid de cura Monialium ſenſerit. p. 528. Coram Soldano Meledino. p. 538. Probationi ignis ſe offert. pag. 541.

541. Doctrina de Paupertate & aliis. pag. 563. Ordo ejus tertius. p. 596. Regulam confirmari petit. p. 643. Stigmata. p. 677. Fratrum ædes. pag. 740. Ejus epiſtola & Teſtamentum. p. 743. De honore Sacerdotum. p. 744. Obitus. p. 747. Canonizatio. p. 799. Translatio. p. 852. Regulæ interpretatio de pecunia. p. 858. Nec dominium commune habeant. p. 859.

Fratrum Minorum Ordo. In variis Provinciis. p. 424. Subjiciantur Epiſcopis. pag. 523. Moniales minores. p. 528. Regula confirmatur. p. 643. Eadem Regula a S. Franciſco dictata. p. 644. Epiſcopo repugnante non prædicent. p. 647. A Presbytero ſui Ordinis Pœnitentiam accipiant. p. 648.

Fridericus Comes Iſenbergius. p. 699. Ultimo ſupplicio afficitur. p. 728.

Fridericus II. Rex Siciliæ ac Rom. Imp. pag. 164. Rex Romanorum. p. 268. Imperator coronatur Aquisgrani. p. 368. Cruciger. p. 369. Coronatur ab Honorio III. p. 581. Promittit expeditionem ſacram. pag. 582. In Colloquio Ferrentinenſi. p. 629. Conſtitutiones contra hæreticos. p. 651. Epiſtola ad Honorium. p. 655. Moræ, quibus in Palæſtinam ire impeditur. p. 692. Querelæ & jurgia cum Papa. p. 728. Rex Hieroſolymæ. p. 735. Excommunicatur, quod in Palæſtinam non naviget. p. 786. Epiſtola ad Regem Angliæ. p. 790. Proficiſcitur in Palæſtinam. p. 798. Tranſactio cum Saracenis.

racenis. p. 815. Hieroſolymæ coronatur. p. 818. Abit. ibid. Reditus in Europam. p. 824. Inſidiæ. p. 825. Excommunicatur & Subditi a juramento fidei abſolvuntur. p. 842. Pax cum Papa. p. 860.

G.

Georgiani. Ad S. Pontificem convertuntur. p. 665. Mores. p. 668.

Ginguis Can Dux Tartarorum. p. 668.

Giraldus Patriarcha Jeroſolymitanus. Imperatori adverſatur. pag. 817. Ejus epiſtola. pag. 819.

Græci. Nulla apud Græcos Eccleſia S. Petro ſacra. p. 22. Laici ligant, ſolvuntque. pag. 23. Capta Conſtantinopoli Niceæ Theodorus Laſcaris Imp. Michael Patriarcha. pag. 105. & ſeq. Potentiſſimus Theodorus Comnenus. pag. 477. Imperium diviſum. pag. 609.

Gregorius IX. Papa. p. 766. Fridericum II. Imp. excommunicat. p. 786. & 794. Minatur abſolutionem a juramento fidelitatis. p. 796. Contumacia dicitur hæreſis. ibid. Cogitur Roma excedere. p. 798. Bellum gerit contra Duces Imperatoris. pag. 802. Excommunicat Fridericum Imp. & Subditos ſolvit a juramento. p. 842. Romam redit. p. 852. Bulla de fratribus Minoribus de Pecunia & Dominio. p. 858. Pax cum Friderico II. Imp. p. 860.

S. Guilielmus Bituricenſis. Obit. p. 170. Canonizatur. p. 503.

Guilielmus Pariſienſis. p. 577.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

H.

Hæretici. In Occitania. p. 46. Toloſæ. p. 47. Igni traditi. p. 59. Pœnæ in Concilio universali ſtatutæ. p. 384. Quomodo enquirendi, capiendi, damnandi. p. 652. & ſeqq. In Longobardia. p. 688. Quæ de iis in Concilio Toloſano ſtatuantur. p. 844. & ſeqq.

Henricus Dandolus Dux Venetorum. p. 14.

Henricus Friderici II. filius. Rex Romanorum. pag. 581. Ejus Tutor Engelbertus. p. 610. Comitia celebrat. pag. 705. In Italiam ire prohibetur. p. 738.

Henricus Rector Imperii Conſtantinopolitani. pag. 70.

Hermannus Equitum Teutonicorum Magiſter. pag. 651.

Hieroſolyma. Albertus Patriarcha. pag. 28. Ad iter ſe præparat. p. 67. Rex Aimericus Luſignanus obit Ptolemaide. pag. 69. Res Palæſtinæ. p. 210. Joannes Briennius Rex. ibid. Albertus Patriarcha Acriæ. p. 367. Occiditur. p. 368. Rudolphus Lotharius. ibid. Terræ ſanctæ facies. p. 487. Joannes Rex. p. 500. Epiſtola ad Honorium. ibid. Crucigeros deſerit. p. 571. Giraldus Patriarcha. p. 693. Res hujus Regni. p. 735. Muſulmanni ad eam Urbem magna devotione confluunt. p. 814. Templum Salomonis. ibid. Redditur Friderico Imp. pag. 815.

Hiſpania

Hiſpania. In Caſtilia Alphonſo IX. ſucceſſit Henricus. pag. 529. Huic Ferdinandus ſanctus. ibid. Joannes Briennius Compoſtellam proficiſcitur. p. 675.

Hollandia. Guilielmus Comes Hollandiæ Cruciger. p. 482.

Honorius III. Papa. Eligitur. p. 449. Epiſtola ad Regem Hieroſolymæ. pag. 450. Petrum Imp. Conſtantinopolitanum coronat. p. 475. Urget Bellum ſacrum. p. 479. Epiſtolæ contra Albigenſes. p. 491. & ſeqq. Muſulmannos tolerat. p. 531. Urbe excedit ob inſultus Romanorum. ibid. Coronat Fridericum II. & Conſtantiam ejus uxorem. p. 581. Urget Bellum ſacrum. p. 583. Epiſtola ad Robertum Hieroſolymæ. pag. 607. Epiſtola de Eccleſia Boruſſiæ. pag. 684. Epiſtola ad Fridericum II. Imp. pag. 730. Obit. p. 765.

Hoſpitalarii S. Spiritus. Religioſi. pag. 44. Epiſtola Regis Hungariæ. p. 503.

Hugolinus Cardinalis. Primus Fratrum Minorum Protector. pag. 428.

Humiliati. An iis ſucceſſerint Dominicani. p. 555.

Hungaria. Bela IV. adhuc infans. pag. 39. Andreas Rex. p. 366. Cruciger. ibid. Imperii Coronam non acceptat. p. 454.

S. Hyacinthus. Ejus exordia. p. 556.

I.

Jacobus Arragoniæ Rex. Ordini de Mercede favet. p. 650.

Jacobus Vitriacus. Scriptor vitæ Mariæ Ogniacenſis. p. 252. De fratribus Minoribus. p. 542. Epiſtola ad Honorium Papam. pag. 570.

Imperator. Cum Romæ coronatur, accipit Jurisdictionem in urbem. p. 475.

Indulgentia. Poſt Confeſſionem cum vera contritione remiſſio omnium peccatorum. p. 293. Liberans a Purgatorio. pag. 334. Nimium ne concedatur, p. 416. Enervat ſatisfactionem pœnitentiæ. ibid.

Infernus. Eſt peccatum mortale. p. 228.

Ingeburgis. Reconciliatur Regi. pag. 316. Teſtamentum in favorem ipſius. p. 636.

Innocentius III. Papa. Ad Latinos Conſtantinopolim ſcribit. p. 25. Regi Bulgarorum Coronam dat & Sceptrum ipſo petente. p. 33. Primislao Bohemiæ Regis titulum confirmat. p. 40. Petrum II. Regem Arragoniæ coronat. p. 42. Epiſtola ad Bonifacium Marchionem. pag. 54. Ad Antiſtites Franciæ de miſera Terræ ſanctæ facie. p. 67. Ad Thomam Conſtantinopolitanum. pag. 99. Ad Theodorum Imp. Græc. p. 107. Ad Joannem Regem Angliæ. pag. 141. Ad Principes Occitaniæ Petro Caſtri Novi occiſo. p. 149. An ſit ſervanda fides iis, qui eam Deo non ſervant. pag. 151.

Otto-

Ottonem IV. coronat. pag. 195. Excommunicat, & ſubditos a fide abſolvit. p. 197. Excommunicat Regem Angliæ. ibid. Approbat Regulam S. Franciſci. p. 206. Ottonem IV. excommunicat. p. 252. Subditos Regis Angliæ a fidelitatis juramento abſolvit. pag. 257. Concilium Lateranenſe generale XII. convocat. p. 288. Bulla de Bello ſacro. p. 292. Epiſtolæ in Orientem datæ. p. 296. Regem Franciæ ad depellendum e Regno Regem Angliæ immittit. p. 315. Obit. p. 444. De eo quid Matthæus Pariſienſis. p. 446. Viſio S. Lutgardis. ibid.

Inquiſitio. Inquiſitores conſtituuntur in Concilio Narbonenſi. p. 771.

Interdictum. p. 142. Tota Anglia interdicta. p. 160. Solvitur in Anglia poſt annos ſeptem. p. 349.

S. Joachim. Conceptio B. Virginis ei revelatur. p. 810.

Joachimus Abbas. Ejus error damnatus. p. 382.

Joannes Angliæ Rex. Archiepiſcopum & Monachos Cantuarienſes non vult revocare. p. 160. Excommunicatur. p. 197. Deponitur & Subditi a fide ſolvuntur. p. 256. & ſeq. Bellum movente Papa in eum decernitur. p. 315. Vaſallus Papæ. pag. 319. Abſolvitur. p. 324. Legatio ad Regem Marocanum. p. 328. Abſolutionem ſequentia. pag. 335. Privilegia Anglorum confir-

mat. p. 357. Bellum contra eum. p. 431. Obit. pag. 455.

S. Joannes Baptiſta. Ejus caput inventum. p. 14.

Joannes Briennius Rex Hieroſolymæ. p. 210. In Colloquio Ferrentinenſi. p. 629. In Anglia & Francia. p. 632. In Italia. pag. 693. Regno cedit Friderico Imp. p. 735. Papa ei favet. p. 764. Conſtantinopolim vocatur. p. 841.

Joannes Camaterus. p. 106.

Joannes Columnius. pag. 494. Legatus. ibid. Quæſtiones de diſciplina. p. 495. & ſeq.

Joannes Parentius Miniſter Generalis III. Ordinis Fratrum Minorum. p. 858.

Joannes Phocas Scriptor. De Origine Carmelitarum. p. 208.

Joannicius Rex Bulgariæ. Coronatur a Legato S. Pontificis. p. 39. Epiſtola ad Pontificem. p. 93. Dicit magis ſibi competere Imperium quam Latinis, quia a Papa coronam accepiſſet. ibid.

S. Joannis de Hieroſolyma Ordo. Guarinus. p. 227.

Jordanes Magiſter Generalis Prædicatorum. p. 617. Mores Fratrum. ibid. & ſeqq.

Judæi. Deferant ſignum Rotæ in pectore. p. 769. Judæus perpetuo vivens. pag. 810. Cartaphilus vocabatur, poſtea Joſephus. ibid.

Judicium Eccleſiaſticum. Ordo Judicii ex Concilio

cilio Oecumenico XII. Lateranenſi. p. 391. & ſeqq.

L.

Legionis Regnum. Alphonſus Rex. pag. 529.

Leo Armeniæ Rex. Ejus epiſtola ad Innocentium III. p. 73.

Leodienſis Eccleſia. p. 250. & ſeq. Hugo Epiſcopus. p. 255.

Livonia. Res Eccleſiæ. pag. 126. Religionis ſtatus. p. 298. & ſeqq.

Longobardi. Eorum fœdus contra Fridericum II. Imp. p. 738. Paciſcuntur. p. 760.

Ludovicus Bavariæ Dux. Henrici Regis Moderator. p. 738. Occiditur. p. 863.

Ludovicus VIII. Franciæ Rex. p. 641. Epiſtola Honorii Papæ. ibid. Bellum in territorio Pictavienſi. pag. 673. Cruce ſignatus contra Albigenſes. pag. 721. Expeditio. p. 752. Obit. pag. 756.

Ludovicus IX. Franciæ Rex ſanctus. p. 758.

Ludovicus Princeps Franciæ. Cruce ſignatus. p. 314. In Occitania militans. pag. 355. Eligitur Rex Angliæ. pag. 434. Trajicit in Angliam. p. 438. Redit in Franciam. pag. 469. Iterum in Anglia. p. 472. Pacem init. ibid.

S. Lutgardis. Viſio de Innocentio III. p. 446.

M.

Mahomet. Beſtia Apocalyptica. pag. 292. *Mahometani.* His ſcribit Innocentius III. pag. 297.
S. Mamas. Ejus Reliquiæ. p. 11.
Manichæi. Viterbii. p. 145. Patareni. ibid.
S. Maria. Cum corpore & anima in cœlo. pag. 373. Ejus trans Tiberim Imago ad S. Sixtum transfertur. p. 556. Feſtum Conceptionis non de Præcepto in Concilio Oxonienſi. p. 625. Ejus Conceptio colitur in Armenia. p. 809. Revelatur S. Joachimo. p. 810.
B. Maria Ogniacenſis. p. 247.
Marocum. Miramolinus ſeu Mahomet IV. Rex. p. 328. Legatio Regis Angliæ. ibid.
Maronitæ. Eorum Archiepiſcopus ad Concilium universale XII. invitatur. p. 290. In Concilio Lateranenſi. p. 368.
Martinus Abbas Pariſii in Diœceſi Baſileenſi. Reliquias aufert. p. 16.
Matrimonium. Si affinitas adſit, etiam cum diſpenſatione non caret peccato. pag. 192. Injungitur pœnitentia. ibid. De gradibus prohibitis. p. 408. De Denunciationibus. p. 409. Proles adulta ob bonam fidem Parentum legitima. pag. 850.
Mediolanum. Hubertus Pirovanenſis Archiepiſcopus. pag. 252.
Melita. Henricus Comes Friderico II. Imp. ab obſequiis. p. 802.

de Mercede, seu Redemptionis Captivorum Ordo. Exordia. p. 649.
Michael Constantinopolitanus Patriarcha Græcus. Theodorum Imp. coronat. p. 106.
Michaelitius. Contra Imperatorem Henricum & Latinos rebellis. p. 213.
Minores Fratres. Primum Capitulum præsente S. Dominico. p. 519. Missionarii in Africa Bernardus & alii Martyres. p. 532. Eorum vita. p. 542. & seqq. Alterum Capitulum. p. 560. In Germania. p. 589. Martyres Septenses. pag. 591. Eorum ædificia. p. 740. Laborent, & si nihil habent, ostiatim mendicent. p. 745. Regulæ nemo Glossam seu explicationem addat. p. 746. Vide etiam: *Fratrum Minorum Ordo.*
Missa. Legata pro Missis ad annum, ad triennium, ad septennium. pag. 263. In Paschate duæ celebrabantur. pag. 624. Et in Exequiis. ibid. Sola Conventualis celebretur. p. 744.
Missionarii. Monachi Canonici variorum Ordinum similem vestitum sumere jubentur, ne varietate scandalo sint. p. 129.
Moguntia. Ecclesia Bohemiæ ei subjecta. p. 41. Lis inter Sigefridum & Leopoldum. p. 130. & seqq. Leopoldus abdicat. p. 144. Sigefridus Archiepiscopus. p. 169. Contra Ottonem IV. pag. 254. Coronat Fridericum II. Imp. p. 368.
Monachi. Cantuarienses fuit jus eligendi exclusis Episcopis. p. 135. Iter facientes a

Monaſterio ſumptus accipiant. pag. 264. Papa in Paupertate diſpenſare non poteſt. pag. 412. Præcipiuntur Capitula generalia in Ordine Benedictinorum in omnibus Provinciis. ibid. Novus Virorum Religioſorum Ordo nullus amplius inſtituatur. pag. 413. Monachi & Moniales Novitios ſine pecunia ſuſcipiant. p. 418.

Moniales. Audientes ſuarum confeſſiones & prædicantes. p. 190.

Montfortius Comes. Dux Crucigerorum. p. 238. Papa ad eum ſcribit. pag. 306. Arces capit. pag. 347. Ei cuſtodia Provinciarum ſubactarum traditur. p. 356. Rebellio contra illum. p. 468. In obſiione obit. p. 508.

N.

Narbona. Arnaldus Archiepiſcopus Præſes in Concilio Montispeſſulano. p. 677.

Navarra. Sanctius VIII. Rex. p. 530. Cruce ſignatus. ibid.

Neapolis. Univerſitas. p. 764.

Nicea. Theodorus Laſcaris Imp. Græc. p. 214. Michael Patriarcha Conſtantinopolitanus Græcus. p. 343. Theodoro Laſcari Imp. ſuccedit Joannes Ducas. p. 609. Michaeli Patriarchæ ſuccedunt Theodorus Ironicus, Maximus Abbas, & Manuel Charitopulus. p. 610.

Nicetas Scriptor Græcus. De capta Conſtantinopoli. p. 8.

Nicolaus

Nicolaus Alexandrinus Patriarcha. Ejus epistola ad Honorium Papam de calamitatibus Christianorum. p. 630.

O.

Odo Parisiensis. Statuta Canonica. p. 156.
Ordo. Græci Ostiariatum, Exorcistatum, & Acolythatum non habebant. pag. 103.
Otto IV. Imp. Solus. p. 167. & seq. Sponsalia cum Philippi Regis filia. pag. 191. Coronatur ab Innocentio III. pag. 193. Juramentum. ibid. Excommunicatur, & Subditi a fide solvuntur. p. 197. Bellum contra Fridericum Siciliæ Regem. pag. 252. Fugit in Germaniam. pag. 268. Deseritur. p. 369. Ecclesiæ Romanæ obedientem se fore promittit. p. 375. Obit. p. 580.
Otto Wittelspachius. Interficit Philippum Imp. pag. 166.
Ovidius. Per eum locutus est Deus sicut per S. Augustinum. pag. 228.

P.

Palæstina. De ejus facie epistola Magistri Templariorum ad Honorium Papam. p. 487. Res christianorum. pag. 498. & seqq. Terræ sanctæ facies. p. 792.
Papa. A solo Deo judicandus. pag. 134. Ab hæreticis dicitur Antichristus. p. 228. In causa matrimoniali convocandum est Concilium generale. p. 317. Papa timet exin-

de amissionem dignitatis suæ. ibid. Provincias a Crucigeris occupatas sibi cupit tribuere p. 356. Innocentius III. in Concilio universali infallibilitatem adstruere videtur. p. 383. De auctoritate Papæ & Concilii. p. 419. An Reges possint se Vasallos Papæ efficere. p. 433. Textus Jerem. 1. v. 10. de ejus Potestate. pag. 690. Potestas judicandi de peccato. p. 691. Postulatio de Præbendis & Depositione Abbatum in Anglia. pag. 716. & 724. Gregorius IX. missis exercitibus Patrimonium defendit, & Regnum Siciliæ aggreditur. p. 802. Christus Petrum gladium materialem jussit in vaginam mittere. p. 805. Papa reservat sibi Archiepiscopatum Cantuariensem conferendum. p. 834. Distinquendum inter Potestatem temporalem in Territorium Ecclesiæ, & Potestatem spiritualem. pag. 836. Gregorius IX. Subditos Imperatoris a vinculo juramenti solvit. p. 843.

Paris seu Parisius Monachus Benedictinus S. Albani in Anglia. Historicus famosus. pag. 809.

Parisii. Ecclesia & Schola. pag. 155. Odo & Petrus Episcopi. ibid & seqq. Hæretici p. 224. Amalricus hæreticus. p. 225. Mali studiosorum mores. p. 230. Scholæ statuta. p. 364. Libri Aristotelis de Metaphysica non legantur. p. 365. Rixæ obsigillum Universitatis. p. 708. Episcopi. pag. 777. Universitas dispergitur. p. 830.

Parochus. Eſt proprius Sacerdos. pag. 263. & 405.
Paſſavium. Walterus Aquilejam translatus. pag. 130.
Patriarchæ. Conſtantinopolitanus primo loco. p. 390. Pallium accipiant a Papa: ipſi vero Metropolitis ſibi ſubjectis dent. ibid.
Petrus Arragoniæ Rex. Ejus epiſtola ad Innocentium III. pag. 304. In pugna Muretana occiſus. p. 334.
Petrus Caſtri Novi. Martyr. p. 147. & ſeqq.
Petrus Catanenſis Frater minor. p. 562.
Petrus Imperator Græc. Coronatur a Papa. p. 475. Capitur a Theodoro Comneno. p. 478.
S. Petrus Nolaſcus. Auctor Ordinis de Redemptione Captivorum. p. 649.
Petrus Vallium Cernacenſium. Scriptor Hiſtoriæ Albigenſium. p. 511.
Philippus Auguſtus Rex Franciæ. Ingeburgem ad Societatem admittit. pag. 316. In Pugna ad Boviniacum Victor. p. 349. Obit. pag. 632.
Philippus Imp. Henrici VI. Frater. Comitia indicit. p. 82. Ottonem vincit in Angliam fugientem. p. 129. Abſolvitur, pag. 142. Obtruncatur. p. 166.
Pœnitentia. Prolapſus ſemper poteſt reparari. p. 382. Errores Albigenſium & Waldenſium. p. 404. Quis ſit proprius Sacerdos. p. 405. Pœna revelantis Confeſſionem alterius. ibid. Pœnitentia Clericis injuncta.

pag. 474. Injuncta Episcopi interfectoribus. p. 567.
Polonia. De Prædicatione Fidei. pag. 298. & seqq.
Pomerania. Religionis Status. p. 298. & seqq.
Portiuncula Ecclesia. p. 200. A Benedictinis conceditur S. Francisco. ibid. & p. 273.
Portugallia. Gesta Crucigerorum. pag. 482. Alphonsus II. Rex. p. 533.
Præbendæ. Eas in qualibet Ecclesia petit Papa. p. 716.
Prædicatio. Non prædicet nisi missus a Summa sede, vel Episcopo Catholico p. 387. Ex prædicatione Belli sacri aliquæ conclusiones absurdæ eruebantur. p. 701.
Prædicatorum Ordo. Approbatur. pag. 460. Regula S. Augustini. ibid. Nulla Bona immobilia habeat. p. 461. Ab initio Canonici Regulares. pag. 462. Non mendicantes. p. 463. Propagatur. p. 511. In Polonia. p. 557. Capitulum generale I. ibid. Paupertatem perfectam sectantur. p. 558. Ordo propagatur. pag. 597. Fratres accipiunt a Papa potestatem audiendi Confessiones, & pœnitentiam injungendi. p. 780.

R.

S. Raimundus de Pegnafort. Ejus initia. p. 622. Ordini de Mercede favet. p. 650.
Raimundus Tolosanus Comes. Persecutor. p. 148. Absolvitur. p. 174. Balduinum Fratrem strangulat. pag. 346. Non restituitur in

in Concilio univerſali. pag. 421. Obit. pag. 613.

Raimundus Toloſanus Comes Junior. Patri ſuccedit, & Bellum proſequitur. p. 616. S. Sedi reconciliatur. pag. 658. In Concilio Montispeſſulano. pag. 675. Reconciliatur. p. 826. Pœnitentia canonica: nudus ad Altare deductus. pag. 828.

Rainaldus Dux Spoleti. Bellum contra Pontificem. p. 802.

Ratisbona. Sigefridus Epiſcopus. p. 851.

Regalia. Quid illa ætate hoc nomine fuerit comprehenſum. p. 233.

Religioſi. Non eis concedatur certa pecunia ad comparandas veſtes. p. 354.

Reliquiæ. Conſtantinopolitanæ. p. 11. & ſeqq. Quid ſtatuat Concilium Lateranenſe. p. 415. Fallaciæ. ibid. Collectores. ibid. & ſeq.

Renaldus Dominicanus. p. 506.

Reſurrectio. Negatur. p. 228.

Rigordus Monachus. Hiſtoricus. p. 318. In Prælio Boviniacenſi. p. 349.

Robertus Imp. Græc. p. 586. Obit. p. 841.

Rolandus Dominicanorum Theologus. p. 508.

Romana Eccleſia. Omnium Eccleſiarum Mater. p. 74. Friderici II. querelæ. p. 789.

Ronquelinus Apoſtata. Pœnitens. p. 246.

Roſarium. Ejus initium. p. 464.

Ruſſutana Georgianorum Regina. Ejus epiſtola ad Honorium III. p. 666.

Sacerdo-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

S.

Sacerdotium. An cum Republica quidpiam commune habeat. p. 60.
Salisburgum. Eberhardus a Friderico II. in Italiam vocatur. p. 851.
Scotia. Horrenda Episcopi cædes. p. 628.
S. Scriptura. Lectio in Concilio Tolosano prohibetur. p. 846. Ab Innocentio III. commendatur hæc lectio. p. 847.
Sicilia. Non uniatur Imperio. p. 376. Fridericus Imp. Rex utriusque Siciliæ. ibid.
Simon Montfortius Comes. Cruciger. p. 177. Dux. pag. 180.
Sinæ, seu China. Nomen Christi ei infertur. p. 669.
Soranus Comitatus. Confertur Richardo Pontificis fratri. p. 164.
Spiritus Sanctus. Cur etiam a Filio procedere debeat. p. 25.
B. Stephanus Diensis. p. 157.
Stephanus Langthonius Archiepiscopus Cantuariensis. p. 135. Concilium celebrat Oxonii. p. 623. Obit. p. 807.
Strigonium. Archiepiscopus prædicat fidem Cumanis. pag. 778. Epistola ad Gregorium IX. ibid.

T.

Tartari. Christianorum hostes. p. 666. Victores. p. 668. In Tartaria Christiani Nestoriani. p. 669.

Teutonicus Ordo. Hermannus Magiſter. p. 861.
Theodoricus Vitæ S. Dominici Scriptor. p. 575.
Theodorus Comnenus, Michaeli Fratri ſucceſſerat. p. 477. Petrum Imp. Græc. capit. p. 478. Erat Princeps in Epiro. p. 494. Imperator Conſtantinopolitanus. pag. 609. Theſſalonicæ reſidens. ibid. Excommunicatur. p. 843.
Theodorus Laſcaris Imp. Græc. Niceæ. pag. 214. Legato Pontificio contrarius. p. 343.
Theologi. A S. Franciſco ſingulariter honorati. p. 745.
Theſſalonica. Bonifacius Rex. p. 21. Ei ſuccedit Demetrius Filiolus. p. 451. Theodorus Comnenus. p. 609.
Thomas Aquinas Comes Atteranenſis. Ejus epiſtola ad Fridericum Imp. p. 804.
Thomas Cantipratanus. De Innocentio III. relatio. p. 446. & ſeq.
S. Thomas Cantuarienſis. Ejus Reliquiarum Translatio. p. 625.
Thomas Conſtantinopolitanus Patriarcha Latinus. p. 61. Conſtantinopolim pervenit, & non acceptatur. p. 96.
Thuringia. Ludovicus Landgravius obit. pag. 785.
Toletum. Rodericus Archiepiſcopus. p. 279. Primatus hujus Eccleſiæ. p. 369.
Toloſa. Socii ſeu fœderati Crucigeri. p. 240. Univerſitas fundatur. p. 827.
Trapezuntus. David Comnenus Imperator. p. 609.

Treviri.

Treviri. Theodoricus Archiepiſcopus. p. 705.
SS. Trinitas. Hæretici cuilibet Perſonæ ſuum tempus tribuentes. p. 225. & ſeq. Doctrina Catholica explicata. p. 383.
Tripolis. Boemundus Boemundi Principis Antiocheni Filius. p. 71. Jurgia de Principatu Antiocheno. p. 211.
Turcæ. Fœderati Græcorum contra Latinos. pag. 68.

V.

Votum. Sub nullo tecto editum efficacius. p. 726. Figura partis in corpore ſanatæ in cera Sanctis offertur. ibid.
Urſpergenſis Abbas. De prædicatione Belli Sacri. pag. 700.
Uſuræ. Eas Crucigeri ſolvere non tenentur. p. 293.
Uſurarii. Contra eas Crucigeri militant. pag. 241.

W.

Wittelſpachius Otto. Philippi Imp. Interfector. p. 166.

ERRATA.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ERRATA.

Pag. 6.	Impe-	*Corrige:* Impera-
10.	Bonis, cuicumque	Bonis cuicumque
60.	Litetis	Literis.
73.	eſt dies	& dies.
92.	amicitia	amicitiam.
122.	variis generis	varii generis.
124.	ſubſidum	in ſubſidium.
249.	ſuperavit	ſuperaverit.
299.	ſolicitudine	ſolicitudini.
305.	Ejo	Ego.
309.	In primus	In primo.
316.	Philippi Regi	Philippo Regi.
324.	in claſſem	in claſſe.
ibid.	in Angliam	Angliam.
341.	tamquam	tamque.
376.	efficeret	efficerent.
385.	Principes	Principis.
389.	Ariæ	Acriæ.
408.	decreverit	decreviſſe.
427.	adhuc dum	adhucdum.
440.	conſervandam	conſervanda.
444.	in illam	in illa.
459.	quod niſi	quod, niſi.
489.	delatum	delatam.
494.	ſubjectus	ſubjecturus.
498.	Ducum	Ducem.
501.	huc usque	hucusque.
512.	nec hanc	ne hanc.
516.	ut perſuaderet	Ab his verbis usque ad dirimendam non ſint literæ curſivæ.

Pag.

Pag. 517.	revelatione	*Corrige:* revelationi.
520.	a ſingulari	e ſingulari.
526.	novi Ordini	novo Ordini.
537.	Sed ipſe	Sola hæc verba: noloa vitio avaritiæ vinci, literis curſivis impreſſa eſſe deberent.
542.	hic verbis	his verbis.
560.	proſequimini	proſequamini.
569.	virga manus	virgas manu.
611.	Archiepiſcopum	Archiepiſcoporum.
630.	Coptorum	Coptarum.
643.	in formæ	in forma.
644.	proprietat	proprietate.
678.	majore	majora.
689.	Viſuntinam	Veſuntinam.
702.	aliquaudo	aliquando.
721.	compotens	competens.
731.	filii	fili.
768.	ſplendidæ diverſorum	ſplendidæ, diverſorum.
802.	contantium	cantantium.
822.	pepegiſſet	pepigiſſet.
840.	deſideret, cum	deſideret cum.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

R P. FLEURII
HISTORIA
ECCLESIASTICA
TOM. XIX

Th 19
5178